hoc habeat natura diuina/non eſt niſi inquantum eſt idem ſuppoſito. Suppoſitum autem hoc habet ex ſe primo inquantum ſuppoſitum eſt. cum hoc ſit de ratione formali ſuppoſiti vt ſic. Unde. s. Tho. primo. diſt. 23. q. 1. art. 4. ad quartũ. dicit ꝙ pſonalitas dicit rationem ſubſiſtẽdi nature tali. ⁊ loquitur ad propoſitum diuinarum perſonarum. natura aũt nõ habet ꝙ ſit id quod ſubſiſtit ex modo ſignificandi. ſed idemptice. id eſt inquantum eſt idem ſuppoſito cui cõuenit eſſe id quod ex modo etiam ſignificandi ſubſiſtit. Si enim ex re ſignificata iſta penſenť. neutrum ab altero mendicat ſubſiſtẽtiã/cum ſint idem realiter. ſed propter diſtinctionem rationis dicitur ſuppoſitum ex ſe ſubſiſtentiam habere. primo. diſt. 23. artic. 1. c./ad ſecundum. Natura vero non ex ſe/ ſed vt ea ⁊ in ea ſuppoſitum ſubſiſtit/ ſi conſiderentur ex proprijs rationibus ⁊ modis ſignificandi: ⁊ etiam vt idem illi realiter/ ſi conſiderentur vt res. Eſt tamen differentia inter diuina ſuppoſita ⁊ humana ſeu creata per habitudinem ad ſubſiſtentiã. ꝙ creata habent ſubſiſtentiam non a natura etiam vt qua/ſed a principijs indiuiduantibus. ita ꝙ natura non dicitur eſſe qua ſuppoſitum ſubſiſtat ſed ſolum vt in qua. In diuinis autem principia indiuiduantia ſm illud proprium quod important/relationem inquam vt ſic/dant ſolum diſtinctionem. ſubſiſtentiam vero qua ſuppoſita primo ſubſiſtunt vt que/ habent primo a natura vt qua. ⁊ a relatione vt diuina eſt. Et hoc intẽdit immo exprimit ſanctus Tho. pot. q. 9. artic. 5. ad tertiũdecimum. vbi allegatur in argumento. Non eſt igitur intelligendum ꝙ in diuinis eſſe non primo conueniat ſuppoſito vt quod/etiam vt ſuppoſitum eſt ſeu perſona: ſed intelligitur ꝙ non ei cõuenit primo vt relatiuũ eſt in cõi: ſed vt relatiuum diuinũ. Ut relatiuũ enĩ non habet vt ſubſiſtat/ ſed tm̃ vt diſtinguat. At vt ſuppoſitum ſeu perſona/relatiua quidem atqȝ diſtincta/vltimo indiuiduata ⁊ incõmunicabili/ ſed non ſub conceptu relatiuo ſumpta/ſed ſub his tantum conceptibus abſolutis ſuppoſiti/ perſone/indiuidui diuini ⁊ huiuſmodi primo ſubſiſtit ⁊ non natura. Et ſic ipſum eſſe ⁊ conſequenter ipſum ſubſiſtere cum ſint abſoluta precedunt ſm intellectum ipſam relationem vt relatio eſt. ſequuntur autem vt eſt indiuiduationis principium / forma incommunicabilis/perſonalitas/ſm proprios conceptus hos abſolutos. ⁊ ſic de ſimilibus conceptibus abſolutis pariter eſt dicendum. Secundum quos etiam cum in diuinis attendatur multiplicatio. dicimus enim tres perſonas/ tria ſuppoſita/ tria indiuidua que ſunt omnimode incommunicabilia. conſequẽter etiam dicimus tres ſubſiſtentes: nec preter hos ibi dicimus eſſe quodcunqȝ ſubſiſtẽs. Cum ergo in argumento dicitur. Ipſa natura eſt ipſum habens cui per ſe competit ſubſiſtere/ ſtando etiã infra dei conſiderationem abſolutam/ Reſpondeť ꝙ natura eſt idemptice non autem formaliter ipſum habẽs. ⁊ vlterius nullum eſt abſolutum deitatem habens ſicut ⁊ nullus eſt deus niſi ipſa trinitas. pater inquam ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. Iuxta catholicum verbum Io. ⁊ Pauli martyrum dicentium ad Terentianum. Nobis nõ eſt alius dominus niſi vnus deus pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. Licet enĩ nos poſſimus abſtrahere perſonalitates diuinas/⁊ conſiderare deum ſm ſe ſub ratione ſubſiſtentis ⁊ perſone/vt iudei conſiderant/ nulla perſonarum diuinarum diſtincte conſiderata: non tamẽ ſic eſt in re: nec conſideramus ſic eſſe in re: neqȝ etiam ſic eſt in conſideratione vidẽtis deum ſicuti eſt. quia in conceptu illius relatiuo cadit abſolutum ⁊ econuerſo/ non ſic in conceptu noſtro.

¶ Per ſe ſubſiſtere duobus modis capitur. qđ ⁊ propoſito applicatur. Cap. xiij.

Uerum ne equiuocemus in hoc quod dico ſubſiſtere/ ſciendum eſt ꝙ licet ſubſiſtere ſm ſanctum Tho. pot. q. 9. arti. 3. ad ſextum. quantum ad id ad quod nomen imponitur/importet ſubſtantiam exiſtere ſub eſſe/quo modo non cõuenit deo niſi ſm noſtrum infirmum modum intelligendi ⁊ ſignificandi / prout videlicet eſſe ratione diſtinguitur a ſubſtantia. Quantũ tamen ad id ad quod imponitur hoc nomen ad ſignificandum/importat ſubſtantiam per ſe eſſe/qđ maxime deo conuenit. At hoc quod dico per ſe eſſe. põt capi duobꝰ modis. Unõ modo vt ly p ſe/diſtinguitur cõtra per aliud vt ſubiectum. ⁊ ſic eſſe ens per ſe ſignificatur nomine ſubſtantie vt diſtinguitur contra accidẽs. ⁊ conuenit tam ſubſtantie prime ꝗ̃ ſecunde / tam toti ꝗ̃ parti. Et primo ſubſtantie ſecunde quo ad terminationem nature. id eſt ſubſtãtie que primo conuenit generibus ⁊ ſpeciebus. Secundario vero quo ad eſſe quod primo conuenit ſuppoſitis. primo. diſtinc. 22. q. 1. articu. 1. c./ad ſecundum. Alio modo vt excluditur aliud etiam tanquam totum ⁊ completum in quo ſit. Et hoc modo ſola ſubſtantia indiuidua completa dicitur per ſe ſubſiſtere/iuxta tertium modum perſeitatis poſitum a philoſopho/primo poſteriorum. Et iſto modo nullum abſolutum in diuinis dicitur formaliter per ſe primo ſubſiſtere/ſed tantũ relatiua concreta. Licet enim in hoc nomine deus. ipſe ſignificetur vt ſubſiſtens. primo. diſtinc. 23. articu. 3. Quia tamen non ſignificatur vt quid diſtinctum ab omni ſuppoſito/ſed vt ponens ſuum ſignificatum in ipſo ſuppoſito vt toto ⁊ comprehendente in ſe deitatem ⁊ alia ſcȝ propria perſonarum/non eſt hoc modo ſubſiſtens. Sed tale ſolum ſubſiſtens per ſe eſt indiuiduum ⁊ ſuppoſitum ſeu perſona in natura intellectuali. primo autem modo per ſe ſubſiſtere in diuinis conuenit etiam abſolutis ſm proprias rationes. Sicut enim taliter ſubſiſtere conuenit ſecundis ſubſtantijs ⁊ partibus primarum in creaturis. ita in deo abſolutum illo modo ſubſiſtit/ licet conſideretur vt cõmune ſuppoſitis. Idem autem habet natura etiã ⁊ quicquid in perſona eſt: eo quod natura conſideretur per modum partis formalis/cetera vero abſoluta/vt ſubſtantiales perfectiones. Id tamen non ſufficit ad hoc ꝙ taliter ſubſiſtens dicatur indiuiduum ⁊ tale ſingulare quod habet naturam ipſam. tertio. diſt. 5. q. 1. art. 3: neqȝ tale dicitur vnũ numero quia habeat vnã numero indiuiduationẽ/ ſed propter vnã numero deitatem quã ſubſtantiue ſignificat. prima. q. 39. arti. 3./tertia. q. 3. artic. 6. ad primum. ita ꝙ in hoc quod dico hic deus. importa-

tur realis



tur realis vnitas deitatis/non autem vnitas principij indiuiduatiui. Et vnitatem quidem oſtendit numerus ſingularis conſignificatus. realitatem vero/ſignificatio termini habẽtis ſignificatum reale. Et ꝙ ſit vnitas realis talis ſignificati/non autem vnitas rationis/ vt eſt vnitas generis vel ſpeciei/ manifeſtat hoc pnomen demonſtratiuũ hic. lȝ indiuiduatio importata p hoc pnomen hic. in pposito non ſit vna/ ſed trina/ indiſtincte tamen importata. vt ſupra dictum eſt. ¶ Sic igitur patet ꝙ licet in diuinis concedamus vnum numero deum/⁊ hũc deum in ſingulari/non tamen vnum numero indiuiduum nature. ſed neqȝ vnum numero deum/aut hunc deũ/preter tres diuinas perſonas. Et minus concedimus in diuinis eſſe vnũ ſubſiſtens aut vnũ habens deitatẽ/etiam ſi non addatur exceptio predicta. ſed tres ſubſiſtentes dicimus/ ⁊ tres habẽtes deitatem. Adiectiua quippe numerum a ſuppoſitis habent. Quȝ ſi etiam talia ſubſtantiue caperentur in neutro genere/non predicarenť in diuinis in ſingulari preter tres. Neqȝ enim eſt in diuinis vnũ ſubſiſtens vel habens deitatẽ preter tres perſonas. vt ſepiſſime cogimur declarare ⁊ reiterare/vt fidẽ defendamus. Nam vt in ppoſita mã dicit Aug. in primo de Trini. Nec periculoſius alicubi erratť: nec laborioſius aliquid queritur / nec fructuoſius aliquid inuenitur. Me igitur omnes habeant excuſatum ſi in tam alta ſpeculatione / tanqȝ profunda materia circa ſingula declaranda verba/quandoqȝ repetens vt clarius euitetur error / accuratius immorabor. ¶ Ad ſecundam probationem eiuſdẽ minoris dicitur ꝙ conceſſo ꝙ ly deus ſit terminus ſingularis ex ſingularitate nature ſignificate/etiam ſi non ſit ſingularis ex ſingularitate ſuppoſiti connotati/⁊ ꝙ reddat etiam propoſitionem ſingularem. primo. diſtinc. 4. qõ. 1. articu. 2. ad tertium. non tamẽ ex hoc ſequitur ꝙ id pro quo ſupponit naturaliter talis terminus/ ſit ſingulare indiuiduum: ſed poteſt eſſe commune pluribus indiuiduis. vt eſt in propoſito. Licet enim natura diuina poſſit etiã aliquo modo dici ſingularis/quia nõ plurificatur ad pluralitatem ſuppoſitorum: non tamen poteſt dici ſimpliciter indiuidua/cum ſit etiam cõmunis pluribus. Unde negatur maior. Et ad probationẽ. negatur aſſumptum ſcilicet ꝙ omne non vniuerſale ſit indiuiduum proprie. immo datur medium per abnegationem. id ſcilicet qđ in diuinis eſt quidem vnum numero ex vnitate nature/⁊ tamen commune pluribus indiuiduis. quod quidẽ indiuidui rationi repugnat/⁊ eam tollit. ¶ Ad tertiam probationem. patet ex dictis ꝙ videlicet ſtat illa differentia propter hoc ꝙ natura ſignificata per hoc nomẽ deus eſt vna realiter in pluribus perſonis. ⁊ cũ ſuppoſitio pſonalis ſit de re ſm ꝙ habet eſſe ad extra/ ⁊ tale nomen ſit concretũ. patet ꝙ naturaliter ſupponit ille terminus pro vna natura in cõcreto proprie. Non enim ſupponit pro natura in abſtracto niſi ſm ꝙ eſt idem realiter ipſi concreto. ſed concretum eſt vnum vnitate nature ſignificate/non autẽ vnitate habẽtis eam. ſed eſt trinũ in diuinis. vt patet. Unde negatur hec vltima conſequentia qua infertur. ergo cũ ſupponit pro vno deo abſolute. ſupponit pro vno indiuiduo deitatis preter perſonas: immo pro tribus indiſtincte. ⁊ ſcđm ꝙ in tali natura conueniunt/⁊ pro tribus relatiuis/ licet abſoluto ſingulari nomine connotatis ſeu materialiter ſignificatis: ⁊ ideo nullo modo pro vno preter illa. Differunt ergo hi termini deus ⁊ homo in ſupponendo pro natura/duobus modis. Uno modo quia ly deus ſupponit pro vna numero natura in tribus ſuppoſitis. ita ꝙ ſupponit perſonaliter pro habente vnam numero realem naturam/ ⁊ conſequenter pro vno numero deo: non tamen pro vno numero habente illam vnam numero naturam / ſed pro tribus indiſtincte modo dicto. quia ſubſtantiua vnitatem habent ab vnitate forme ſignificate. adiectiua vero ab vnitate ſuppoſiti. Hoc vero nomen homo non ſignificat vnam numero realem naturam in pluribus: ſed diſtinctã potius realiter in eis: vnam autem ſm rationem tantũ. Unde pluraliter ſupponit pro pluribus hominibus ſm nomen tam ſubſtantiuum ꝗ̃ adiectiuum. Secundo differunt in hoc ꝙ ly homo non ſupponit pro vna natura in pluribꝰ niſi ſuppoſitione ſimplici. Deus autem ſuppoſitione perſonali. Et hec differentia oritur ex prima. Unde pȝ ꝙ probatio nõ procedit. ¶ Ad quartam autem probationem dicitur ꝙ ſanctus Tho. nõ intendit ꝙ ly deus in hac propoſitione deus creat. nullo mõ ſupponat pro indiuiduis. Sed intendit immo exprimit ꝙ non ſupponit pro eis diſtincte. id eſt vel exprimendo diſtinctionẽ vel ſic vt trahatur ad diſtincta per terminum adiunctum. Actus enim creandi conuenit eis ratione eſſentie in qua vnum ſunt. ⁊ ideo dicitur ſupponere pro eſſentia/quia ipſa eſt ratio quare verificetur de habentibus eam/ſeu ſupponit pro eis vt conueniunt in ipſa. Unde ſanctus Tho. primo. diſtin. 29. articu. 4. dicit ꝙ quia creatio eſt opus eſſentie diuine / eſt opus ſuppoſiti indiſtincti/prout eſſentia ſignificatur id quod eſt. vt hoc nomine deus. hec ille ibi. In quibus verbis ⁊ per hec in alijs que examinamus ex argumento aduertendum eſt ꝙ ſanctus Tho. quando vult aliqđ de deo dicere vel docere/vt ratione diſtinguitur a perſonis / exprimit illud per nomen abſtractum ipſius eſſentie. vt ex hoc etiam habeatur ad eius intentionem / ꝙ vbi querit an vnio poſſit fieri in eſſentia dei/queſitum quoqȝ ſit an in deo vt diſtinguitur contra tres vnio fieri ſit poſſibile. Ex verbis etiam predictis non poteſt accipi ꝙ in diuinis ſit aliquod ſuppoſitum indiſtinctum quod ſignificetur per eſſentiam vel pro quo ſupponat ly deus. Sed ꝙ ly deus ſupponit ſuppoſitum diuinum non exprimendo diſtinctionem ſeu pluralitatem. que de facto in deo eſt. Non ſic autem indiſtincte pro eſſentia vel ſuppoſito. ſupponit in hac deus generat / quia eſſentia vt ſic non eſt propria ratio cur patri conueniat generare. tamen verificatur de deo generare quia cõuenit perſone que eſt deus: ⁊ trahitur per predicatum perſonale ad diſtinctam perſonam. Quia vero in predicta propoſitione. deus creat. ly deus poteſt pro perſonis omnibus etiam diſtincte ſupponere / ſaltem illatiue. ¶ Ex hoc enim ꝙ deus creat ſequitur ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus creent: niſi enim

pro eis etiam diſtincte ſupponeret/ non poſſet in/
ferri ꝙ ſingulare crearet.) ideo ſanctus Thomas
ſubiunxit ibi ꝙ aliquando ſtat pro omnibus ſup/
poſitis etiam diſtincte/etiam ſi terminus non tra
hatur ad hoc per terminum notionalem. Et dedit
aliud exemplum in quo quaſi videbantur exclu/
di perſone ratione appoſite dictionis excluſiue.
videlicet dum dicitur. Regi ſeculorum immorta/
li inuiſibili ſoli deo honor ⁊ gloria. Quia ergo ra/
tio quare vtrūq; predicatum ſcilicet creationis et
honorabilitatis eſt vna. ſcȝ eſſentia diuina in qua
perſone conueniunt/dicit in primo loco ꝙ ly deus
ſupponit pro natura/dās primum exemplū. in quo
tamen propter illam vnam cōmunem rationē non
intelliguntur excludi pſone que ſunt diſtincte. im/
mo potius includi/cū in ea indiſtincte ſint. Nec in/
tendit etiam excludere ſic perſonas quin pro eis di
ſtincte ſupponere poſſit in tali propoſitione. ſi non
natura tantum/ſed nature etiā ſuppoſita conſide/
rentur ſm ſe. vt expreſſit in ſecundo loco per ſecun/
dam propoſitionem. Dedit enim illa duo exempla
vt vniuerſalem ⁊ communē etiam iudeis atq; gen
tilibus vnum deum colentibus traderet doctrinā.
Cōcedunt enim hanc deus creat/vt veram/ etiā ſi
pro eſſentia tantū in cōcreto ſupponat/⁊ nullo mō
pro tribus. Hanc autem in lege noua confitente tri
nitatem/poſitā ſcilicet Regi ſeculoꝝ ⁊c. proponit
vt veram/ ſm ꝙ ly deus ſupponit indiſtincte ꝓ tri
bus perſonis. vt dictum eſt. Et ſicut illi errant pu/
tantes vnicam eſſe perſonam in diuinis/ita errant
putantes ꝙ in hac deus creat/ly deus nō ſupponat
pro deitate in concreto ſcilicet pro habente deita/
tem/licet falſo putent eſſe vnum cum ſit trinum ha
bens deitatem ſub ratione habentis deitatem/non
autem ſub ratione dei. Sic enim eſt vnus deus/ ꝙ
non preter tres habētes deitatem. ¶ Quod autem
addit/huc terminū deus. in hac propoſitione deus
eſt communis pluribus ſuppoſitis. ⁊ ſic de ſimilib⁹.
non ſupponere pro perſonis diſtincte vel indiſtin/
cte/verum ex hoc eſt ꝙ illud predicatum eſt inten/
tionale. ⁊ formaliter ſignificat eſſe rationis ſcilicet
identitatem realem que eſt relatio rationis. Sic
etiam in iſta. deus diſtinguitur a patre ſicut abſolu
tum a relatiuo. ⁊ ſic de ſimilibus. ſecus vbi predica/
ta ſunt realia/ſiue ſint abſoluta ſiue relatiua. Ex p̄/
dictis oībus patet ꝙ nullatenus eſt concedendum
ꝙ hic deus ſit indiuiduum preter tres perſonas/nō
obſtante ꝙ ſit vnus numero ⁊ non vniuerſalis deus
per ſe ſubſiſtens. vt tangebat ſecundum argumen/
tum principale.

¶ Tertiū opinātis argumētū diluit. Cap. xiiij.

Ad ter/tium. Ad Tertium argumentum principale patet ex
dictis. q; non negamus in diuinis eſſe vnum
deum ⁊ vnum numero deum ⁊ indiuiduatum. ſed
bene dicimus ꝙ non eſt indiuiduatus vna indiui/
duatione tātum/immo tribus. Non enim ſequitur
ex hoc ꝙ eſt in diuinis vnus numero deus/rōne ſeu
abſtractione relationum per rationem facta diſtin
ctus ( diſtinguitur enim rōne ipſa natura vna nu/
mero a tribus ſuppoſitis ) ꝙ ſit etiam vnum nume
ro indiuiduū preter tres perſonas. immo de ratio/
ne ⁊ intellectu indiuidui diuini eſt eſſe perſonam/
cum ſit indiuiduum ſubſtātie rationalis. Cum er/
go dicitur. Id quod ſignificat naturam vnam nu/
mero cum principijs indiuiduantibus eam/ſignifi/
cat vnum indiuidum vel eſt formaliter indiuiduū.
Reſpondetur ꝙ ſi ſit vna natura/⁊ plura principia
per ſe indiuiduantia proprium indiuiduum in ea/
dem vna numero natura/ erit tale/vnum numero
ſm naturam. ⁊ explicabitur per terminum ſignifi/
cantem talem vnam numero naturam ſub vnitate
numerali ratione illius. Sicut dicitur in propoſito
vnus numero deus propter vnitatem nature diui/
ne. Sed non erit vnum numero ſm indiuiduatio/
nem. Unde non explicabitur ſub vnitate numerali
per terminum ſignificantē indiuiduationē/ ⁊ con/
ſequenter nō dicetur vnum numero indiuiduum: ⁊
ſic eſt in propoſito. Unde ſanctus Tho. tertia. qō. 3.
arti. 6. ad primū dicit ꝙ tres perſone ſunt vnus nu/
mero deus propter vnam diuinā naturam. vt hinc
habeatur ꝙ non propter aliquod vnum per ſe ſub/
ſiſtens preter tres. Hoc idem docet. primo. diſt. iiij.
qō. 2. arti. 2. ad quartum/ diſt. 29. arti. 4. ¶ Cum ve/
ro dicitur ꝙ eſſentia diuina prius natura vel ra/
tione indiuiduatur ſeipſa/ q̄ȝ ſuppoſita per relatio
nes. ſi de prioritate rationis ⁊ noſtri intellectus lo
quatur/ verum eſt. ſed tunc eſt etiam vna perſona
perfectiſſima in noſtra cōſideratione/ſi abſtrahan/
tur relationes/ſicut eſt in intellectu iudeoꝝ ⁊ gen/
tilium. Si vero loquamur ex parte rei. negatur ſim
pliciter. Neq; enī eſt in diuinis alia indiuiduatio
q̄ȝ per relationes. ⁊ hoc eſt peculare in deo: ⁊ eſt de
ratione dei ꝙ indiuiduetur ſolūȝ relationibus ſeu
per deitatem ſub ratione relatiua. Licet enim ſub/
ſtantia omnis abſtracta indiuiduetur per immuni
tatem a materia ⁊ conſequenter per ſeipſam: non
tamen omnis ſub quacunq; ratione. Sed ſubſtan/
tia creata ſub ratione abſoluta/increata vero ſub
ratione relatiua. Unde falſum eſt quod aſſumitur
in argumēto videlicet ꝙ eſſentie dei quatenus ſub
ſtantia immaterialis ſeu abſtracta eſt/prius ſm ra/
tionem ex parte rei conueniat ꝙ ſeipſa indiuidue
tur/ q̄ȝ ꝙ in ea ſubſiſtant hypoſtaſes diſtincte/ſeu q̄ȝ
perſone indiuiduent̄ relationibus. Neq; enim eſ/
ſentia diuina eſt indiuiduatiuum principium niſi
ſub ratione relationis. vt dictum eſt. Sicut autem
eſſentia abſtracta ſeipſa indiuiduat̄/ita ſeipſa ſup/
poſitatur ⁊ perſonatur. Sed bene verum eſt ꝙ eſ/
ſentia eſt formale perſone vt eſt ſubſiſtēs/relatio ve
ro vt eſt quid proprium. vt ibidem dicitur. Et ſicut
hec duo ſunt de ratione perſone vel ſuppoſiti/ ita
etiam de ratione indiuidui: vt ſicut per defectum
vnius hic deus preter tres non eſt perſona/ita etiā
non eſt indiuiduum. ¶ Non eſt etiam verū ꝙ eſſen
tia abſtracta ſeu ꝓut in abſtracto ſignificat̄/prius
natura indiuiduetur q̄ȝ ſuppoſitum cum nulla ſit
in diuinis prioritas nature. tū etiam q; eſſentia nō
indiuiduatur niſi quia eſt indiuidui vel in indiui/
duo. vt in noſtra queſtione de perſonalitate diffuſe
probauimus. Nec per hoc ſequitur ꝙ diuina eſſen/
tia ſeu potius ipſe deus/ non indiuiduetur ſeipſo.
immo cum relationes diuine ſint realiter ipſa eſ/
ſentia. ponendo quod indiuiduetur per relatio/
nes/ ponitur quod realiter indiuiduetur ſeipſa.
Non



Non enim intelligitur ꝙ ſubſtantia ſeparata indi/
niduet̄ ſeipſa vt ſubſtantia formaliter/ſed ſufficit ꝙ
indiuiduet̄ ſeipſa realiter. Non tamen propter hoc
dicit̄ ꝙ deitas indiuiduetur aut diſtinguatur rela/
tionibus. ſed hic deus. ⁊ deitas indiuiduatur trib⁹
relationibus in tribus perſonis: vt alius ſit deus pa
Ad ↄfir/mationē primam. ter a deo filio/non in deitate: ſed in relatione. ¶ Ad
confirmationem patet per idem. Neq; enim ſuffi/
cit in diuinis ad hoc ꝙ eſſentia ſit principium indi
uiduationis eſſe formā immaterialem. licet hoc re/
quiratur. ſed exigitur ꝙ ſit forma imaterialis que
eſt relatio. ſicut exigit̄ in formis abſtractis creatis
ꝙ ſit abſoluta. vt dictū eſt. Unde lȝ eſſentia ſit quid
abſolutū/ ⁊ ↄñr ſit qđ prius relationibus ſm hanc
rationē/nō tñ ſub rōne qua eſt idiuiduationis prin
Ad ſe/cundā. cipiū. ⁊ hoc eſt peculiare in deo. vt dictūȝ eſt. ¶ Ad
ſecundā confirmationē dr̄ ꝙ non omne indiuiſum
in ſe ⁊ diuiſum ab alijs quolibet/eſt indiuiduū. ſed
quod eſt ſic indiuiſum ⁊ diuiſum vltima diuiſione.
vt ſupra oſtenſum eſt.

¶ Quartum ⁊ quintum opinantis argumentū
exterminatur. Cap. xv.

Ad q̄r/tum. Ad quartum dicendū ꝙ ly hic deus. abſolute ſu
mēdo. i. ſine demōſtratione determinate per
ſone/non eſt indiuiduū nāe p̄ter hypoſtaſes. ⁊ illud
pronomē hic. nō pretendit vnā indiuiduationē pp
ſubſtantiuū cui addit̄. que nā indiuiduata quidem
eſt/ſed nō exprimit ly hic deus quanta vl̄ quota in
diuiduatione. Uñ ponit in vnitate nature indiui/
duū concretū indiſtīcte. Neq; enim exprimit vnū
indiuiduū p̄ter hypoſtaſes qbus primo cōuenit in/
diuiduatio. ſed eas exprimit indiſtincte/ ⁊ vt ſ vna
numero nā conueniūt. ⁊ ꝓpter hoc tale concretum
dicit̄ cōe tribus: ꝓpter ipſam inquam cōitatē natu
re. Et ſicut ad p̄cedens argumentū rñſum eſt/dicit̄
ſeipſo indiuiduari/ q; non indiuiduat̄ alio a ſe rea
liter: ſed ſeipſo/ſicut alie ſubſtātie ſeparate. imo ma
gis q̄ȝ ille. lȝ indiuiduet̄ alio a ſe formaliter ſeu ſm
rōnē: ⁊ nō vnico indiuiduatiōis p̄ncipio/ſed trino.
Ad qn/tum. ¶ Ad quintū patet per idē/ q; pari mō dicit per/
ſonas indiſtīcte ly vn⁹ numero deus/ ſicut hic de⁹:
⁊ eadē per oīa ratio cōitatis eſt/nō ſm vnā indiui/
duationē/ſed ſm vnā naturā. Ariſtoteles aūt ideo
ſenſit omne vnū numero/eſſe vnū indiuiduū/ q; pu
tauit vniuerſal̄r ſm diuiſionem nature eſſe diuiſio
nem ſuppoſitoꝝ ⁊ ecōuerſo. Qđ quidē eſt verum in
creatis naturis atq; ſuppoſitis. nō aūt ſi ambo vel
alterū eorū eſt increatū. Sed hoc Ariſtoteli nō extī
tit reuelatū. vnde auctoritas eius nō obeſt. Ille er/
go vnus deus de quo loquit̄ Symbolū/nō eſt aliud
indiuiduū q̄ȝ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus/vt ex ipſo
quoq; ſymbolo verbal̄r edocemur. Neq; chriſtia/
norū vllus p̄ſumpſit hactenus dicere ꝙ ſit vn⁹ de⁹
qui ſit quoddā indiuiduū preter tres pſonas diui/
nas. Sed potius cōfitet̄ omnis xp̄ianus id qđ ſym/
bolum ex verbo ꝓponit credēdū. Credo. n. (dicit̄)
in vnū deum/non p̄ter patrem ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſan/
ctum. ſed in vnū deum patrē omnipotentē ⁊c. ⁊ in
vnū Ieſum chriſtū filium dei vnigenitū ⁊c. ⁊ in ſpi
ritū ſanctum dñm ⁊c. vt manifeſte ex ipſo ſymbolo
detur itelligi ꝙ ꝓ nullo indiuiduo nature/ ⁊ ꝓ nul/
lo alio ꝓprie ſupponit h̄ qđ dicit̄ vnus deus/niſi pro
patre ⁊ filio ⁊ ſpūſancto. Quod certe ſi aduertiſſet
opinans/non dixiſſet ex ſymbolo ſe habere propo/
ſitum ſuum. ſed clare potius perſpexiſſet in Sym/
bolo totum oppoſitū. Nec poteſt euadere quin po/
nat quaternarium numerum indiuiduorum in di
uinis. vt etiā diffuſius oſtendetur in qōne ſequen/
ti. quod tñ nō ſecus erroneū videt̄ atq; ſi poneret
quaternariū ſuppoſitorum ac perſonarū. vt etiam
ibi probabitur. Ad vim aūt argumēti quo infert̄.
vnus deus. ergo vnū habens deitatē. patet falſitas
cōſequētie. eo qđ ſubſtantiua noīa cū ſaluent̄ in ſin/
gulari de deo ꝓpter forme vnitatē/ ſtāte etiā plura
litate habentiū eam/nō ↄñr ex ſua ſingularitate in/
ferre vnitatē habētis eam. ⁊ ꝓnomen demonſtrati/
uum ſi applicet̄/puta dicendo hic deus. non magis
reſtringet ad vnū ſuppoſitum vel ad vnūȝ habens
naturam q̄ȝ exigat ipſum nomē ſubſtantiuū/ q; de/
monſtrat habēs illud cum ſua fecunditate habētiū
formam vnā ſingularē a qua nomen ſubſtantiuum
predicat̄ de deo in ſingulari. Et idē dicendū de om
ni alio ſingularitatis ſigno. quale eſt hoc quod dico
vnus numero.

¶ Sextū opinātis argumētū ſoluit̄. Cap. xvi.

Ad ſextum. Ad ſextum dicendum ꝙ in illa ꝓpoſitione deus
non generat/ly deus ſupponit pro habēte ⁊
habentibus deitatē indiſtincte. i. non exprimendo
diſtinctionem. licet pro eis omnibus ſupponat que
diſtincta ſunt/ ⁊ non pro aliquo determinato. Et q;
non verificatur pro omnibus. ideo ſimpl̄r falſa eſt.
etiam ſi pro filio ⁊ ſpirituſancto falſa non ſit. Nec
horum oppoſitū dicit ibi ſanctus Tho. ſed intendit
ꝙ nō ſtat pro ſuppoſitis diſtincte/ q; ſic verificaret̄
pro filio ⁊ ſpirituſancto. Sicut verificat̄ iſta deus
generat. eo qđ ly deus a predicato trahat̄ ad ſuppo
nendum pro determinato ſuppoſito patris. Sed in
illa negatiua ſtat pro omnibus indiſtincte. i. ſm ꝙ
conueniunt in natura deitatis. Unde ſic negādo a
deo ⁊ a ſuppoſitis ab eo idiſtincte importatis ipm
generare/nō negatur niſi ratione nature diuine. vt
ſit ſenſus. habenti deitatē vt ſic / conuenit nō gene/
rare. ⁊ cōſequēter nullum tale generat. quod eſt fal
ſum. Ex hoc autem validū pro principali noſtra cō
cluſione ſumit̄ argumentum ad opinantē ꝙ in tali
propoſitione ly deus nō ſtet pro indiuiduo nature
preter tria diſtincta. alioquin de eo verificaret̄ illa
propoſitio: quā tamen catholici negāt. vt ſupra dif/
fuſe deductūȝ eſt. ¶ Cum vero vlterius dicitur illa
propoſitio eſſe indefinita. negatur. ⁊ ratio eſt/ q; nō
ſupponit ly deus eo modo pro pluribus quo ſubie/
ctum propoſitionis idefinite. Sub hoc enim poteſt
fieri deſcenſus ad omnia ſua ſuppoſita diſiunctiue/
quia predicatum poteſt cōpetere ſic vni ꝙ non alte
ri. eo quod ſupponat pro eis vt ab inuicem diſtin/
guunt̄ tam in ſuppoſitis q̄ȝ in natura realiter. Nō
autem in iſta deus non generat. q; predicatum hoc
non negatur a perſonis vt ab inuicem diſtinguun/
tur. vt ex hoc poſſit ſic vni competere ꝙ nō alteri/
ſed vt conueniūt in vna natura ſignificata per ſub
iectum: ⁊ propter hoc non licet ad ſingulas diſiun/
ctiue deſcendere/ſed potius copulatiue: q; non eſ/
ſet maior ratio de vno q̄ȝ de alio ſuppoſito. quādo
quidem deſignetur predicatum a ſubiecto remoue
ri rōne nature/que pariter omnibus eſt cōmunis.
¶ Ad illud vero qđ poſtmodū inducit̄ vȝ ꝙ ſubiec/

rum huius ꝓpoſitionis / deus eſt trinitas/non ſup/
ponit pro pſonis. dicit ꝙ verum eſt diſtincte/ſecus
indiſtincte. vt ſupra. Inimo ſupponit etiā pro tri/
bus diſtinctis collectiue/quo ad rē ſuppoſitā. licet
non quo ad modū. Ipſum enim collegiuꝫ triū per/
ſonarū eſt trinitas. neqꝫ hoc negat ſanctus Tho. in
loco allegato. Licet enim dicat ꝙ ſupponit ꝓ eſſen/
tia/qđ verū eſt/⁊ maxime in concreto/⁊ nō pro pſo
nis diſtincte. aut etiaꝫ indiſtincte quaſi diſtributi/
ue/ſupponit tñ pro eis indiſtincte collectiue. vt di/
ctum eſt. Et cum infert ꝙ eſſet falſa. ſicut hec ho/
mo eſt oīs homo. negat conſequētia/⁊ probatio. Et
ratio aſſignata eſt ſupra. q2 hō non ꝯuenit cum alio
homine in vna numero natura/ſicut tres pſone di
uine conueniūt in vna numero deitate. In hac ve/
ro deus eſt pater ⁊c. ly deus ſupponit quidē pro ha/
bēte deitatē. at non abſolute/ſed pro hoc. Sicut in
iſta homo eſt ſortes. ſupponit ly homo ꝓ hoc homi/
ne demonſtrato ſorte. ⁊ non ꝓ alio. Et non oīno eſt
eadem illi pater eſt pater ſm ſigna ⁊ modos ſignifi
candi/⁊ completū formale ſignificatū. Eſt enim ali/
qua diſtinctio rōnis inter deū demōſtrato patre vt
ſignificato materialr per hunc terminū deus. ⁊ pa/
trem ipſum vt ſignificatū formalr per hunc aliū ter
minum ſcꝫ pater. licet ſm rem ſint idem etiam ſup
poſitaliter. Unde non eſt eadē penitus propoſitio/
ſed alia ſm rationem.

¶ Septimi argumenti opinantis infirmitas aperitur. Cap. xvij.

Ad ſe/ primū.

Ad ſeptimū dicendū ꝙ operationē primo con/
uenire tribus ſuppoſitis/dupl'r poteſt intel/
ligi Uno mō tanq̄ꝫ operātibus. ⁊ hoc modo opera/
tio primo conuenit pſone ſubſiſtenti proprie. tertia
q. iij. art. i. alio mō tanq̄ꝫ rationi operandi. Et hoc
modo pōt operatio primo conuenire ei qđ cōmune
eſt. ⁊ etiā ipſi nature. vbi ſupra. art. ij. Et hoc magis
in creaturis māifeſtat. Dicim⁹ enim ꝙ hō generat
hominē non inquantū hic hō ſed inquātū homo. i.
ſm ꝙ hꝫ naturā humanā alijs etiā hominibus com
munem. cuius ſignū eſt ꝙ aſſimilat ſibi hominē ge/
nitum non ſm indiuiduū. ſm hoc. n. diſtinguuntur
ab inuicē generās ⁊ genitū: ſed in humanitate com
muni. Sic igit creare vt creāti. primo ꝯuenit patri
⁊ filio ⁊ ſpūiſancto indiſtincte. Et nullū eſt ſubſiſtēs
creās/niſi pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. Quia tñ pa/
tri non ꝯuenit hec operatio primo rōne pr̄nitatis/
neqꝫ filio rōne filiationis/neqꝫ ſpūiſancto ratione
ꝓceſſionis/ſed eis ꝯuenit ſm ꝙ hñt deitatē in qua
conueniūt. ideo ꝯuenit primo deitati vt rōni operā
di. ⁊ tribus vt indiſtincte cōicāt in tali ratione/vt
operātibus. Et hoc optime docet ſctūs Tho. pmo.
di. xxix. artic. iiij. ad ſcđm. dicēs ꝙ creatio eſt opus
eſſentie diuine. vñ eſt opus ſuppoſiti indiſtincti ꝑ/
ut eſſentia ſignificat id qđ eſt vt hoc noīe deus. Et
ideo ſicut pr̄ ⁊ filius dicunt vnuꝫ qđ eſt vnus deus/
ita ⁊ vnus creator/ nō tñ creās vnus. q2 participiuꝫ
eſt adiectiuū. hec ille. Ex qbus patet ꝓpoſitū quā/
tum ad duo. Primum ꝙ in hac deus creat ly deus
ſic ſupponit ꝓ eſſentia in cōcreto ꝙ ſupponit ꝓ ſup/
poſito indiſtincte. Scđm ꝙ creare eſt opus ſuppo/
ſiti vt qđ creat/lꝫ indiſtīcte/⁊ vt eſt ſuppoſitū eſſen
tie. Ex hoc aūt patet tertiū/ꝙ vꝫ creare primo ꝯue/
nit eſſentie vt rationi creādi. Ex qbus oībus infir/
matur neruū argumēti aſſumētis ꝯtria his q̄ docet
hic. s. Tho. Quod aūt cōcludit argumētū ꝙ datur
deus ſingularis preter tres pſonas reprobat a ſctō
Tho. prima. q. xxxi. art. ij. ex doctrina Hylarij. 7. de
trinitate dicētis. patrē ⁊ filiū ſingularē deum pdica
re ſacrilegiū eſt. Uitāda eſt igit ſingularitas i deo/
ne tollat cōicabilitas eſſentie diuine. vt ibi dicit. s.
Tho. Patet igit ex predictis ꝙ motiua opinantis
ꝓpter que diſcrepat nō ſine periculo a cōi Theolo/
goꝝ ſenſu i ꝓpoſita qōne. nullā vim hñt ꝯ veritatē.

¶ Ex argumentis in principio queſtionis produ
ctis duo prima ſerioſe ſoluuntur. Cap. xviij.

Ad pri mum in pncipio produ / ctum.

Ex predictis etiam facile ſoluunt argu
mēta que in principio q̄
ſtionis afferunt ꝓ opiniōe reprobata. Unde ad pri
mum dicēdum ꝙ ly deus ſupponit rē nature diui/
ne indiſtincte/accipiēdo rem nature diuine nō pro
omni eo qđ ad naturā diuinaꝫ ptinet/ſed vt impor
tat habēs naturā diuinā. ⁊ vt ſubſiſtēs in ea. prout
accipit rē nature diuine. s. Tho. prima. q. xxix. art.
ij. Unde ſupponit naturalr ꝓ indiuiduo nature di/
uine qđ eſt ſuppoſitum ⁊ pſona. ſed in cōi ſeu indi/
ſtincte: q2 importat in cōi habēs deitatem qđ eſt tri
num/non determināđo ſuppoſitionē ad hoc vel ad
illud: ⁊ ſic ſupponit cōiter ꝓ eo cui cōuenit eſſe indi
uiduū/in qua ſuppoſitiōe claudunt ipſa tria īdiui/
dua indiſtīcte/⁊ nō ſupponit ꝓ aliquo preter ipſa
tria cui ꝯueniat rō indiuidui. Et ꝙ iſta ſit mēs ſcti
Tho. pꝫ q2 in eadē ſol. illius ſexti argumēti. ⁊ ēt pri
ma. q. xxxi. ar. iij. ad ſcđm. itroducit Augu. exponē
tem illā auctoritatē ex Baruch ſumptaꝫ/ ſolum de
ſctā Trinitate. De qua ēt exponit illud Apli pme
ad Thimo. i. Regi ſeculoꝝ ⁊c. Soli deo. a ſcō Tho.
prima. q. xxxix. ar. iiij. ⁊ ab Augu. 7. de trini. Cum
enim res nature diuine ſit trina. ſi ſupponit īdiſtin
cte ly hic deus ꝓ re nature diuie vt in illa ſol. ſexti
dicit. s. Tho. ſupponit indiſtīcte ꝓ trinitate. quā ēt
pꝫ idem īportare ſm. s. Tho. cū in eadē ſol. ſexti ꝓ/
bet ꝙ ſignificet rē nature diuine īdiſtīcte/ auctori/
tate predicta Diui Augu. dicentis/ꝙ ſupponit in/
diſtincte ꝓ ſancta Trinitate.

Ad ſe/ cundū.

¶ Ad ſcđm dicēdum
ꝙ heretici quoꝝ eſt illud argumētū/nō poterāt vi/
dere qūo ad vnitatē numeralē nature nō ſequeret
vnitas numeralis indiuidui: ⁊ ad pluralitatē īdiui
duoꝝ pluralitas nature. S. Tho. aūt ī rñſione intē/
dit ꝙ deus quaſi īdiuiduat ꝑ eſſentiā: q2 ꝑ eſſentiaꝫ
ipm indiuiduū aſſequit ipm eſſe: ꝑ relationē vero
incōicabilitatē ⁊ diſtinctionē realē ab alijs indiui/
duis. Sic igit eſſentia inquantū cōcurrit ex ꝓpria
rōne ad īdiuiduationē/nō eſt in alio deo: q2 in vno
numero eſſe deus ſubſiſtit. Relatio vō pſonalis in/
quantū ex ꝓpria rōne ꝯcurrit ad indiuiduationem
vt diſtīctiua pſone/⁊ vt cōpletiua rōnis īdiuidui/
nō eſt in alio ſuppoſito ab eo qđ diſtinguit ⁊ cōplet.
Ex hoc aūt nō habet ꝙ deus ſit qđdā pfecte indiui/
duū pter tres pſonas/aut ꝙ eſſentia pfecte indiui/
duet pter relatiōes. Sꝫ pfecte qdē īdiuiduat vt eſt
idē relationibus/initialr aūt ſm propriā rōnē. Nō
enim negamus qn hic deus hēat aliqd de rōne indi
uidui cū ſit vnus numero in vno eſſe/⁊ īcōicabilis
plib⁹ ſm eſſe diſtīctis. ⁊ h̄ ex rōne ēt deitatis ⁊ eſſen
tie/⁊ pter rationem ſuppoſitoꝝ diſtinctoꝝ in deo.
Habet autem ſanctus Tho. propoſitū ſuū. ⁊ ſatiſfa/
cit argumento



cit argumēto gētiliū ibi: q2 ex poſitione fidei qua cō
fitemur vnū deū in trib⁹ pſonis/non ſequit ꝯdictio:
q2 eſſentia ſic eſt indiuiduationis principiū dās vnū
eſſe/ꝙ eſt pluribus indiuiduis in illo eſſe ſubſiſtenti/
bus cōis: nō eſt aūt in alio qđ nō ſubſiſtit in tali vno
eſſe. ⁊ ꝓpter hoc dr̄ ꝙ nō eſt in alio deo. Eadē aūt vt
pr̄nitas/eſt coplete indiuiduationis principiū/pſeꝫ
diſtinguēs ab alijs indiuiduis nāe diuine. Et ſic nō
eſt in alio indiuiduo. ſed tantū in ipſo pr̄e. Uñ nihil
ꝯ nos hñt gentiles ex rōne īdiuiduationis. Quod ſi
vellēt īdiuiduationis rōnē completā deo vt ſic attri
buere. ⁊ eſſentie diuine ſub ſua ꝓpria rōne: vt vꝫ ſic
eſſet dei indiuiduatiua ꝙ ipm ab omni ſuppoſito in
diuidualr diſtīgueret ī eadē nā. negaret ſctūs Tho.
eſſentiā ſic eſſe indiuiduationis pncipiū.

Ad con firma / tioné.

¶ Ad cōfir
mationē vō dr̄ ꝙ Ferrarīēſis accepit indiuiduū cōit
ꝓ īdiuiſo in eſſe ſm formā ſignificatā ꝑ terminū. At
hoc nō ſufficit ad pfectā indiuidui rōnē: ſed opꝫ eſſe
indiuiſum vltima indiuiſiōe ſm vltimā formā indi
uiduatiuā. vt ſupra ſepius eſt oñſum. accipiēdo diui
ſionem in diuinis pro diſtinctione. Sic. n. ſola perſo
na in diuinis dicit quid indiuiſum.

¶ Tria q̄ reliqua ſunt argumēta ꝓ parte falſa in
principio qōnis producta diſſoluūtur. Cap. xix.

Ad ter tium.

Ad tertiū dicēdū ꝙ accipiēdo ſubſtātiā ꝑ ſe ſub/
ſiſtere/vt ly ꝑ ſe diſtinguit ꝯtra ꝑ aliud vt eſt
totū ⁊ diſtinctū ſaltē ſm modū ſignificādi. vt ſupra
ad tertiū opinātis declaratū eſt. nec eſſentia nec ali/
qd abſtracte ſignificatū in deo ſignificat formalr vt
ꝑ ſe ſubſiſtens. cū qđlibet tale ſignificet ꝑ modū par
tis formalis. Sꝫ nec aliqd cōe cōcrete ſignificatū eſt
ꝑ ſe ſubſiſtēs hoc mō. qa nō ſignificat vt diſtinctū. qđ
tñ reqrit adeſſe ꝑ ſe tertio mō pſeitatis. qđ claudit
in rōne ꝑ ſe ſubſiſtentis pdicto mō accepti. Omne tñ
qđ eſt in diuinis/ſiue in abſtracto ſiue in ꝯcreto ſig/ i
ficet/eſt ꝑ ſe ſubſiſtens īdēptice/⁊ ob hoc pro tribus
realr ſubſiſtentibus in diuinis indiſtincte ſupponit: ⁊
illa ſunt ꝓprie indiuidua que in nā rōnali ſunt etiā
pſone. Cū ergo ſctūs Tho. dicit ꝙ eſſentia ſm ſeipāꝫ
indiuiduat quantū ad hoc qđ eſt ꝑ ſe ſubſiſtere: acci/
pit ꝑ ſe ſubſiſtere/pro nō eſſe in alio ſicut in ſubiecto:
nō aūt ſicut in toto/ex mō ſignificādi. ⁊ accipit indi
uiduari īproprie. ⁊ ob hoc addit terminū q̄ſi diſtra/
ctiuū. vꝫ ly (vt ita dicā) vt ex mō loquēdi exprimat
ꝙ ꝓprie dici non pōt indiuiduari ſm ſeipſaꝫ. Deus
igitur ꝓprie nō ſubſiſtit niſi vt ſuppoſitū ⁊ pſona. Sꝫ
ſicut nō eſt realr pſona vna ſꝫ treſ: ita neqꝫ ſubſiſtēs
⁊ indiuiduū vnū ſed tria. Qđ aūt pdicta vba intelli
gēda ſint de ꝑ ſe ſubſiſtēre ꝓprie ꝓut ꝯuenit toti/pꝫ
q2 pauloañ in eadē ſol. pmiſerat ſcūs Tho. ꝙ eēntia
dat ꝓprietatib⁹ ꝑ ſe ſubſiſtere qđ ipſa hꝫ ſm ſeipſaꝫ.
Manifeſtū eſt aūt ꝙ ꝓprietates nō hñt ab eēntia eē
ꝑ ſe tertio mō pſeitatis. qđ eſt eē diſtinctū. diſtīctio/
nem. n. hñt ex ꝓprijs rōnib⁹. ergo hꝫ ſm ſe vt eſſentia
eſt/ꝑ ſe ſubſiſtere. i. non eſſe ꝑ aliud vt ſubiectum. ⁊
hoc dat ꝓprietatib⁹. ꝑ ſe aūt ſubſiſtere iuxta tertiuꝫ
modū pſeitatis hꝫ deus ⁊ deitas inq̄ꝫtū pſona ⁊ vt
idē illi realr.

Ad q̄r/ tum.

¶ Ad quartū dicēdū ꝙ eſſe indiuiduū
cōtingit duob⁹ modis. vno mō idēptice. ⁊ h̄ mō eſſen
tia eſt īdiuidua: q2 eſt idē realr qđ pſone diuine: que
ſunt alio mō indiuidue. ſ. formalr: Et primuꝫ modū
expſſit ſctūs Tho. dū dixit ꝙ eēntia eſt īdiuidua ſm
rē: aliū vō dū dixit ꝙ nō eſt indiuidua ſm pdicatio/
nem. Cū. n. rō formalis īdiuidui ſit ꝙ pdicet de vno
tantū: ex h̄ ipſo aliqd nō eſt formalr indiuiduū ꝙ de
plurib⁹ pdicat. Argumētū aūt illđ cui rñdēs ſanct⁹
Tho. dicit inducta vba. ſupponit eſſe abſolute conce
dendum ꝙ diuina eſſentia ſit indiuidua idemptice.

Ad pri mā con firma / tioné.

¶ Per hoc autē pꝫ ad primā ꝯfirmationē: q2 hec nō
infrīgebat diffinitionē Boetij de pſona. Qđ Ricar
dus nō aduertit. Uñ ſctūs Tho. ꝑ pdictā diſtinctio/
nē oñdēs vtrūqꝫ doctorē verū dicere: latēter arguit
Ricardū ꝙ nō recte Boetiū impugnauerit. imo ꝙ
illū non ītellexerit: eo qđ Boeti⁹ loquut⁹ fuerit for/
malr ⁊ pfecte de indiuidua ſuba. Hoc eſt de ꝑ ſe ſub/
ſtente indiuiduo. i. incōicabili. vt exponit Sanctus
Tho. Diuina vero eſſentia nō formaliter ſed idem/
ptice ſolū ſit īdiuidua. ⁊ ob hoc eo ſolo nō verificat
fundamētū Ricardi quo nō deſtruit doctrinā Boe
tij. Nec ſanct⁹ Tho. in hoc defendit Riccardū ꝙ hñ
īpugnet Boetiū/ſꝫ in hoc ꝙ diffinitio ēt ſua quā dat
de pſona in vno ſenſu hēat veritatē. Qđ. n. ſanctus
Tho. diffinitionē Boetij de pſona veneret: nō ſoluꝫ
ꝓdit articulus ſpecialis de ea. in quo ab omni eam
defendit calūnia. i. q. xxix. ar. i. verū ēt ꝙ vbiqꝫ eā in
auctoritatē adducit. imo. i. q. xl. art. iij. ī in eā repro/
bat falſaꝫ opinionē. ⁊ ſuā catholicā ꝯcſonē ꝯfirmat.
Uerū eſt tñ ꝙ magis appropriato vocabulo in diui/
nis vſus eſt Ricardus ꝑ ly incōicabile q̄ꝫ Boeti⁹ fe
cerit ꝑ ly īdiuiduū: q2 vt dicit. s. Tho. pmo. di. xxvi.
ar. i. hoc nomē indiuiduū non ꝓprie dr̄ in diuinis: q2
exprimit determinatū modū diſtīctionis qui eſt per
māꝫ. Sed loco eius ꝯuenientius dr̄ ibi incōicabile.
Hoc idē ꝯfirmat pma. q. xxix. art. iij. ad quartū. Sꝫ
hec dr̄a ex ꝓprietate vocabuloꝝ ſumpta / ī ꝓpoſito
nr̄o ſupponit: ⁊ eo mō quo rō īdiuidui in diuinis ſal
uat. ꝓcedit qđ nr̄a.

Ad ſe/ cundā.

¶ Ad ſcđaꝫ confirmationē dr̄ ꝙ
non omne incōicabile dr̄ indiuiduū. Nā ēt ſpēs non
eſt cōicabilis formalr vel ſaltē nō extra genus aut
differētiā ſuā. ⁊ tñ non ꝑꝑ hoc dr̄ abſolute īdiuidua.
ſed incōicabile plurib⁹ ſuppoſitis ſub ipē vel cōi/dr̄
indiuiduū. Deus autē ſignificat deitatem q̄ non eſt
pluribus ſic cōicabilis vt ſm eā multiplicent ⁊ diui
dant. Et ob hoc dr̄ incōicabile nomē Et multoma/
gis eſt īcōicabile/nomē quatuor lr̄aꝝ apud hebreos/
deū vt in ſe eſt ſignificās. Quia tñ deitas eſt cōicabi/
lis pluribus ſuppoſitis: nō pōt dici ſimpl'r incōicabi
lis/ſm ꝙ incōicabile ideꝫ ſignificat ꝙ indiuiduū in
diuinis. ſicut hoc nomen pr̄ eſt nomē indiuidui. Uñ
pꝫ ꝙ auctoritates inducte non obſtant ꝓpoſito nr̄o.
Licet. n. deus ſit incōicabilis ex pte nature: nō tamē
ex parte ſuppoſiti. vt ibidē dr̄ ad ſcđm.

Ad q̄n/ tum.

¶ Ad quītū
dicendū ꝙ (ſicut ſupra ad tertiū opinātis in fine di
ctū eſt) nō ē negādū ꝙ hec deitas ſit īdiuidua ſeipā
realr: ſecus formalr ⁊ cōplete: ſicut nec eſt formalr ꝑ/
ſona: ſed realr tātū. Qđ vō adducit in creaturis eſſe
indiuiduū in pſona ⁊c. dr̄ ꝙ non eſt ſile: q2 nō eſt idē
realr ipſi pſone/⁊ hꝫ cōpletā in hoc rōnē formalē in/
diuidui ꝙ de vno ſolo pdicat: nō tñ hꝫ rōnē copletā
ſuppoſiti niſi ſeparet. pura man⁹. quoꝝ tñ oīm oppo
ſitum ꝯuenire diuine eſſentie iā ſupra declaratū ſe/
pius eſt ſerioſe. qūo inquā ei cōperat rō indiuidui/
vel īdiuiduatiui pncipij. Sic igit pꝫ ex oīb⁹ pdictis
ꝙ hic deus nō eſt dicendus īdiuiduū nature diuine
preter perſonas diuinas. Et hec de prima queſtione
ſufficiant. De qua Benedictus deus. Amen.

¶ Proponitur queſtio: ⁊ ad partes productis ſingulis argumentis/ recitatur opinio cum fundamentis ſuis. Cap. primum.

**Primo** Queritur ſecūdo. Utrum hic deus vt diſtinguit̄ ſm rōnē a tribus perſonis q̄s fides ponit ſit ſuppoſitum aut pſona ſaltē incōplete ⁊ imperfecte. Et videt̄ ꝙ ſic. qꝛ omne qđ ex ſe ſubſiſtit/ eſt ſuppoſitum: ⁊ ſi ſit in nā intellectuali/ eſt pſona/ ſaltē incōplete. Sꝫ hic deus eſt ex ſe ſubſiſtēs in nā diuina. ergo ⁊c. pꝫ minor: qꝛ ſubſiſtere cōuenit ei/ cū ſit pfectio ſimplr: ⁊ nō habet illud a pſonis/ cū ſit abſolutū. ⁊ per ꝯñs prius ſm rōnē ei conuenit q̄ʒ pſone. ergo habet illud ex ſe. Maior aūt pꝫ quia ſuppoſitorū/ ⁊ in nā intellectuali pſonarū proprium eſt ſubſiſtere: ⁊ hoc eis primo ꝯuenit. ergo ⁊c.

**Sed cōtra.** ¶ In contrariū facit qđ nullus ſanctorū aut etiā illuſtrium theologoꝝ qui nos pceſſerint vſus eſt hactenus hoc mō dicendi ꝙ vꝫ hic deus preter tres ſit pſona imperfecte ſeu icōplete ⁊c.

**Opinio noua.** ¶ Pro determinatiōe huius queſtionis ſciendum ꝙ opinans qui ſupra. putans vniōnē primo fieri ratione ſubſiſtentie/ ⁊ in hoc Scotum ſequens (de quo in ſequenti queſtione agetur) coactus eſt ponere ꝙ vnio fieri poſſit ad hunc deum preter tres. Quia vero cōis conceptio Theologorum eſt ꝙ vnio nō poſſit fieri niſi in pſona vel ad perſonā. coactus fuit ēt ponere hunc deū eſſe perſonam p̄ter tres. Sed qꝛ ad hoc prima fronte ſeq videbat̄ quaternitas pſonarū: qđ ſancte trinitatis fidei aduerſat̄/ vt hoc apparēter euitaret. dixit hunc deū p̄ter tres/ eſſe perſonā incōplete ⁊ impfecte. Ad quā quidē ſuam poſitionē firmandā quaſdā rōnes lꝫ nō ordinare nec per modū rōnū ſed quaſi per modū declarationū inducit: vbi ptractat doctrinā quā ſanctus Tho. tradit. Tertia. q. ij. ar. ij. q̄rū pma talis eſt.

**Prima ratio p opinione noua** Illud cui cōuenit diffinitio pſone ⁊ hypoſtaſis iperfecte ⁊ incōplete eſt pſona ⁊ hypoſtaſis ēt iperfecte. Pꝫ hoc qꝛ diffinitio ⁊ diffinitū ꝯuertunt̄. ſicut ieſſe. ita ineſſe pfecto vel iperfecto. Sed huic deo ꝯuenit impfecte diffinitio pſone ⁊ hypoſtaſis. ſola enī incōicabilitas ſibi deeſt ad rōnē pſone vel hypoſtaſis. ergo ⁊c.

**Secunda.** ¶ Scđo. In ſuba p ſe ſubſiſtēte inuenit̄ duplex totū. vꝫ nā ⁊ ſuppoſitum ſeu hypoſtaſis: q̄ in intellectuali nā dicit̄ pſona: ſiue realr ſiue non realr pro diuerſitate naturarū iſta diſtincta ſint. Et nā habet rationē totius vt quo: pſona vero vt qđ. Tunc ſic. Qđ ſe tenet ex parte pſone vel hypoſtaſis vt diſtinguitur vt totū ꝯ totū/ pōt dici aliqualr pſona vel hypoſtaſis. Sed hic deꝰ ſe tꝫ ex pte pſone vt diſtinguit̄ ꝯ naturam. Diſtinguit̄. n. pſona ꝯ naturaꝫ in hoc qđ eſt totū vt qđ hñs naturam: ⁊ in ea ſubſiſtēs: que oīa cōueniunt huic deo vt eſt indiuiduū nāe diuine. ergo hic deus p̄ter tres pōt dici pſona lꝫ impfecte ratiōe ſupradicta.

**Tertia.** ¶ Tertio idē pbat ex eodē loco. eo ꝙ alr nō pt ſaluari qn ſctūs Tho. tertia vbi ſupra fuerit diminutus in querēdo in quo vnio nāe humane cū diuina fcā ſit. Cum. n. in diuinis tria (inqt) inueniant̄ in qbus ſiue in q̄ ſm ſuā analogam rōnē cōtingat fieri vnionē: vꝫ nā indiuiduū nāe. ⁊ pſona diſtīcta: vt ex ſupradictis (inqt) pꝫ. que lꝫ in deo nō diſtiguant̄ realr. ex hoc tñ ꝙ diſtinguunt̄ rōne nā ⁊ pſona/ ſic dr̄ ſm fidem vnio facta in pſona ꝙ eſſet hereticū tenere ꝙ facta ſit vel eſſe poſſit in nā: non pōt a doctoribꝰ in facta relinqui qđ an facta ſit vel eſſe poſſit in indiuiduo nāe. niſi hoc queſitū ſub aliqua predictaꝝ inqſitionū contineat̄ an vꝫ facta ſit in nā. aut an facta ſit in pſona. Diſtinguit̄. n. ⁊ hoc ab vtriſqꝫ ſm rōneꝫ: ⁊ cum ſit p ſe ſubſiſtēs: in eo pōt fieri vnio: ⁊ non ſicut in nā cuius vt ſic nō eſt per ſe exiſtere: ſed ſolū in alio vt tñ totū formale ex mō ſignificādi. ergo ſicut in pſona. Ne igit̄ ſctūs Tho. cū ceteris docto. veniat arguēdus ꝙ fuerit diminutus in tradēdo doctrinam iſtam: neceſſe eſt dicere ꝙ qōnem an vnio fieri potuerit vel facta fuerit in indiuiduo nāe ſeu in hoc deo clauſerit ſub ea quā ꝓpoſuit atqꝫ diſcuſſit. an vꝫ vnio facta ſit in pſona. ergo ſm euꝫ opꝫ dicere ꝙ hic deus eſt ſuppoſitū ⁊ pſona: licet imperfecte. vt dictum eſt.

**No. 2°.**

**Quarta.** ¶ Quarto ad idē arguit̄. qꝛ alr ſequeret̄ ꝙ pceſſus ſancti Tho. vbi ſupra ad probandū ꝙ vnio fcā ſit in pſona. eſſet inualidus. Dicit. n. ꝙ ſi vnio nāe humane nō eſſet fcā in pſona: nullo mō nā humana vniretur deo. Qđ pꝫ falſuꝫ cū poſſit vniri in hoc deo. ergo hic deus eſt pſona aliquo mō ſm ſanctū Tho. ⁊ ſilr idem ifert̄ ex illa maxima. s. Tho. quā tertia vbi ſupra. poſuit. vꝫ. Omne qđ ieſt alicui pſone ſiue ptineat ad nāꝫ eiꝰ ſiue nō. vnit̄ ei in pſona. quoniā ſi nā hūana aſſumeret̄ ad hoc deo p̄ter tres: nā humana eſſet in pſona diſtincta: ⁊ tñ non vniret̄ ei in pſona ſeu pſonalr primo. Unde opꝫ dicere ꝙ. s. Tho. hunc deū ſubſiſtētem p̄ter tres clauſerit ſub noīe pſone: ⁊ ꝯñr ſm euꝫ eſt aliquo mō pſona.

**Quinta.** ¶ Quinto arguit̄ ad idē ibidē ſic. s. Tho. tertia vbi ſupra. ꝓ eodē accipit ī deo. hñs naturā ſeu indiuiduū ⁊ ſuppoſituꝫ. itē ꝓ eodē ſubſiſtens ⁊ ſuppoſitum. vñ dicit ibi. ꝙ natura diuina dr̄ ſuppoſitum ſm ꝙ eſt ſubſiſtens. Cū ergo hic deus ſignificet hoc hñs naturā diuinā ⁊ p ꝯñs indiuiduuꝫ illius nāe ⁊ ſubſiſtēs in ea. ſequit̄ ꝙ poſſit dici ſuppoſitum ⁊ pſona/ lꝫ non cōplete: vt ſupra oſtenſum eſt.

**Sexta.** ¶ Sexto pbat̄ h̄ idē. Quia. s. Th. pma. q. xxix. ar. ij. ꝓ eodē accipit ſuppoſitū/ hypoſtaſim/ ſubſiſtētiā/ rē nāe ⁊ perſonā in intellectuali nā. Quicqd ergo pōt dici res nāe diuine/ pōt ꝯñr dici hypoſtaſis ⁊ pſona. Sed ſm. s. Tho. Tertio. diſt. i. q. ij. ar. iiij. ad ſextum: cū dr̄ Baruch. iij. Hic eſt deꝰ. ⁊ nō extimabor aliꝰ ab illo. ly deus ſupponit reꝫ nature diuine indiſtincte. ergo hic deus pōt dici ſuppoſitum ⁊ pſona. nō tamē complete ratione ſupradicta. Hec igitur ſunt fundamenta que inducuntur pro hac noua opinione.

**Contra opinionem nouam.** ¶ Contra nouam opinionē tres cōcluſiones producuntur: ad quarum inducendam firmitatē plurima prenotantur. Cap. ſecundum.

**Nota. 1.** Ueruntamen hec nouitas falſa eſt. Qđ vt meliꝰ deducat̄. pnotādū eſt primo ꝙ cū ſupra pbatū ſit nō dari indiuiduū aliqđ in diuinis p̄ter tres pſonas. non intelligit̄ qđ pñs. an vnū indiuiduū in diuinis ſit pſona p̄ter tres. lꝫ opinans hoc in ſuis rōnibus pmiſſis dari ſupponat: ſed ſolū querit̄ hic an hic deus vel vnus deꝰ numero ſit illo mō pſona: ſi abſolute cōſideret̄ qđ. Nihilominus ad hominē diſputando q ponit tale indiuiduū/ tractabit̄ qđ ſub ſuppoſitiōe illiꝰ falſi. Et ponit̄ triplex cōcluſio ꝯditiōalis.

**Triplex concluſio ꝯtra opinantem.** ¶ Prima. Si vnus deꝰ eſſet vnū indiuiduū p̄ter tres pſonas. non poſſet dici pſona ēt iperfecte. ¶ Scđa. Si vnus deꝰ eſſet indiuiduū ⁊c. eſſet pſona pfectiſſime p̄ter tres. ¶ Tertia. Si vnꝰ deꝰ ⁊c. iā eſſet in diuinis tantū vna pſona. ⁊ hec pfectiſſima. Et qꝛ prime due cōcluſiōes adinuicem ꝯdicūt. ⁊ ꝯñs tertie eſt impoſſibile abſolute. pꝫ ꝙ antecedēs illud implicat pariter ꝯdictionē/ ⁊ eſt impoſſibile abſolute. Ita ꝙ per declarationē ēt principalis intenti qōnis huius/ declarabit̄ premiſſe qōnis veritas q̄ʒ aperte. Et manifeſta erit negatiua tituli pncipalis huius qōnis/ vꝫ ꝙ hic deus vnus numero/ nullo mō pōt dici perſona preter tres.

**No. 2°.** ¶ Pro deductione igitur predictarum cōcluſionū ſiue perfecte ſiue imperfecte. prenotandū eſt 2° ꝙ perſona capit̄ multis modis: pretermiſſis ēt modis quibus ⁊ gramaticus vtit̄ pª vel 2ª perſona. ⁊ logicus dicit aliquē terminuꝫ ſupponere perſonaliter: quibus modis nomen perſone ad omne conceptibile ⁊ noiabile ſe extēdit. ſꝫ ſpecialiter capit̄ perſona primo ſm vſum grecorū prout ſignificat laruam qua in comedijs ⁊ tragedijs conſueuit ab aliquo laruato/ alius quiſpiam repreſentari. Unde ſic perſona/ dicta eſt a perſonādo: qꝛ mutat̄ ſonus vocis/ quā ēt ipſi greci proſopon appellāt. Et qꝛ tales perſone repreſentate cōiter erant hoīes famoſi ⁊ in opinione hoīuꝫ clari virtutibus aut potētia vel diuitijs ⁊c. iđ deriuatū eſt 2°/ vt ſm vſum eccleſiaſticorū pſona ſignificet aliquos dignitatē habentes Et pp hoc alique dignitates eccleſiaſtice dicunt̄ perſonatus. vt patet extra de prebendis. c. ad hec ⁊. c. de multa. ⁊ hoīes indignitatibus illis ſublimati/ ſpāliter vocant̄ pſone. 3° perſona ſumit̄ ſubſtantialiter/ pro eo vꝫ ꝙ ſubſiſtit in natura. non quacunqꝫ/ ſed intellectuali tantūmodo. Quo mō diffinit eam Boe. in libro de duabus naturis ⁊ vna perſona Chriſti/ dicēs ꝙ pſona eſt rōnalis nature indiuidua ſubſtātia. Et Ricardus de. S. Uictore ꝙ eſt rōnalis nature incōicabilis exiſtentia. Et quidā alij theologi. ꝙ eſt hypoſtaſis proprietate diſtincta ad dignitatē pertinēte. Et aduertendū ꝙ opinans tractans doctrinā quā S. Tho. affert. 1ª. q. 29. ar. p°. elicit ex ſol. 2ᵗ. ꝙ ſubſtātia indiuidua nō accipitur in diffinitiōe Boecij ad intentionē. S. Tho. ibi/ vt diſtinguit̄ ꝯ ſubſtantiā vniuerſalē: ſꝫ vt diſtinguit̄ ꝯ eſſentiā ſubſtātie/ tam vniuerſalē q̄ʒ particularē. hec. n. tñ (inquit) vocat̄ ſubſtātia prima/ ſuppoſitū/ perſona. Hoc aūt ſenſit ex eo ꝙ. S. Tho. ibi recitat quoſdaꝫ accipere ſubſtantiā poſitā in illa diffinitione pro hypoſtaſi. ad excludendā rōnem vniuerſalis ⁊ partis. Homo enim cōis nō eſt hypoſtaſis/ neqꝫ manus. Addi aūt volunt ly indiuidua/ ad excludendā aſſumptibilitatem/ que cōpetit nature ⁊ forme totius. ſicut humanitati Chriſti/ q̄ tñ vniuerſalis nō eſt aut pars. Et lꝫ iſta horum rñſio aut expoſitio patiat̄ multos defectus/ ⁊ precipue illū ꝙ natura humana in Chriſto ſit hypoſtaſis ſed nō perſona/ vt declarat̄ falſum eſſe. pot. q. 9. ar. 2°. ad 4ᵐ. nihilominus. S. Th. hoc ſolū ibi dicit ꝙ melius eſt dicere ꝙ ſubſtātia in illa diffinitiōe Boecij accipit̄ cōiter prout diuidit̄ per primā ⁊ ſcđam. Et per hoc qđ addit̄ indiuidua/ trahitur ad ſtandū pro ſubſtātia prima. hec ille. Et nō dicit ꝯ illā opinionē ꝙ per ſubſtantiā primā nō excludat̄ ſubſtātia vniuerſalis ⁊ ꝯñr rō vniuerſalis/ ſꝫ intēdit ꝙ nō excludat̄ ſolū per ly ſubſtantia. immo potius includit̄ ſicut magis cōe in rōne ſui minus cōis. Dicit enī ꝙ ſubſtātia cōiter accepta diuidit̄ per pᵃᵐ ⁊ 2ᵃᵐ. Et intelligit̄ diuiſione analoga. Excluditur aūt rō vniuerſalis per hoc totum qđ dico ſubſtātia indiuidua: ſicut excludit̄ per ſubſtantiaꝫ pᵃᵐ que per ly ſubſtātia indiuidua ī propoſito ſignificat̄. Et ꝯñr excludit̄ rō partis tam integralis q̄ʒ formalis ſm rōneꝫ ēt forme totius. Sicut ergo per ſubſtantiā pᵃᵐ excludit̄ ſubſtātia 2ª que eſt ſbīa vniuerſalis. vt pote ſuū oppoſitū. ita ēt per ly ſubſtantia indiuidua in diffinitiōe Boe. poſita excluditur ſubſtātia vniuerſalis directe. ⁊ indirecte ēt eſſentia vniuerſalis. qꝛ eſſentia vniuerſalis ad ſubſtantiam vniuerſalē reducit̄. Si aūt per ly ſubſtantia indiuidua nō excluderet̄ ibi ſubſtantia vniuerſalis. vt dicit opinās/ neceſſario ſequeret̄ ꝙ vel includeret̄: ⁊ ſic ſubſtantia vniuerſalis eſſet pſona/ puta homo in cōi. ꝯ. S. Th. vbiqꝫ. ⁊ precipue 3°. diſt. 5ª. q. 1ª. ar. 3°. pot. q. 9. ar. 2°. 7ᵐ. vbi dicit ꝙ ſm intentionē Boe. in lib. de duabus naturis per ly indiuidua ſubſtantia. excludunt̄ vniuerſalia a rōne perſone: vel diffinitio cōueniret alteri a diffinito. Cū aūt fateat̄ ibi opinās ſubſtantiā primā eſſe proprie ſuppoſitum ⁊ perſonā/ ⁊. S. Tho. dicat illā ſignificari per ſubſtātiam indiuiduā/ ſequit̄ ꝙ ſubſtātia indiuidua proprie ſignificet ibi ſuppoſitū atqꝫ perſonam. ⁊ ꝯñr a quocunqꝫ negabitur eſſe perſonā. negabit̄ pariter eſſe ſubſtantiā indiuiduā. ergo cuꝫ ipſe neget hunc deum preter tres perſonas eſſe ſuppoſitū ⁊ perſonā perfecte/ negare quoqꝫ dꝫ et non abſolute ponere aut affirmare hūc deum eſſe indiuiduū nature preter tres perſonas/ vt tñ facit. Unde merito in precedēti qōne eū impugnauimꝰ. Cuius tollerabilior fuiſſet error ſi (vt ex premiſſis a ſe cogebatur) dixiſſet eſſe indiuiduū imperfecte vel incomplete/ ſicut dicit eundem eſſe perſonam imperfecte vel incōplete. licet ⁊ hoc falſum ſit. vt paulo infra deducet̄.

eſſentialitter perfecta ⁊ completa ſine perſonalitate. ergo ſine illa terminatione. ergo non pertinet ad integritatem nature tanq̃ꝫ eſſentiale illius. Antecedens eſt vulgatum in Theologia. ⁊ elicitur a ſancto Tho. 3ª.q.6.art.5.c. Ubi natura humana aſſumpta a verbo ſupponitur perfecta ⁊ completa eſſentialiter. que tamen non habet propriam perſonalitatem. Unde ſanctus Tho. 3ª.q.4.art.2°. ad ſecundum dicit expreſſe ꝙ nature aſſumpte a verbo non deeſt propria perſonalitas propter defectuꝫ alicuius quod ad perfectionem nature humane pertineat.
¶ Tum tertio quia natura eſt cauſa perſonalitatis. 3°.
conſtituit enim perſonã vt ſic. vt elicitur a ſancto Tho. 3ª.q.2. articulo ſecundo. Non conſtituit auteꝫ aliquid ſuorum eſſentialum: nec eorum poteſt eſſe cauſa. ſed magis conſtituitur atqꝫ cauſatur ab eis vel ex eis. ergo ⁊c. ¶ Tum quarto quia ſi eſt quid eſ- 4°.
ſentiale ipſi nature/vel eſt actus vel potentia vel cõpoſitum ex his. Neqꝫ enim alia dãtur eſſentialia. 8° Methaphiſice. Sed non eſt ipſuꝫ compoſitum. Hoc enim eſt ipſa natura que in materialibus ponitur terminari. Neqꝫ materia aut forma. quia cum natura vt diſtinguitur contra perſonã habeat hec. vt patet in chriſto. habebit perſonalitatẽ: ⁊ ꝯſequẽter erit pſona vt diſtinguitur cõtra perſonam. qd̉ implicat. Item in Chriſto eſſet ꝓpria perſonalitas humana.

qđ eſt hereticũ. ¶ Nec valet dicere ꝙ reducatur ad
compoſitum vt dicit Opinans. Hoc enim non ſuffi-
Euaſio/ nis. cit. ſed oportet dicere ꝙ ſit aliquid illorũ/ ſi diuiſio
Philoſophi ſit neceſſaria ⁊ ſufficiens. Nã licet ma-
Preclu/ſio. teria ⁊ forma reducantur ad cõpoſitũ vt partes: ta-
men horum ſingula in aliquo diuiſionis illius mem
bro ponuntur. Hoc autẽ non poteſt illi termino cõ-
uenire. Nõ poteſt ergo dici ꝙ talis terminus vel ter
minatio pertineat ad naturam vt quid eſſentiale il
lius. Nec hoc puto ab opinante dici.

## Confictam terminationem nõ poſſe inter accidentalia naturæ connumerari. Capi. V.

Reſpon/ſio ſcđa. **Si uero** ad primum ſcđe huius rõnis aſſum-
ptum qs forte diceret terminationẽ
Impu/gnatio. pª. illã ipſi nature eſſe accidẽtalẽ. ¶ Cõtra primo. quia
aut erit accidẽs indiuiduale aut ſpecificũ. Non ſpe
cificũ. cum ſm eũ non niſi indiuidue nature conue-
niat/ tum q: nõ poſſet per dei potentiã a natura ſe-
parari. ſm. s. Tho. ⁊ veros Thomiſtas / ⁊ etiam ſm
opinantẽ. Conſequens aũt eſt contra eundẽ vbi ſu-
pra. Tum q: cõueniret oĩbus naturis. Et ſic nature
que eſt in xp̃o cõueniret propria pſonalitas. qđ eſt
hereticũ. ¶ Nec põt dici ꝙ ſit accidẽs indiuiduale.
tum q: talis terminatio eſſet poſterior ipſo eſſe. Om
ne enim accidẽs indiuiduale ſup eſſe indiuidui fun-
dať. Ergo cũ ipſum eſſe ſit magis intimũ perſone/
magis ptinebit ad rationẽ eius/ ſi intimũ pertinet/
q̃ʒ talis terminatio. Quod tñ negat opinãs abſolu-
te. Tum q: ſequereť ꝙ natura ſic terminata nõ eſſet
ſubiectũ adequatũ ipſius eſſe. neqʒ eſſe eſſet ꝓprius
eius actus/ cõtra ipſum etiã opinantem. ſuper. 3ª.
q. 6. ar. 3º. Patet aũt ꝯña. tum q: eodẽ modo ꝓba-
bitur ꝙ tale predicatũ accidentale ipſi nature/ non
ſit pſonalitas quo opinãs probare ſe putat ex dictis
ſancti Tho. 3ª. q. 12. ar. 2º. ad pm. ꝙ eſſe nõ ſit pſonali
tas/ q: (inquit) ſm. s. Tho. eſſe cõſequiť naturã non
ſicut habentẽ eſſe/ ſed ſicut qua aliqs eſt. Perſonaʒ
aũt ſiue hypoſtaſim conſequiť ipſum eſſe ſicut habẽ
tem eſſe. Pari inquã rõne. ſi terminatio iſta ponať
accidentalr ipſi nature cõuenire. opʒ ꝙ cõſequatur
eã per accidẽs ſi nõ conſequiť eam per ſe. vt ꝓbaui-
mus. Cum aũt non poſſit poni ꝙ conſequať naturã
ſicut habentẽ eaʒ. ſed ſicut qua pſona primo eſt ter-
minata/ oportet ꝙ conſequať ipſam perſonã vel hy-
poſtaſim ſicut habentẽ ſcʒ terminationẽ. Omne eni
qđ conſequitur naturã vt quo. cõſequiť hypoſtaſim
vt qđ habet illđ. vt eliciť a. s. Tho. vbi ſupra. Sicut
riſibilitas conſequiť naturã non vt habentẽ riſibili
tatem quaſi ipſa ſit riſibilis/ ſed vt qua ſuppoſitum
vel pſona riſibilis eſt. Perſonã aũt illam opʒ ꝙ cõ-
ſequatur eſſe vt habentẽ ipſum eſſe exiſtentie. Tũc
ſic. Quod conſequiť perſonã non cõſtituit perſonaʒ
in eſſe perſonali. ⁊ ꝯñter non eſt pſonalitas. Sʒ ter-
minatio illa ſi accidentaliter cõuenit nature/ conſe-
quitur perſonã. vt probatũ eſt. ergo nõ eſt illud quo
primo pſona eſt pſona. ⁊ per ꝯñs non eſt pſonalitas.
¶ Sed forte alr ad principale argumentũ reſponde
bitur ꝙ pſonalitas ſpectat quidẽ per ſe ad naturaʒ
Reſpon/ſio 3ª. ⁊ nõ per accidẽs ſed nõ per modũ predicari eẽtia-
lis. neqʒ per modũ ꝓprie paſſionis. ſed per modum
termini rei. ſicut pũtus ſpectat ad lineã/ ⁊ linea ad
ſuperficiẽ. ⁊ predicať de ea denoĩatiue/ nõ aũt eſſen-
tialr. Diciť enim terminata ⁊ pſonata / ſicut linea
puncto terminata ⁊ punctuata. abſqʒ hoc ꝙ ſit forma
vel eſſe/ pars eſſentie vel accidẽs eius. hoc eſt extrin-
ſecum ab eſſentia/ etiã ſi reduceret ad idem genus.
Sicut eſſe ſubſtãtiale reduciť ad genus ſubſtãtie de
cuiꝰ tñ eẽntia nõ eſt. ſicut neqʒ pũtus aliqđ horũ eſt
reſpectu linee. ¶ Sed cõtra primo. q: dicere ꝙ pſo- Impu/gnatio. pª.
nalitas ſpectet ad naturã per modũ termini vel ter
minationis eſt dicere qđ cõiſſimum. Unde opʒ ꝙ de
clareť conuenire nature ſm aliquã rationẽ contra-
ctiuã illius cõiſſimi. Inueniunť enim termini eſſen-
tiales. vt materialis. ſicut materia pma q̃ terminat
⁊ finit ⁊ limitat formaʒ. pª. q. 7ª. ar. 1º. ⁊ formalis ſi-
cut forma partis que terminat materiã. vt diciť ibi
dem. ⁊ forma totius q̃ terminat ſpeciẽ ſm vnũ mo-
dum. differẽtia vero ſubſtãtialis ſm aliũ/ inquantũ
vʒ terminat diffinitũ. q: complet diffinitionem que
ex hoc etiã vocatur terminus. Inueniunť etiã ter-
mini ſubſtantiales. i. ſuppoſitales/ vt eſſe exiſtentie.
termini etiã accidentales ſiue ꝓpri. vt riſibilitas: ſi-
ue cõmunes. vt albedo. Inueniunť termini quãtita
tis/ termini relationis/ dependentie ⁊ hmõi. Unde
neceſſariũ eſt vt ad aliquẽ ſpecialem modũ terminã
di naturã perſonalitas reducať/ ſi nature termina-
tio eſt. Cum ergo talis aliqs modus nõ aſſignetur:
fictionẽ prodit ipſa poſitio. Nõ enim eſt terminatio
quãtitatiua/ licet ex huiꝰ ſimilitudine velit opinãs
illã ingerere. Neqʒ differẽtialis. vt ipſe etiã confite-
tur. Et ſic diſcurrendo per oẽs terminãdi modos co
gnoſceť huic oẽs eſſe aduerſos. ergo ⁊c. ¶ Scđo. Inť 2ª.
eſſentiale ⁊ nõ eẽntiale nõ dať mediũ cũ ſint contra-
dictoria. Omne autem qđ non eſt eſſentiale alicui ⁊
cõuenit ei/ cõueniat accidentalr oportet. ⁊ ꝯñr ter-
minatio predicta cõueniet nature accidentalr ſi nõ
cõuenit ei eſſentialiter/ vt probatũ eſt. Supponitur
autẽ eam nature cõuenire ſm opinantẽ/ cum dicat
eam eſſe terminationem eius. ¶ Et confirmať. q: ſi- Confir/matio.
cut ſubſtantia ⁊ accidens ſufficienter diuidunt ens.
ita eſſentiale ⁊ accidentale. Unde de quocũqʒ etiaʒ
termino querendũ eſt quo iſtorũ duorum modoruʒ
rei terminate cõueniat. ¶ Tertio quia non bene ſit 3ª.
comparatio ad terminationeʒ quantitatiuã in pro-
poſito/ cum mathecª ⁊ naturalia non ſint eiuſdẽ ge-
neris/ immo valde diuerſi ſub ente analogo/ cõi vʒ
ſubſtantie ⁊ accidenti. Omnis aũt bona cõparatio
eſt inter ea que ſunt eiuſdẽ generis. 10. Methce. Er-
go ex terminatione mathematicorum ſeu quanti-
tatis non poteſt quicq̃ʒ inferri etiam per viam ſimi
litudinis quod pertineat ad terminationẽ natura-
lium/ vel cuiuſcunqʒ ſubſtantie vt ſic. Et hunc de-
fectum cõiter incurrit opinans. Sepiſſime ſiquidẽ
ex cõditionibꝰ mathemar propriis inueſtigat p viã
ſimilitudinis ⁊ proportionis conditiones naturaliũ
⁊ ẽt diuinorũ. Et ꝓpterea nonnunq̃ʒ grauiter aber-
rat/ vt maxime pʒ in materia de immortalitate ani
me ⁊ de hoc deo ⁊c. Deductiones enim tales ex hoc
ipſo falſe comprobãtur ⁊ defectiue ꝙ ex diſſimili vt
ſic/ perfecta ſimilitudo vel proportio inferri non po
teſt. cum hec conuenientiaʒ importent/ quã negat ⁊
aufert diſſimilitudo. ¶ Et ꝯfirmatur tñ quia pũtus Confir/matio.
eſt de eſſentia linee ſm. s. Tho. potª. q. 10. ar. 1. ad 9m.
Terminatio



Terminatio autẽ illa nõ ponitur ab opinãte de ſub-
ſtantia nature. ergo nõ ſunt ſimilia. Tum quia va-
riato puncto p abſciſionẽ partis/ nõ ꝓpter hoc va-
riatur linea qn ſit eadẽ numero. alioquin nõ idẽ nu
mero cõtinuũ eẽt diuiſibile in infinitũ. Uariata aũt
perſonalitate/ variatur perſona ſʒ numerũ eadem.
ſeu ẽt eadem natura in pcreto. hoc eſt/ idẽ ens natu
rale. ergo idẽ. ¶ Quomodo aũt punctus poſſit eſſe
de eſſentia linee ⁊ tñ ſeparari poſſit ⁊ tolli eadem re-
manẽte/ non eſt pñtis ſpeculationis diſcutere. Suf
ficiat ſcire ꝙ non eſt neceſſariũ omne qđ eſt de ſubſtã
tia rei eſſe illi ſic eſſentiale / vt non poſſit ab ea ſepa-
rari. Nam ⁊ manus ſeparari poteſt ab homine/ ipſo
manẽte. Pʒ ergo rõnẽ hanc/ opinionẽ illã deijcere.

## Quatuor adhuc rationes ad idem induc untur efficaciſſime. Cap. VI.

3º pñci/paliter. **Tertio** ad idem principaliter ſic arguitur.
Natura humana indiuidua citra ter
minationẽ illã eſt ſubſtantia indiuidua rationalis
nature per ſe. ergo perſona. Hec eſt. n. diffinitio per-
ſone. Terminatio ergo illa que poſterior eſt/ nil fa-
cit ad perſonalitatẽ. Antecedẽs habet opinãs ꝯcede
re. cũ concedat naturã indiuiduari per ſe. ita ꝙ in-
diuiduatiuo ſm eũ ſe tenet ex parte nature. Cuius
tamẽ oppoſitũ nos .j. oſtendemus. ⁊ ideo contra nos
nõ militat argumentũ inferens ꝙ natura ſit perſo-
na. Ponit etiam opinans terminationẽ predictam
quaſi quoddã ſuperadditũ ipſi indiuiduationi na-
ture. Et ſic natura ſm eũ eſt prius ſʒ naturã indiui-
dua q̃ʒ terminata. ergo terminatio nõ eſt primo ꝯſti
2ª. Reſpon/ſio. tuitiua perſone. ⁊ ſic non eſt ponẽda. ¶ Sed forte di
cet opinans ad rationem ꝙ natura ſic indiuiduata
anteq̃ʒ intelligatur terminata/ nõ eſt ſubſtãtia ꝯple-
ta. de qua tamẽ ſola intendit Boetius in illa diffini
tione perſone. ¶ Sʒ contra omnis ſubſtãtia incom-
Impu/gnatio. pleta habet rationẽ partis vel formalis vel materia
lis. Et ſicut ſubſtãtia incõpleta ſm ſpeciem habet
rationem partis ſpeciei. ita ſubſtãtia incõpleta ſm
ĩdiuiduationẽ/ habet rationẽ partis indiuidui. Sʒ
natura in illo priori nõ habet rationẽ partis. eſt. n.
totũ ꝯpoſitum ex materia ⁊ forma/ nec alterã parteʒ
3ª. expectat vt ex eis reſultet 3m/ maxime ſm opinãtẽ.
Reſpon/ſio. ergo eſt ſubſtantia cõpleta. ¶ Quod ſi negeť iſta ma
ior ⁊ dicať ꝙ ſtat naturã eſſe incõpletã/ q: eſt inter-
minata/ ẽt ſi nõ habeat rationẽ partis. ¶ Contra ſic
Impu/gnatio. arguiť. Omnis ſubſtantia q̃ ideo eſt incõpleta quia
interminata/ eſt infinita. vt patet ex terminis. Idẽ
enĩ eſt eſſe infinitũ ⁊ interminatũ. Sʒ natura in illo
priori nõ eſt infinita neqʒ infinitate q̃ ſe tenet ex par
te forme/ cũ forma eius ſit finita p materiã. neqʒ in-
finitate q̃ ſe tenet ex parte materie/ cũ eius materia
finiatur p eandẽ formã. neqʒ infinitate q̃ ſe tenet ex
parte vniuerſalis q̃ ad infinita ſingularia ſe extẽdit
quantũ eſt de ſe/ q̃ infinitas reduciť ẽt ad materiã/
cũ finiať p principia indiuiduantia: ⁊ nulla alia deť
infinitas. vt pʒ ex doctrina. s. Tho. pª. q. 7. ar. 1. ergo
nõ eſt ſubſtantia incõpleta ẽt in illo priori. Et ſic re-
Reſpon/ſio. ſponſio nulla. ¶ Sed diceť ꝙ natura in Chriſto non
eſt infinita/ q: eſt terminata ad verbũ. ¶ Sʒ cõtra q:
Impu/gnatio. ex hoc magis haberet rõnem infiniti cũ verbũ ipſuʒ
ſit ẽt infinitum. Et ſic licet diceret perſona infinita/
nõ tamẽ terminata. Ex ſe ẽt eſſet infinita perſonali-
tas. qđ tamen nullus diceret. ¶ Quarto ſic ad idem 4º.
principaliter arguiť. Nã indiuidua ſm opinantem
poteſt p dei potãm eſſe ſine terminatione aliqua ⁊ ſi-
ne omni pſonalitate. ita ꝙ in tali caſu habeat prin-
cipia indiuiduãtia ⁊ ipſuʒ eſſe tñmõ. vt ipſe vbi ſu-
pra ad 4m. Scoti reſpondẽs/ dicit eſſe poſſibile. Tũc
ad eum arguiť ſic. Omnis ſubſtantia indiuidua ra-
tionalis nature ſeorſum exiſtẽs/ nulliqʒ innixa/ ⁊ ꝯſe
quẽter ſubſiſtens/ eſt pſona. Sʒ natura in caſu/ eſt hu
iuſmodi. ergo eſt perſona. et tñ in caſu non eſt termi
nata terminatione illa ſua. ergo illa eſt ſuperflua.
Maior eſt manifeſtiſſima p ſepe inductã diffinitio-
nem perſone ſm cõem Theor. intentionem/ que hua
lere debet in oculis oĩm ſapientũ aduerſus oẽs fan
taſticas nouitates. Minor võ eſt opinãtis ergo ⁊c.
¶ Forte dicet ꝙ erit quidẽ indiuidua/ ſed non ꝯple-
ta: ⁊ ob hoc erit quidẽ exiſtẽs ſʒ nõ ſubſiſtẽs/ ſicut ẽt Reſpon/ſio.
eſt manus. ⁊ ideo nõ pſona. ¶ Sʒ cõtra primo. Naʒ
talis natura eſt cõpleta ſm ſpeciẽ ⁊ cũ principijs in- Impu/gnatio.
diuiduantibus. ⁊ ſeorſum poſita per caſum nulliqʒ
ĩnixa. alias terminaretur ſm opinantẽ termino eiꝰ
cui ĩnitereť. vt natura humana in xp̃o. Ergo nihil
ſibi deeſt de rõne ſuppoſiti. Patet autẽ cõſequẽtia.
per. s. Tho. 3ª. q. 2ª. ar. 2º. ad 3m. vbi hanc ſolam cau-
ſam inducit cur natura humana in xp̃o nõ ſit pſona
vel nõ habeat ꝓpriam pſonalitatem: q: (inquit) nõ
ſeorſum ſeu ſeparatim exiſtit. ergo hoc ſolum ꝙ. ſ. na
tura ſeparatim exiſtat ſufficit ad perſonãdum illã/
ſuppoſita indiuiduatione eius tanq̃ʒ cuiuſdã cõple
ti in ſpecie. ¶ Scđo querendũ eſt an talis ſubſtãtia
indiuidua citra illã terminationẽ in caſu ſit ſubſtã-
tia ſcđa vel pars prime. aut certe ipſa tota ſubſtãtia
pª. Sufficientia huius diuiſionis pʒ in pdicamẽtis
capitulo de ſubſtantia. Nõ poteſt aũt dici ꝙ ſit ſbia
ſcđa/ cũ ſit ſingularis p opinãtẽ. Neqʒ pars pme: q:
non pars nature ſʒ tota. neqʒ pars perſone: q: perſo
na ẽ ſm opinantẽ/ non eſt quoddã totũ ꝯſtitutũ ex
natura ex pſonalitate. ergo oportet dicere ꝙ ſit ipſa
tota prima ſubſtantia. Aut ergo eſt eſſentia tñ. aut
ſuppoſitum ſeu pſona. Neqʒ. n. inuenitur ſubſtantia
ꝯpleta alia ab his. 5º. Methce. Non pm. q: ſola eſſen-
tia nõ eſt niſi quo. Hec aũt in caſu eſſet id quod eſt.
Qđ probať q: ipſa per ſe ⁊ p proprium ſuum eſſe exi
ſteret. ⁊ non per eſſe alterius a ſe vt ſuppoſiti per ca-
ſum. tũ q: non eſſet aliud cui cõpeteret eſſe qđ. reſpe
ctu talis eſſentie totius. ergo ipſa non eſſet quo. Nã
quo totale ſemper preſupponit qđ. cuius eſt quo. er-
go eſſet ſuppoſitũ vel perſona. qđ eſt propoſitum. er-
go ⁊c. ¶ Quinto principaliter ad idẽ ſic arguitur.
Si terminatio eſſentie eſſet ex ſui ratione perſonali 5ª.
tas/ oĩs perſonalitas eſſet terminatio eſſentie/ ⁊ con-
ſequenter omnibus perſonis creatis ⁊ p ꝯſequens ẽt
angelicis formaliter ineſſet. vt pʒ ex terminis: ⁊ ni-
hilominus realr in creaturis diſtingueretur ab ipſa
eſſentia. Quod quidem ad hominem ex hoc patet:
quia poteſt ſecundũ eum deus vniuerſaliter in na-
turis creatis ꝯſeruare ipſam naturã cũ ſuo eſſe ſine
ſua illa terminatione. Non poſſet autẽ ſeparari ab
ea ſi nõ diſtingueret ab illa. tũ quia deus poſſet aſ-
ſumere naturã ẽt angelicam in vnitate pſone/ ⁊ nõ
haberet tunc illam propriã pſonalitatẽ. Ex his aũt
ſequitur ꝙ perſonalitas talis eſſet diſtincta a ſingu
lorum natura: ⁊ ſic in angelis diſtinguetur realiter

⁊ intrinſece ſuppoſitũ ⁊ natura: cõtra ſanctũ Tho.
pª.q.3ª.ar.3°. ⁊ vbicũqȝ tractat de intrinſeca diſtin
ctione ſuppoſiti a natura. Et ſic p̃ter accñtia per ſe
⁊ per accidẽs/ ⁊ preter ipſum eſſe/ realitas hec noua
nũc eis ſuperadderet̃. Qð nullus vnq̃ȝ hacten⁹ ſom
niauit/ qui nouit angelos eſſe ſubſtãtias ſimpliciſſi/
mas ſȝ eſſentiã: ⁊ nõ coaceruãtes intriſece p̃les rea/
litates. ſȝ ſeipſis indiuiduatas. ¶ Sexto principal̃r
arguit̃ ad idẽ ſic. Ea que apud nos ſunt realiter di/
ſtincta in eodẽ/ ⁊ in ſua ratione formali nõ importãt
impfectionẽ/ inueniunt̃ in deo diſtincta ſȝ rationẽ.
iuxta cõem Theolo^r cõſenſum. Sȝ in diuinis nõ in/
telligitur inueniri alia terminatio q̃ȝ relatio ⁊ eſſe/
9°. etiã ſȝ opinãtẽ vbi ſupra ad 3ᵐ. Aureoli. ergo nõ eſt
ibi alia quecũqȝ pſonalitas ab his ſȝ rationẽ diſtin
cta. ergo nec in creaturis alia eſt ponẽda diſtincta
realiter a principijs indiuiduantibus ⁊ ab eſſe.
¶ Et confirmatur qȝ eodẽ pater in diuinis eſt deus
pater/ ⁊ perſona patris. ſȝ ſola relatione ſubſiſtẽtie
tanq̃ȝ pricipio indiuiduatiuo. ſ. diuina paternitate
pater eſt deus pr̃. ergo ⁊ ſola illa eſt pſona patris.
Vñ ⁊ s. Tho. pª. q. 40ª. ar. 3°. ad 2ᵐ. dicit q̄ pr̃ i diui
Confirmatio. nis paternitate nõ ſolũ eſt pater ſȝ ẽt quis/ ſeu hy/
poſtaſis ⁊c. Et ſic nulla alia termĩatio ad hᵒ q̄ ſit hy/
poſtaſis ⁊ ↄſequenter pſona/ ibi intelligitur ſm rõ/
nem ab his diſtincta. ⁊ ſic patet ppoſitum manifeſte.
¶ Argumẽta aũt opinãtis infra ſoluent̃ vbi fuerit
quarta opinio defenſata/ ⁊ quarti articuli determi/
natio perfecta. Et de ſcðo queſito tanta ſint dicta.

## ARTICVLVS. III.

### Pluribus rationibus oſtẽditur quæſtionis huius principalem titulum nullã impoſſibilitatem præferre. Caput. Primum

QVantum ad 3ᵐ articulũ ⁊ p in/
troductiõe tertie opi
nionis quã credo verã ⁊ ĩdubitatã/ que
rendũ occurrit an nature debeatur ſeu
cõuenire poſſit ſingularitas alia a ſingularitate ſup/
poſiti: prout ipſe titulus toti⁹ queſtionis ſupponit.
P°. Videt̃ autẽ hoc p indubitato tenendũ eẽ. Qð qdẽ
pbatur primo ex cõi modo loquẽdi doctoꝝ a qbus
ipſa natura ẽt ſȝ ſe in abſtracto ſignificat̃ ⁊ noĩatur.
puta p nomẽ abſtractũ a nomine pprio ↄcreto ſum/
ptũ. vt p ſorteitatẽ a ſorte. ⁊ ẽt p cõe nomẽ in abſtra
cto acceptũ cũ pnomine demõſtratiuo. vt p hãc hu/
manitatẽ. Videt̃. n. hoc habere rõnẽ cuiuſdã prioris
formalis reſpectu hoĩs huius. ſicut humanitas ĩ cõi
habet rationẽ prioris reſpectu hoĩs. vt pote formale
principiũ illius exiſtẽs. Sic igit̃ hec humanitas ſor/
tis/ noĩe ſorteitatis expſſa ppria ſingularitate/ põr
eſt ipſo ſorte formaliter. ⁊ ſic eſt alia ⁊ alia ſingulari/
Confirmatio. tas vtriuſqȝ. ¶ Et ↄfirmat̃ qȝ ſicut nomẽ ↄcretũ ſi/
gnificãs habẽtẽ naturã/ hȝ ſuũ abſtractũ ſignificãs
ipſam purã ſuã nãȝ. ita nomen ↄcretũ ſignificãs pſo
nã ſeu hñtẽ pſonalitatẽ pura ly ſortes/ hȝ ſuũ abſtra
ctũ ſignificãs ei⁹ purã pſonalitate puta ly ſorteitas.
2°. ¶ 2° idẽ efficaciſſime ſic pbat̃. Cũ verbũ non aſſum
pſerit nãm humanã in vlĩ. vt docet s. Tho. 3ª. q. 4ª.
ar. 4. neqȝ aſſumpſerit hominẽ qȝ vȝ ly hõ ſignificat
hñtẽ naturã humanã. tale. n. habẽs cum ſit ſuppoſi
tum vel pſona/ aſſumpſiſſet ſeipſam/ vel certe ppriã
pſonã hoĩs. ⁊ ſic in xp̃o eſſent due pſone. ſ. humana ⁊
diuina. qð eſt hereticũ. Et cũ principia indiuiduan
tia q̃ erãt in xp̃o. ſ. hec aĩa ⁊ hoc corpus ⁊ hec quãti
tas nõ poſſint termĩare/ limitare/ arctare vel quolȝ
ĩdiuiduare v̄bũ vel pſonã diuinã/ vt p ſe manifeſtũ
eſſe vr̃ pp ſuã infinitã ſimplicitatẽ. opȝ q̄ afficiãt/
limitẽt/ coarctẽt/ ⁊ indiuiduẽt ipſam nãȝ q̃ ab ipſo
v̄bo aſſumpta eſt. ita q̄ prius ſm naturã ipſa natu/
ra aſſumpta/ ſit ſingularis/ pſonata tñ nõ ppria pſo
nalitate ſed diuina a pncipio aſſumptionis ſue ſup/
plente ppriã ⁊ naturalẽ pſonalitatẽ quã ſibi dimiſ/
ſa habuiſſet. Sicut ergo de iſta nã de facto per ſe ſin
gulari ppria ſingularitate p̃ter ſingularitatẽ quam
ſuppoſitũ ſuuȝ hẽret ſi dimitteret̃ a v̄bo/ q̃ri põt qd
ei ſupaddat ſuppoſitũ vel pſona in qua ſubſiſteret ĩ
tali nã ſibi dimiſſa. ita cõſiderat̃ in omni pſona/ nãȝ
hẽre ſingularitatẽ diſtinctã a ſingularitate ipſi⁹ per
ſone q̃ ſupaddit̃ illi ſingl̃aritati nature. Et hoc mo/
tiuũ adeo põderat Caietanus. vt extra ſe pene ſi at.
multa dicens de Ar^le Boetio ⁊ s. Tho. q̃ ſi ſapiens
fuiſſet/ ſub ſilentio inuoluiſſet. Qua ẽt rõne nos mõ
eius talia dicta cõſulto p̃teribimus/ tẽporibus ⁊ lo/
cis ſuis vita comite ſerioſius ponderanda.

### Impugnatur quædam inducta ſolutio pluribus argumentis propoſitum confirmantibus. Caput. II.

SEd ad hoc motiuum de nã humana in xp̃o re/ Solo.
ſpondet̃ q̄ vtiqȝ indiuidua eſt/ ſed non ex
ſe vel in ſe/ ſed vt in indiuiduo eſt. vt inquaȝ in xp̃o
hoĩe. ¶ Verũ contra hoc arguit̃ multipl̃r p°. Omne Impugnatio.
quod aſſumit̃ p̃intelligit̃ aſſumptioni. 3ª. q. 4. ar. 2°.
3°. Sed nõ ſolũ natura humana abſolute ſed ẽt princi/
pia indiuiduãtia ſunt aſſumpta a v̄bo. ergo p̃intelli
gunt̃ ipi v̄bo. Et cũ ĩ illo priori nil ſubſiſtat/ ⁊ nihilo
minus ſint alicuius principia/ ⁊ nil aliud ibi ſit niſi
natura/ ſequit̃ q̄ ipſam naturã primo determinent
afficiant ⁊ indiuiduẽt. ⁊ natura nõ indiuiduet̃ ſolũ
qȝ ſit in indiuiduo vt dicit rñſio. ¶ Scðo ſic ad ideȝ
4°. arguit̃. In illo priori natura humana non erat vni/
uerſalis/ alias nõ magis aſſumpſiſſet verbũ hãc que
erat terminus gñationis illi⁹ qua genitus eſt xp̃s/
q̃ȝ oẽs vel oĩm. ergo erat ſingularis. pȝ ↄña qȝ nõ da
tur mediũ. tũc aũt nõ erat in ſingulari vel ſuppoſito
indiuiduo. ergo nõ ideo erat ſingularis qȝ in ſingu/
lari exiſtens. Par aũt eſt rõ de oĩbus aliis naturis.
5°. ¶ 3° ad idẽ ſic. Si natura eſt indiuidua qȝ in indi/
uiduo/ pari rõne dicet̃ pſona qȝ in pſona. qð tamen
nullus diceret. Patet autem conſequentia de ſe.
6°. ¶ 4° arguit̃ ad idẽ. Quia ſi ſic/ tũc prius nã ineſſent
accidentia ⁊ principia indiuiduantia indiuiduo q̃ȝ
nature/ nec nature ineſſent niſi mediãte indiuiduo.
cuius contrariũ videt̃ tenere. s. Tho. 3°. d. 6ª. q. 1. ar.
1. q^la. 3ª. ad 3ᵐ dicẽs. Accidentia humane nature in
ſunt diuine pſone nã mediãte. ¶ 5° arguit̃. qȝ expſſe
7°. s. Tho. 3ª. q. 4. ar. 4°. c. dicit q̄ cõtra rationẽ nature
cõis eſt q̄ ſit ĩ pſona/ qȝ in pſona ĩdiuiduat̃. Ex quo
dicto ſeq̄t̃ oppoſitũ pncipalis fundamẽti p̃dicte ſo/
lutionis/ vȝ q̄ nã cõmunis dicat̃ indiuidua quia eſt
in indiuiduo



in indiuiduo. Iam. n. pȝ ex verbis p̃dictis ſcti Tho
me q̄ nõ eſt in indiuiduo. immo q̄ hoc ei repugnat.
8°. ¶ Sexto ad idem. s. Tho. 3ª. q. 3ª. ar. 2ª. ad 3ᵐ. ſic di/
cit. Licet humana nã in Chriſto ſit qðdã indiuiduũ
in gñe ſubſtãtie: qȝ tñ nõ p ſe ſeparatim exiſtit/ ſed
in quodã pfectiori. i. in pſona verbi dei. ↄñs eſt q̄
nõ habeat ppriã pſonalitatem. hec ibi. Ex qbus ver
bis manifeſte habet̃ q̄ natura humana ſm ſe eſt in/
Confirmatio. diuidua ẽt in Chriſto/ lȝ nõ ſubſiſtat ſm ſe. ¶ Quod
etiã cõfirmat̃. qȝ s. Tho. 3°. d. 10. q. 1. ar. 2°. q^la. 2ª. c.
dicit q̄ natura humana in xp̃o eſt quoddã indiui/
duum/ ⁊ Chriſtus non eſt illud. Et in ſol. tertij dicit
q̄ Chriſtus hȝ naturã humanã indiuiduã. Abſolu/
te ergo natura humana Chriſti eſt indiuidua/ ⁊ non
9ª ex hoc ſolo q̄ eſt in ĩdiuiduo. ¶ 7° ſic arguit̃. Si na
tura humana in Chriſto non eſſet ſm ſe indiuidua/
ſed ſolum qȝ in indiuiduo/ ſequeretur q̄ vna perſo/
na diuina non poſſet aſſumere p̃les naturas huma/
nas. ↄñs eſt falſuȝ. ⁊ cõtra s. Tho. 3°. d. 1. q. 2. ar. 5°./
⁊ 3ª. q. 3ª. ar. 7°. pȝ aũt ↄña. qȝ ab eodẽ hȝ natura in/
diuiduationẽ ⁊ pluralitatẽ. Vñ. s. Th. 3°. vbi ſupra.
ad pᵐ ſic ait. Natura ab eodẽ hȝ vt indiuiduet̃ ⁊ di/
uidat̃. Vñ cum principiũ ĩdiuiduatiõis aliquo mõ
ſit materia ſub dimẽſionibus termĩatis cõſiderata/
ex eiuſdẽ diuiſione natura diuidit̃ ⁊ multiplicatur.
Vñ ſi verbũ aſſumpſiſſet duo corpa ⁊ duas animas
duas naturas humanas aſſumpſiſſet. Non tñ ſeque/
ret̃ q̄ eſſent duo ſuppoſita vel due hypoſtaſes. Non
enĩ materia quolibet mõ diuiſa cõſtituit diuerſitatẽ
indiuiduoꝝ. Sed ſolũ qñ reperit̃ eſſe diſcretũ ⁊ ſub/
ſiſtens p ſe. Vñ non põt dici q̄ due manus eiuſdem
hoĩs ſint due hypoſtaſes/ ſed cõueniũt in vna hypo/
ſtaſi hoĩs. Ita ẽt due nature humane qȝ non hẽrent
eſſe diſcretũ ſed vnũ in vna pſona filii dei/ non eſſet
naturarũ illarũ diuiſio ſm duo ſuppoſita. ſed ſm di/
uiſionẽ nature. hec ille. Ex qbus v̄bis pȝ q̄ ille due
nature eſſent indiuidue nõ p hoc qð eſſent in indiui
duo/ ſed ex extrinſecis principijs. Et pari rõne ideȝ
dicendũ eſt de ea q̃ nũc eſt in Chriſto. vt de ea poſſit
inq̃ri vnde hẽat q̄ nõ ſit pſona de p ſe. ſeu per qd di
ſtinguit̃ a pſona cuius eſſet natura ſi nõ eſſet aſſum/
10°. pta. ¶ 8° ad idẽ. Plures pſone diuine pñt aſſumere
vnã numero pſonã humanã. 3ª. q. 3ª. ar. 6./ ⁊ 3°. di. 1.
q. 2ª. ar. 4°. tunc arguit̃ ſic. Illa natura eſt vna ⁊ ſin
gularis. vt ſupponit̃ ibi. ⁊ nõ qȝ in ſingulari. qð pȝ
qȝ nõ eſt vnũ ſingulare ſed plura. ergo natura ſm ſe
põt eſſe ſingularis/ ⁊ nõ eſt neceſſario ⁊ ſolũ ſingula/
ris qȝ ſit in ſingulari. Pȝ aũt ↄña qȝ ab eodẽ habet
vnũquodqȝ q̄ ſit vnũ numero ⁊ q̄ ſit ſingulare. er/
11°. go ⁊c. ¶ 9° ad idẽ arguit̃. Principia indiuiduãtia
ex hoc dicunt̃ indiuiduare qȝ cõſtituũt indiuiduũ.
Sed in Chr̃o prius ſm naturã cõſtituit̃ ex eis natu/
ra humana q̃ȝ pſona diuina ſubſiſtat ĩ ea. ergo prius
ſm naturã ipſa natura humana erat indiuidua q̃ȝ
in ea verbũ ſubſiſteret. ⁊ ſic nõ eſt ĩdiuidua qȝ in in/
diuiduo. Minor pbat̃. Et primo q̄ cõſtituat̃ ex eis.
Dicit. n. s. Tho. 4° ↄ̃ ca°. 35. q̄ aĩa humana ⁊ corpus
cõſtituunt naturã humanã. Loquit̃ aũt nõ de natu/
ra humana in vniuerſali. ſed in ſingulari qȝ de ea q̃
eſt aſſumpta. Anima aũt ⁊ corpus ſunt pncipia in/
diuiduãtia. Qð totũ ẽt expſſius. habet̃. 3ª q. 2. art. 1.
ad 2ᵐ. vbi dicit. q̄ ex aĩa ⁊ corpore cõſtituit̃ in vno/
quoqȝ nr̃m duplex vnitas. ſ. nature ⁊ pſone. Natu/
re quidẽ ſm q̄ aĩa vnit̃ corpori pficiẽs ipſum vt ex
duobus fiat vna natura. ſicut ex actu ⁊ potª/ vel mã
⁊ forma. Vnitas aũt pſone cõſtituit̃ ex eis inquantũ
eſt vnũ ſubſiſtens in carne ⁊ aĩa. In his aũt v̄bis ex/
preſſe hr̃ q̄ nõ ſolũ natura cõſtituit̃ ex illis pricipiis
ſed ẽt vnitas ei⁹. Loquit̃ aũt de vnitate numerali ⁊
ĩdiuiduali. vt oĩbus manifeſtũ eſt. ⁊ q̄ talẽ vnitatẽ
hȝ ex illis p̃ter vnitatẽ quam hȝ ſuppoſitũ. ⁊ ob hoc
hȝ indiuiduationẽ ex ſe ⁊ nõ qȝ in indiuiduo. ⁊ ma/
xime in Chr̃o vbi ſuppoſitũ aſſumẽs eſt valde diſſi/
mile. Scða vero pars minoris pbat̃ ex hoc q̄ verbũ
aſſumpſit naturã humanã pfectã ex partibus. Cuȝ
ergo p̃intelligat̃ aſſumptiõi qð aſſumitur. ſequit̃ q̄
prius nã ſit perfecta q̃ȝ aſſumpta ⁊ q̃ȝ pſona diuina
in ea ſubſiſtat. qð erat pbandũ. Ex his igit̃ videtur
q̄ non ſit p illã ſolutionẽ motiuo illi ſcðo ſatisfactũ
ſed q̄ maneat ad huc in robore ſuo. Sequit̃ etiam
affirmatiua pars queſtionis propoſite.

### Reddita queſtione dubia per argumẽtum in contrarium productum: p̃notantur pro determinatione non nulla ſatis oportuna. Caput III.

SEd ↄ̃. Quia Dam. in 3°. ſuarum ſñiarum do/ Sed cõtra.
cens quomodo natura humana fuerit aſ/
ſumpta nõ in vniuerſali/ nõ dixit q̄ Chriſtus aſſum
pſerit naturã ĩdiuiduam aut ſingularẽ. ſed dixit q̄
aſſumpſit eã in athomo. hoc eſt in ĩdiuiduo. Vt per
hoc detur intelligi q̄ nõ eſt de ſe ſingularis ſȝ qȝ eſt
in ſingulari. Et s. Tho. 3ª. q. 4. ar. 4. ad 3ᵐ. dicit q̄
ideo natura humana dicit̃ aſſumpta in indiuiduo
quia aſſumpta eſt vt ſit in indiuiduo.

PRO determinatione q̃onis huius ſciendum eſt
primo q̄ cũ ſuppoſitum idem ſignificet q̄
ſubſtantiã per ſe ſubſiſtentẽ/ ⁊ ſubſiſtere p ſe nõ poſ/
ſit vniuerſale vt putauit Plato ſed ſolũ indiuiduũ
⁊ ſingulare cõpletũ in genere ſubſtãtie/ opȝ q̄ de rõ/
ne eius vt indiuidui ⁊ ſingularis/ ſint ipſa pncipia
indiuiduantia. Vt vero p ſe ſubſiſtẽs eſt/ opȝ q̄ de
rõne eius ſit eſſe quo formal̃r ⁊ primo ſubſiſtit. vt. j.
clarius deducet̃ in art^lo 4°. Verũtamen cõſueuit ẽt
ipſum compoſitũ ſeu concretũ in genere ſubſtantie
indiuiduatũ ⁊ completũ in ſpẽ/ vocari ſuppoſitũ/ ẽt
conſideratũ p̃ter eſſe/ cuius eſt immediatum ⁊ pri/
mum ſubiectũ ſm. s. Tho. 3ª. q. 17. art. 1. ad pᵐ. Ta/
le ẽt a Capreolo. 3°. d. 5. q. 3. ad 4ᵐ Aur^li. ↄ̃ ſcðaȝ/ vo
cat̃ ſuppoſitũ materiale ſeu denoĩatiue. Sȝ ad com
pletã rõnẽ ſuppoſiti ſm q̄ ĩportat formal̃r p ſe ſubſi
ſtens. req̄rit̃ ipm eſſe. vt. j. deducet̃ ẽt ex termĩs. Et
tal̃r acceptũ ſuppoſitũ dicit̃ a Capreolo vbi ſupra/
perfecte ſuppoſitum ⁊ formale.
¶ Sciendũ ſcðo q̄ cũ inter modos acceptionis na/
ture quos enumerat Ar^les 5°. Metha^ce. ⁊ eos quos
enumerat Boetius in libro de duabus naturis et
vna pſona Chriſti/ non inueniatur iſte q̄ natura ſit
eſſentia ſingularis propria ſingularitate et per eam
diſtinguatur a ſuppoſito. vt infra latius explicabit̃.
Sed ſolũ cũ naturam dicunt vno modo ſignificare
eſſentiam/ intendunt de eſſentia prout claudit tan/
tuȝ principia ſpeciei: ideo ſctũs Thomas nunq̃ȝ de
natura ſingulari mentionem facit vt de diſtincta
ab ipſo compoſito quod vocatur etiam ſuppoſitum

ſed materiale/ſi ꝑter eſſe ſummat̃. formale vero cum
eſſe. Ut ex hoc pateat ſm doctrinā eius/ꝙ nō diſtin
guit̃ realr̃ a ſuppoſito materiali/ſed tātū a formali.
Nec alr̃ iſta cadunt ſub dubio apud bonos Thomi/
ſtas. Sed ſub q̄ſtione cadit apud. s. Tho. ⁊ ſequaces
quō ſuppoſitum vtroqꝫ mō ſumptū a natura ſpecifi
ca diſtinguatur. Et ſub hac cōi acceptiōe ſuppoſiti/
ſemp īq̄rit de diſtinctiōe ſuppoſiti a natura. vt pꝫ
pª. q. 3ª. art. 3°./q. 29. ar. 2°. ad 3m./3ª. q. 2ª. ar. 2°./p°.
di. 23. q. 1. ar. 1./di. 34. ar. 1./3°. di. 5. q. 1. art. 3°./potª.
q. 9. ar. 1./ Anima. q. 17. ad xm./ Pᷓ rio cōtra ca. 21°.
rōne. 3ª./Quodlibet 2°. ar. 4°/7°. Methce lec. 2ª. ⁊ 5ª.
⁊ in pluribus aliis locis. Ubi ergo determinās pre/
dictam q̄ſtionem quam ipſe mouet dicit in creatu/
ris ſuppoſitum a natura diſtingui vniuerſalr̃/loqui
tur de ſuppoſito formaliter ſumpto. Ubi vero exclu
dit ab hoc ſubſtantias ſeparatas / intendit de ſup/
poſito materialiter ⁊ denominatiue ſumpto. In eis
enī ſicut ⁊ in ceteris creaturis eſſe diſtīguit̃ realiter
ab eſſenª. nō aūt pꝛinª indiuiduantia/cū indiuiduē
tur ſeipſis. eo ꝙ ſint ſpēs ſubſiſtētes. In diuinis aūt
oīa ſunt idē realr̃. vt clarū eſt. ¶ Sciendū 3° ꝙ natu
ra q̄ de ſe cōis eſt pōt aliquo mō dici ſingularis ſm
ꝙ intelligit̃ eſſe in ſingulari. ad modū quo vlīa ſunt
in ſingularibus. in qbus tū iam nō ſunt vlīa. Uñ et
ſctūs Tho. 3ª. q. 4. ar. 4. c. dicit. Qꝫ natura ꝑter eſſe
qd̓ hꝫ in ſingularibus eſt cōmunis ⁊ tantuꝫ in intel
lectu. in perſona aūt indiuiduat̃. Quod non eſt ſic
intelligēdum q̄ſi natura q̄ de ſe cōis eſt ſingularizet̃
⁊ ꝯhat̃ principiis q̄ſi ſe primo afficiētibus ⁊ indiui
duantibus: ſed tale ꝯctū eſt ipſum cōpoſitū. qd̓ ſup
poſitū eſt ⁊ pſona. Qd̓ ēt appellat̃ ⁊ eſt natura. ⁊ ſin
gularis natura. Nec hoc eſſe dꝫ apud ſapiētes nouū.
cum ēt ipſum ſuppoſitū formalr̃ ſumptū ⁊ ſimplr̃ di
ctū/vocet̃ natura a Boetio vbi ſupra: ad modū quo
natura dicit̃ qd̓ agere vel pati pōt/vt ipſe dicit ibi.
Hec eñi non cōueniunt niſi ſuppoſito exiſtēti. cū di/
cat Phs pheº Methce ꝙ actiones ſingulariū ſunt.
Scdm hoc igit̃ iam pꝫ vanitas q̄ōnis inducte ſm
ſenſum quē hñt in ea Scotus ⁊ Caietanus. nec ſup/
eſſet niſi eorū motiua ſoluere.

## Ad concluſionem obfirmandam ra/ tiones inducūtur inuicte. Cap. IIII.

Ueruntamen Ad vberiorem doctrinam
⁊ pleniorēꝫ ſatiſfactionem
oſtendendū ⁊ ꝓbandū eſt ꝓpoſitū. ꝙ vꝫ natura ī iſta
q̄ōne ſumat̃ ꝓ natura in ſe q̄dē vniuerſali: dicta ve/
Concluſio. ro ſingulari ex hoc ſolo ꝙ in ſingulari ⁊ īdiuiduo ⁊
ſuppoſito exiſtit. non aūt qꝛ ipſa primo indiuiduet̃.
Hoc igit̃ probat̃ ſex rōnibus. quarū prima talis eſt.
Probat̃ P°. Id qd̓ ex ſua rōne formali/ſiue ex mō ſignificādi/ ex/
cludit pꝛinª indiuiduātia / nō pōt primo indiuidua
ri: ſed ſi quo mō dicat̃ vel ſit indiuiduum/hoc hēbit
rōne illius cui primo cōperit indiuiduari. inquantū
ſcꝫ in eo eſſe hꝫ. Sed natura in abſtracto ſignificata
de ſe excludit talia pꝛinª. ergo ſub illo modo abſtra/
ctionis accepta non pōt dici indiuiduari neqꝫ intel
ligi vt īdiuidua niſi ꝑdicto mō. Maior pꝫ ex termis.
Si eni ſub abſtractione ſumpta natura puta huma
nitas excludit principia indiuiduātia/nō pōt intel/
ligi ſub illa abſtractione ſumpta poſſe indiuiduari.
vt dicat̃ humanitas hec vel ſingularis ꝑ hoc ꝙ affi/
ciat̃ ⁊ arctetur talibus principiis q̄ſi ſuis. Si. n. illa
excludit ſub illo mō ſignificandi. quō ſub eodē acce/
pta pōt eis affici vel arctari? Si quo ergo mō dicet̃
eis coarctata ⁊ indiuiduata/nō erit niſi ex hoc ꝙ in
uenit̃ in coarctato talibus. Minor ēt vulgariſſimā
veritatē hꝫ/nō ſolū in doctrina ſancti Thome/verū
etiā Arlis ⁊ oīm Peripateticorū/quā nec opinans
negaret. imo in pluribus locis cōcedit ⁊ approbat.
In hoc. n. ſm oēs abſtractū cōe diſtinguit̃ a cōcreto
cōmuni ſubſtantiali ꝙ abſtractū excludit a re ſigni
ficata quicq̄d nō eſt de eſſentia ſui formalis ſignifica
ti ſolā formā totius exprimēs. Ut ſpālr̃ declarat. s.
Tho. ſup. 7°. Methce. tex. cō. 21. ſi. Unde ⁊ Auicē. di
cit ꝙ equitas eſt tantū equitas/⁊ pari mō humani/
tas. Non eni eſt riſibilis vel quāta vel qualis ⁊c. Cō
cretū vero ſpecificū puta hō licet nō includat in ſuo
ſignificato formali principia indiuiduantia. nihilo/
minus nō excludit ea ex mō ſignificandi. nec exclu/
dit qn ea q̄ ſunt ab eſſentialibꝰ ſuis pꝛīcipiis diſtin/
cta realr̃ de eo ꝑdicent̃ ⁊ in eo realr̃ inueniant̃/ipm/
qꝫ afficiāt vel determinēt. vt ꝑ ea primo dicatur hic
homo vel ſortes. cui ēt alia ꝑdicata vere attribuunt̃.
Cum ergo principia indiuiduātia ſint ꝑter ratione
ſpēi/non quidē tanq̄ꝫ excluſa: ad q̄ tū ordinat̃ ſpēs
vt propꝛiū determinabile ad ꝓpꝛiū determinatiuū:
ita ꝙ hñt determinare/⁊ ꝯñter indiuiduare ſpēm/⁊
cōtinent̃ in ea materialr̃ ⁊ imporētia. pꝫ ꝙ talia pꝛī/
cipia primo ptinēt ad ſpēꝫ qbus trahit̃ ⁊ ꝯhit̃ ad eē
indiuiduale/ quo q̄ſi vltima pfectione ſubſtātia pfi
citur ⁊ ſubſiſtit. Ad naturā autem non ptinent niſi
ſcd̓ario/modo ſupra declarato.
¶ Scd̓o ad idem arguit̃ ad Caietanū ſpecialr̃. ſic. 2°.
Eodē modo ꝑ principia indiuiduātia intēdit natu
ra cōſtituere totū atqꝫ diſtinguere indiuidualr̃/quo
intēdit cōſtituere totū ſpecifice vel generice per dif/
ferentiā ſpecificā vel genericā. Ut pꝫ per ipſum opi
nantē ſup librū de ente ⁊ eſſentia in q̄ōne de pꝛinci/
pio īdiuiduationis: lꝫ ⁊ hoc nō ſit omni mō verū vt
putat. Sed differētia qua conſtituit̃ atqꝫ diſtinguit̃
ſpecies/primo pertinet ad ipſam ſpeciem/⁊ non ad
formam totius ſpecificā. immo de forma totius ſpe/
cifica non ꝑdicatur. Non enim humanitas vel ani/
malitas eſt rōnalis/ſed hō. Neqꝫ ad ipſam quoquo
modo ptinet niſi quatenus eſt formalis pars hoīs.
Ergo neqꝫ pꝛinª indiuiduātia primo ptinent ad na
turam ſed ad totum completum in ſpecie. ⁊ ad per/
fectum per ea in vltimo eſſe ſubſtantiali.
¶ Tertio pōt ad idem afferri ratio quā ſupra ꝯ ſe/ 3°.
cundā opinionē ſcd̓o loco īduximus. ⁊ arguitur ſic.
Natura hoīs īdiuiduata ⁊ ſingularis ad ſenſuꝫ iſto/
rum eſt rōnalis nature ſubſtantia indiuidua cōple/
ta in ſpecie. ergo eſt pſona ⁊ ſuppoſitū. qd̓ eſt falſuꝫ.
ergo natura talr̃ dici nō pōt indiuiduari. ¶ Et ſi di
cat opinans ꝙ per modū partis ſignificat̃ ⁊ propter
hoc nō debeat aut poſſit dici pſona. ¶ Nihil obſtat/
cum ſit idē realr̃ cum pſona/immo ⁊ formalr̃. qꝛ nō
concludit̃ ex illa diffinitione ꝙ nō poſſit dici pſona:
nec excludit̃ ex mō ſignificandi aliq̄d ob qd̓ dicatur
eſſe pſona. Propoſito aūt ſat eſt ꝙ concludat̃ ꝙ ſit
idē realr̃ qd̓ pſona. Qd̓ efficaciſſime deducit rō iſta.
¶ Quarto ſic ad idem arguitur. 4°.
¶ Si ſic eſſet vt imaginant̃ iſti/tunc eodē mō ſe ha
beret ad hanc humanitatē hic hō ſeu ſortes/ ſicut ſe
habet



habet ad humanitatē hō. Sed hō eſt hō formalr̃ hu/
manitate. ergo ⁊ hic hō hac humanitate. Sꝫ hac hu
manitate ſm iſtos ⁊ maxime ſm Caietanum hic hō
nō eſt pſona. ſed ꝑ aliud reale additū. ergo non eodē
hic hō erit hic hō puta ſortes/⁊ pſona. Qd̓ nō philo/
obiectio ſophice dicit̃. ¶ Et ſi forte retorqueret̃ argumētū cō
tra eos qui opinant̃ ꝙ de rōne ſuppoſiti ſit ipm eſſe
exiſtētie: qꝛ (inquā) ex hoc parit̃ videret̃ ſeq ꝙ alio
Reponſio. eſſet perſona ipſe ſortes/⁊ alio ſortes. ¶ Rñderet̃ ꝙ
eodē eſt ſortes ⁊ pſona ſumpta denoīatiue. non aūtē
ſumpta formalr̃ ⁊ cōplete. Nec hoc eſt incōueniens
apud nos ſicut eēꝫ incōueniēs apud Caietanū ꝙ nā
diceret̃ pſona ēt denoīatiue. ¶ 5° ad idē ſic arguit̃.
5°. ¶ Indiuiduū ⁊ ſuppoſitū in genere ſubſtātie: ⁊ pſo/
na ī rōnali natura/idē ſunt realr̃/vt affirmat ſctūs
Tho. vbicūqꝫ de hac materia loquit̃. ⁊ ꝑcipue pª. q.
29. ar. 2°. ⁊ nō negabūt ſapientes/⁊ maxime Thomi
ſte. Sed natura angelica ēt ſpecifice cōcepta eſt idē
realr̃ qd̓ indiuiduū/⁊ ꝙ ipſamet ſingularis/etiā ad
ſenſum iſtorū. ergo natura ſingularis in eis erit idē
qd̓ pſona ſine quacunqꝫ alia terminatione. ergo idē
ēt erit in rebus materialibus. Nō. n. eſt maior ratio
de vna natura q̄ꝫ de alia/cum ponit̃ indiuiduata.
obiectio ¶ Et ſi reflectat̃ argumētū cōtra tenentes ꝙ eſſe pti
neat ad rōnem pſone/qꝛ nō ptinet ad rōnem indiui
dui in abſtractis. eo ꝙ natura q̄ indiuiduat̃ ſeipſa
Solō. diſtinguit̃ realiter ab eſſe in creaturis. ¶ Reſponde/
tur ꝙ lꝫ ipſuꝫ eſſe in abſtractis ēt nō pertineat ad in
diuiduū vt pꝛincipiū indiuiduationis/ quo mō na/
tura in eis intelligit̃ ſeipſa ſolā indiuiduari. ptinet
tā ad rōnem indiuidui vt terminus eius. Et lꝫ non
ſit de ſignificato ⁊ rōne eius qd̓ eſt indiuiduū ⁊ pſo/
na puta ſortis vt ſic. ideſt inquantum eſt ſuppoſituꝫ
incōplete vel ēt vt homo ⁊c. eſt tamē de rōne eiuſdē
vt indiuiduū eſt ⁊ ſuppoſitum ⁊ pſona complete ⁊c.

## Sexta ratio, fuſiſsima doctrina pfuſa dedu cens propoſitum q̄ aperte. Cap. V.

6°. Ultimo deducit̃ eadē ꝯcluſio ⁊ aperit̃ q̄ſtio/
nis intētio per hoc ꝙ de illa natura
inquirēdū eſt qualiter diſtinguat̃ a pſona q̄ eſt ter/
minus natiuitatis. Sꝫ talis eſt q̄ cōtinet tm̄ pꝛinci/
pia ſpeciei. ergo ⁊c. Maior probat̃. eo ꝙ nō inquiri/
tur hic de natura niſi ſm aliquā acceptionē vulga/
tam a Phis ⁊ Theologis. Sequendo aūt Phm 2°
Phiᶜ. t. c. 3. ⁊ 2. 14. 81. ⁊ 5° Methce. cap. de natura. ⁊
s. Tho. 3ª. q. 2ª. ar. 1. ⁊ 3°. d. 5. q. 1. ar. 2. ⁊ alibi pluries.
⁊ Boetiū in libro d̓ duabꝰ naturis ⁊ vna pſona xp̄i.
modi qbus dr̃ natura plures ſunt. Et vno q̄dē mō
ſumit̃ natura ꝓ ipſa gñatione viuentiū. Alio mō ꝓ
pꝛincipio talis gñationis actiuo vel paſſiuo. Tertio
mō cōius ꝓ ꝑ principio motus intrinſeco: ſiue ſit mā
ſiue forma. Quarto mō ꝓ termino gñationis pꝛedi/
cte: q multiplex eſt. vꝫ forma partis: forma totius q̄
dr̃ eēntia: ⁊ cōpoſitū. Terminat ēt gñationē ipſuꝫ eē
Uerū potius dici debet rō terminandi q̄ꝫ terminꝰ.
Predicta vero oīa ex h̓ dicūt̃ aliquo mō nā ꝙ ad na
tiuitatē ptinent. Sꝫ inter hec oīa pꝛincipalius dicit̃
natura/ipſa eſſentia rei gñate. quā Boetius vbi ſu/
pra diffinit ꝙ eſt vnūquodqꝫ ſpecificās differētiat
⁊ ꝓ qua cū abſolute profert̃ nomē nature ſemper in/
telligit̃: ſicut vniuerſalr̃ analoga ſimpliciter pꝛolata
accipiunt̃ ꝓ pꝛincipali ſignificato. Qd̓ ēt ſeruādū eſt
cū abſolute querit̃ quō ſuppoſitū a natura diſtingui
tur aut nō diſtinguit̃. Et rō cōuincit ī ꝓpoſito in eo/
dem ſenſu neceſſario queſtionē hāc intelligēdā eſſe.
Manifeſtū eſt. n. ꝙ nō q̄rimus hic de natura ꝓ vt ſi/
gnificat ipſam natiuitatē/ſeu ēt quodcunqꝫ pꝛinci/
pium cuiuſcunqꝫ gñationis vel motus ſꝫ de ipſo ter
mino q eſt forma totiꝰ. vt opinās ēt nō negabit. Sꝫ
nō pōt queri de ſingulari. eo ꝙ talis non dat̃. qꝛ ter/
minus gñationis ſub hac acceptione nature/nō niſi
pꝛincipia ſpeciei cōtinet. vt dr̃ in minori. que pꝫ tuꝫ
ex ſufficientia modorū pꝛedictoꝝ qbus nō cōnume/
ratur natura indiuidua. ⁊ cōſequenter vel tot Phi
celebꝛātiſſimiqꝫ doctores mōs nature diminute tra/
diderunt. qd̓ nō niſi pſumptuoſus affirmet. vel ſi ꝓ
qꝛ ſufficienter tradiderunt modos nature/nō datur
modus quo aliquod indiuiduū dicat̃ natura/niſi ſꝫ
ꝙ ipſa ſubſtātia ꝓut ſignificat ſuppoſitū ⁊ hoc ali/
quid/de quo dicit Phs 5°. Methce ꝙ de alio nō pꝛe/
dicatur/poteſt dici natura. Qd̓ ēt Boetius in eodē
ſuo declarat opere. ⁊ s. Tho. 3°. vbi ſupra. vt hypoſta
ſis aliquo mō ēt dicat̃ natura. ſꝫ nō ſm ꝙ natura ſi/
gnificat formā totius. Qd̓ ēt pꝛincipale ꝓpoſitū. ſub
eiuſdē virtute medii ex hoc pꝫ/qꝛ illud dicit̃ natura
ꝓut eſt terminus gñationis ſignificatū ꝑ modū for/
me totius ⁊ nō ꝑ modū ſuppoſiti/in quo gñans aſſi/
milat ſibi genitū. Sꝫ nō aſſimilat ſibi genitū pſe niſi
in natura q̄ cōtinet tm̄ pꝛincipia ſpeciei. Aſſimilat̃
enim genitū gñanti in natura ſpecifica/⁊ nō indiui/
duali. ergo ſola natura ſpecifica eſt natura q̄ eſt ter/
minus gñationis ꝑ modū forme totius. Et hinc eue
nit qd̓ ſupra tactū eſt. ꝙ vꝫ. s. Tho. vbicunqꝫ inqui/
rit aut determinat de diſtinctione ſuppoſiti a natu/
ra/ſemper accipit naturā ꝓ forma totius q̄ ſola cō/
tinet pꝛincipia ſpeciei. Et ſub eadē acceptione ſemꝑ
loquit̃ de ea vbi eam introducit vel aſſumptā vel ēt
aſſumēteꝫ (ſuo tū modo) in myſterio īcarnationis.
Uñ tertio vbi ſupra/ enumeratis oībus ſupꝛadictis
modis acceptiōis nāe/ quoꝝ extremꝰ ſed ꝑncipalis
erat pꝛout natura dicit̃ eſſentia ſpecifica vt dictū ē.
ſubiūgit. s. Tho. Relictis ergo oībus aliis ſignifica/
tionibus nature ſm hanc ſignificationē q̄ritur vtrū
in xp̄o ſit vna natura vel plures. hec ille. Eſſet autē
valde diminuta determinatio diſtinctionis nature
a ſuppoſito/ſi accipi nā poſſet vt indiuidua ſeorſum
a pſona. ⁊ d̓ ea nunq̄ꝫ inquireret̃ quō aut quo diſtin
ctiuo diſtinguatur a ſuppoſito vel pſona. Et miruꝫ
valde eſſet ꝙ myſteriū incarnationis qd̓ ingeniū. s.
Tho. ſuper oīa ingenia penetrauit. diſcuſſit/ ⁊ decla
rauit/a quo dicit Caietanus inuitatū ſuū īgenium
ad diſcuciēdā iſtam difficultatem/ nunq̄ꝫ inuitaſſet
ſanctū Thomā ad iſta vel ī minimo cogitāda/ſi fuiſ/
ſent digna cogitatione tā clariſſimi ingenii. habētis
ꝓ cōpertiſſimo ꝙ implicat ex ſe indiuiduatā natu/
ram dari ſꝫ ꝙ accipit̃ pꝛo forma totius q̄ eſt gñatio/
nis ſubſtantialis terminus. Qꝛ igit̃ hec nō niſi pꝛin/
cipia ſpeciei cōtinet vt dictū eſt. ideo de ea ſola intē/
dit vbi diſcutit q̄ſtionē de diſtinctiōe ſuppoſiti a na
tura. vt ſupra ex verbis eius expꝛeſſe deductum eſt.
Quod ⁊ affirmat. 3ª. q. 2ª. ar. 1. Et ſpecialiter etiam
ibidem elicitur hoc ipſum ex ratione illa qua dicit
in fine corporis. ꝙ ſi vnio facta eſſet in natura ſic ꝙ
natura humana chꝛiſti ſe haberet per modum mate
rie/⁊ natura diuina per modū forme / ſpecies reſul/

tans eſſet cõis pluribus. Hoc enim nõ poteſt intelligi niſi q: natura humana ſe haberet tũc vt materia cõis. ⁊ ſic poſſet multiplicari ſꝫ rationẽ illius forme. Pro quo notabile eſt ẽt verbum illud / ſpecies reſultans ⁊c. Sed ⁊ articulo ſequenti ponens diſtinctionem inter pſonam ⁊ naturã / vt oſtendat ꝙ vnio facta eſt in perſona nõ in natura / nõ accipit naturam niſi ĩ pdicto ſenſu. Et idẽ facit pᵃ. q. 3. art. 3. c. Quin etiaꝫ in ſol. 3ᵘ. probat ꝙ ly homo naturaliter ſupponit pro pſonis. q: inquit natura humana nõ eſt vna ⁊ cõis ſꝫ realiter diuiditur in ſingulis. que probatio nulla eſſet / ſi alia eſſet a ſorte ſua humanitas indiuidua. Jam enim negaretur ꝯſequentia. ⁊ diceretᷣ ꝙ nõ pro perſonis ſaltem tantum modo ſꝫ ꝓ ſingularibus humanitatibus ſupponeret. Idem docet etiam ſcđo quodlibet articulo quarto determinãdo q̃ſtionem hanc a propoſito. vt ſupra etiã dictũ eſt. Quaꝫ ẽt doctrinã affert p̃. d. 23. q. 1. ar. 1. dicens. Eſſa ideſt quiditas vel natura rei / ſignificat cõpoſitũ ex materia ⁊ forma / nõ tñ ex materia determinata determinatis accidentibus inqua indiuiduatᷣ forma. quia huiuſmodi cõpoſitũ dicit hoc nomen ſortes. hec ibi. Ex quo patet ꝓpoſitum ſine gloſa. Quã. n. hĩ dicũt naturã ſingularẽ. s. Tho. dicit ſignificari ꝑ nomen ſortis. hoc autẽ nomẽ ſignificat perſonã ſortis ⁊ nõ naturã. Idẽ aperte habetur pᵃ. q. 29. art. 2. dum ſoluit tertiũ argumentũ dicens ꝙ eſſentia eſt id ꝓprie quod ſignificatᷣ per diffinitionẽ. Diffinitio autẽ cõplectitur principia ſpeciei / nõ aũt principia indiuidualia. Vñ in rebus cõpoſitis ex materia ⁊ forma / eſſentia ſignificat nõ ſolũ materiaꝫ nec ſolum formã / ſꝫ compoſitum ex materia ⁊ forma in cõi prout ſunt pricipia ſpeciei. Sed cõpoſitũ ex hac materia ⁊ hac forma habet rationẽ hypoſtaſis ⁊ pſone. Et ideo hypoſtaſis ⁊ perſona addũt ſuper rationẽ eſſentie principia indiuiduantia: neqꝫ ſunt idẽ cũ eſſentia in cõpoſitis ex materia ⁊ forma. hec ille. Quid clarius? Manifeſtuꝫ eſt. n. ꝙ ſi daretur natura indiuidua preter hypoſtaſim ⁊ perſonam / reſponſio nulla eſſet: nec ſatiſfaceret argumẽto opponẽti ꝙ q: eſſentia in corporalibus ſignificat cõpoſitum ex materia ⁊ forma / ideꝫ eſt qđ ſuppoſitũ ⁊ perſona. Falſuꝫ ẽt aſſumeret argumentũ ꝙ vꝫ cõpoſitũ ex hac materia ⁊ hac forma habet rõnẽ hypoſtaſis ⁊ perſone. Falſum inquã eſſet ſi daretᷣ natura indiuidua que eſſet quoddã cõpoſitũ ex hac materia ⁊ hac forma a perſona diſtinctum. vt ponunt opinantes. que tñ falſitas a ſancto Thoma nõ detegeretᷣ. Dicere aũt (pro vt Caietanus audet) ꝙ. s. Tho. nõ apprehenderit diſtinctionẽ hãc vel ſubtilitates iſtas in nihilo ꝑfecto fundatas ab opinantibus / eſt veriſſimũ / eo ꝙ penitus ſint ĩ itelligibiles. Sic igitᷣ ex predictis omnibus rationibus ⁊ auctoritatibus patet ꝙ in queſtione de diſtinctione nature a ſuppoſito / nõ ſumitur natura niſi prout cõprehendit tm̃ principia ſpeciei. Et ꝙ nullo modo ſumitur natura vt ſingularis per ſe. ſed ſolum q: eſt in ſingulari ⁊ in ſuppoſito cui primo conuenit eſſe ſingulare ⁊ indiuiduum. ¶ Ex hoc autẽ corrolarie ſequitur ad queſtionẽ pro parte reſponſio / ꝙ vꝫ in rebus materialiabus perſona ſuper naturam addat principia indiuiduantia. Quod cũ ex premiſſis clariſſime ſequatur / tum ex diffinitione quam aſſignat Boetius de perſona manifeſtũ eſt. cũ ſuper rationalem naturam addat ſubſtantiam indiuiduaꝫ. Non enim eſt indiuidua ipſa ſubſtantia niſi per principia indiuiduationis quecunqꝫ ſint illa.

## Duo prima motiua ad contrariã opinionem inducta, declarantur ex dictis iam eſſe ſoluta. Cap. VI.

Ex predictis iam patet ſolutio ad primum motiuum contrarie fantaſie ſupra inductum. Ad pᵐ. Cõficto. n. nomine ſorteitatis quo ẽt vtitur ſemel tãtummodo Diuus Thomas. vꝫ pot. q. 8. art. 3°. c. ad declarãdas diuinarũ perſonarum ꝓprietates perſonales / non ſignificatᷣ natura / ſed ꝓprietas indiuiduatiua ſpeciei hominis ⁊ cõſtitutiua huius ſuppoſiti. Sicut ⁊ paternitas in diuinis nõ ſignificat formaliter naturaꝫ diuinam. ſed ſolum id quo primo pater conſtituitur in eſſe perſonali diſtincto a filio. Et ꝙ plura ſit in nobis indiuiduatia principia / ꝓcedit ex natura noſtra cõpoſita. Vñ ſorteitatis nomine ſignificabitur collectio omniũ principiuꝫ indiuiduantiũ ⁊ limitantiũ hominẽ ad hunc hominẽ qui eſt ſortes. ¶ Et per idem patet ad confirmationem. q: nomen pſonale ſeu proprium ita ſignificat vltimuꝫ nature ſubiectum formalr̃ ſolũ / ſicut abſtractũ appellatiuũ ſignificat formalr̃ ſolam ipſam eſſentiam. Ad confirmationem. Nec ꝓprie poteſt nomẽ propriuꝫ dici nomẽ concretuꝫ cũ non ſignificet formã aliquam concernẽdo ſubiectum: ſꝫ potius formalr̃ ſignificet ſolũ ipſum ſubiectum. Unde ex differentia qua. s. Tho. pᵃ. q. 13. art. 9°. ad ſcđm aſſignat inter nomina appellatiua ⁊ ꝓpria / virtualiter elicitur ꝙ propriũ nomen puta ſortes nõ ſignificat ſorteitatem ſed ſimplr̃ ipſum ſortem. Appellatiuum vero puta homo / ſignificat humanitatem vt in habente. Patet igitur ꝙ nomini ꝓprio nõ reſpõdet proprie abſtractum niſi ſui cõis / licet ly ſorteitas videatᷣ ſꝫ vocem ſimile nomini abſtracto / ſed nõ eſt ſm̃ ſignificatum: cuꝫ ſignificet nõ formam vel formale / ſed potius id qđ materiale in re eſt: q: principia indiuiduantia. vt dictũ eſt. ¶ Ad ſcđm motiuũ dicitᷣ ꝙ natura humana in chriſto eſt quidẽ ſingularis. ſed nõ ſingularitate que eam primo afficiat: ſed que primũ afficit chriſtũ / non quidẽ vt verbum aut perſona diuina ſimpliciter eſt. ſed vt perſona humana ⁊ vt homo eſt. vt eo modo quo natura illa dicitᷣ ſingularis ⁊ indiuidua. 3ᵃ. q. 2ᵃ. art. 2. ad 3ᵐ. ideo dicatᷣ quia eſt in ſingulari illo homine: non autem quia ſecundum ſe ⁊ vt diſtinguitur a ſuppoſito conſiderata / ſingularis ſit. Ad 2ᵐ. Vñ Albertus Magnus 3°. d. 5. q. 7. ar. 3. c. dicit ꝙ xp̃s hoc ꝙ ſit hic homo habet a ſingularitate pſone diuine. in cuius ſingularitate eſt aſſumptus. Et qbus verbis habetᷣ ꝙ natura humana in xp̃o nõ eſt ſingularis ꝓpria ſingularitate: ⁊ ꝙ principia indiuiduãtia humana primo ptinent ad perſonam. Qđ ẽt abſolute ex. s. Tho. Ma. q. 4. ar. 6°. ad 9ᵐ elicitᷣ. Dicit. n. ꝙ natura abſolute cõſiderata plus eſt q̃ꝫ pſona: ſꝫ natura in pſona ꝯſiderata cõcluditur infra limites pſone. Ecce ꝙ intendit perſonam per limites ſuos ⁊ proculdubio intelligũtᷣ principia indiuiduantia cõferre nature limitationẽ quaꝫ per ſe habere nõ poteſt. Et vbi inueniũtᷣ hi limites in natura intellectuali / conferunt perſonalitatem. Unde d. Albertus vbi ſupra ſubdit. Quid ſi deponentur natura? perſonalitatem conferret ei ſingularitas ſeu incõicabilitas quam ante nõ habuit / ſed mox ex ipſa diuiſione / per accidens tamen. quia ſic confert eſſe vnum ⁊ ab alio diuiſum. Simile inuenitur in animalibus anuloſis ſm̃ philoſophum 2° de anima. Ecce ꝙ Albertus vult naturam humanã in chriſto non habere ſingularitatẽ: ſed eſſe ſolum ſingularem ſingularitate perſone in quantuꝫ. ſ. chriſto conuenit eſſe homo. vt ibideꝫ dicit. Et Dam. vt ſupra in contrarium allegatũ eſt. in 3° docens quomodo natura humana fuit aſſumpta non in vniuerſali vt diſtinguitur a ſingulari / nõ dixit ꝙ aſſumpſerit naturam ſingularẽ. imo dicens ꝙ filius dei nõ aſſumpſit nãm humanam q̃ in ſpecie ⁊ nuda intellectus cõtemplatione ꝯſideratᷣ. addidit ꝙ aſſumpſit eam in athomo. hoc eſt in indiuiduo. dans intelligere ꝙ ideo non eſt vniuerſalis illa natura quia eſt natura indiuidui / ſeu q: eſt in indiuiduo: nõ autem quia ipſa de ſe primo ſit indiuidua / ⁊ ſic aſſumpta ſit ad perſonaꝫ diuinam: immo prius natura intelligitᷣ aſſumi q̃ꝫ indiuiduari / eo ꝙ in termino ſoluꝫ ipſius aſſumptionis indiuidua eſt. Unde etiaꝫ. s. Tho. 3ᵃ. q. 4ᵃ. ar. 3°. ad 3ᵐ. dicit ꝙ natura humana dicitᷣ ideo aſſumpta in indiuiduo: quia aſſumpta eſt vt ſit in indiuiduo. vt ex hoc detur intelligi / ꝙ ex hoc dicitur aſſumpta nõ in vniuerſali vt determinatur in illo articulo. quia aſſumpta eſt vt ſit ĩ idiuiduo. Sꝫ non vniuerſale ⁊ ſingulare idem ſunt. quando nõ vniuerſale aliquid ponit. ergo ex hoc natura illa ſm̃ intentionem ſancti Tho. ſingularis eſt / ꝙ eſt ĩ idiuiduo ſeu ſingulari. nõ autẽ quia ipſa de ſe ſingularitatem habeat prius q̃ꝫ aſſumatur vl̃ ẽt dũ eſt aſſumpta. Nec eſt incõueniẽs ꝙ filius dei afficiatur illis principijs indiuiduantibus inquantum filius dei eſt homo. ſic eniꝫ eſt quid compoſitum ⁊ cõcretum ſicut quilibet alius homo. licet inquantũ deus ſit infinite ſimplicitatis ⁊ illimitationis. Vñ ſicut natura humana dicitur conſtituere perſonam diuinam non ſimplr̃ / ſed ſm̃ ꝙ denominatur a tali natura. vt dicit. s. Tho. 3ᵃ. q. 3. ar. 1. 3ᵐ. ſ. ſm̃ ꝙ eſt homo. ita non inconuenit dicere ꝙ principia indiuiduantia cõſtituant illam perſonaꝫ non ſimpliciter / nec inquantũ homo abſolute (hoc enim facit natura humana abſolute vt dictum eſt.) ſe l inquantum eſt hic homo.

## Argumenta modo ſoluuntur que tam concluſionem q̃ prædictam ſecundi motiui ſolutionem impetunt edirecto. Cap. VII.

Ad 3ᵐ.

Ad 2m. perſonã concurrere in ratione partis. ¶ Ad ſecundum negatur ꝯña. Sed bene facit compoſitionẽ indiuidui. qꝛ ex partibus indiuiduatis componit̃ indiuiduum intrinſece. ⁊ ipſum ſuppoſituꝫ claudit in ſua ratione formali compoſitionem etiam indiuidui cum ipſo eſſe. Non quaſi eſſe ſit de ratione nature ſed qꝛ eſt de ratiõe ſuppoſiti/⁊ vltima actualitas ⁊ terminatio eius. quo conſtituitur vltimus terminus ſeu ratio terminandi generationis ſeu progreſſus naturalis ipſius nature. vt ſupra dictum eſt. Negatur aũt ꝙ terminus non poſſit cõponere cum re terminata compoſitione cum his. quinimmo nõ eſt oppoſitum intelligibile. Linea enim terminata importat quoddam vnum ſm̄ rationem collectum ex duabus rationibus in quas etiaꝫ reſoluitur. Et hoc eſt facere cõpoſitionem cum his ſm̄. s. Tho. 2°. qđl. ar. 3°. ad pm. Non autẽ componit̃ linea terminata ex ſe ⁊ ſuo termino ſic ꝙ ex eis reſultet res tertia/ſicut ex coniunctione corporis ⁊ anime reſultat humitas: ⁊ ex partibus quantitatiuis continuum. Et poſito etiam ꝙ non ita proprie diceretur componere linea etiam terminata cum ſuo puncto terminante/compoſitione cum his/negatur ꝯña ſeu ſimilitudo. Neqꝫ enim ſunt compoſitiones iſte eiuſdem generis. Unde ſequeretur ſtante argumento ꝙ non ꝓprie componeret̃ materiale indiuiduum ex hac materia ⁊ hac forma compoſitione ex his: nec terminatio adinuicem fieret ad modum quo potẽtia terminat actum ⁊ actus potentiam. contra. s. Tho. pa. q. 8. ar. 1. Patet autem ꝯña. ſi vera ſit illa vniuerſalis ſuper qua fundatur argumentum. vꝫ ꝙ nullus terminus aliquo modo componat cuꝫ ſuo terminato. Sunt enim illa duo ſibiinuicem termini. vt dictum eſt. Pari etiam ratione falſum eſt ꝙ ipſum indiuiduum non componat cum ipſo eſſe quo vltimo terminatur: quãuis linea non componeret ſic cum ſuo puncto quo terminatur. Non ſunt enim eiuſdem rationis iſte terminationes ⁊c. ¶ Ad tertium dicen- Ad 3m.

dum ꝙ ex quorũdaꝫ ſuppoſitorum diuiſione/forma que prius erat actu vna/ ⁊ in potentia plures / fit actu plures: ⁊ ꝯñr plures materie/plures quantitates/⁊ plura eſſe. quibus omnibus ſuppoſitaliter terminatur ſuppoſituꝫ ſm̄ diuerſas rationes terminationis. Qꝛ autem ⁊ quantitas terminet̃ hoc vel illo termino/ſm̄ hanc vel illam partẽ/quid extrinſecũ eſt ſuppoſito vt ſubſtantia eſt: ⁊ etiam vt ſuppoſituꝫ eſt. Et plures tales termini poſſunt etiã ſine corruptione ſuppoſiti remoueri. Preter predictos autẽ atqꝫ predicto modo dictos terminos/nullus aliꝰ eſt in ſuppoſito terminꝰ qui habeat ꝓdicto modo ⁊ intrinſece ſuppoſitare. vt inductum eſt. ¶ Reflectitur Reflectitur.

autem hoc argumentum. Nam ſi in diuiſione anulorum vel quorũcunqꝫ homogeneorum. primum qđ cauſatur eſt terminus hypoſtaticans. cum cauſetur etiam noua forma ⁊ nouum eſſe/iſta ſequerẽtur perſonalitatem. quod tamen negas. ergo ⁊c.

## Tria reliqua argumenta facili manu deiiciuntur. Cap. X

Ad quartum autem argumentum dicendum ꝙ in caſu illo quo natura humana dimitteret̃ Ad 4m.

a verbo/acquireret ipſa natura in ſeparatione illa complementum/non quo ad ſpecieꝫ ⁊ naturã: quia eſſet eadem ⁊ eque perfecte ⁊ completa in ſpẽ humana vt prius: neqꝫ quo ad principia indiuiduantia: quia idem hoc corpus ⁊ eadem hec anima cõſtitueret intrinſece indiuiduum illud / ⁊ ſingularem in eo redderet illam naturam/⁊ eadem quantitate diſtingueretur. Hoc tamen indiuiduum ex hoc eſſet nouum/quia eſſet per ſe/ hoc eſt independenter ad alterum ſubſiſtens: ⁊ conſequenter ab illa forma nouum eſſe quod prius impediebatur eſſlueret: que forma



forma ſicut ⁊ compoſitum exiſtebat prius per eſſe verbi. Et de hoc plene docet ſanctus Tho. 3°. d. 5. q. 3. articu. 3°. ad tertium. Non eſſet ergo neceſſaria alia realitas terminatiua ⁊ cõpletiua perſone qua diſtingueretur a natura: nec ex diuiſione continuoruꝫ aliud inferri poteſt. vt ex ſupradictis patet.

Reflectitur. ¶ Et reflecti poſſet argumentum in auctorem/ qꝛ ſi ex ſeparatione cauſaretur noua totalitas/id qđ de nouo acquireretur/eſſet pars eius. Sicut enim totum non conſtituitur niſi per partes: ita nouitas totius non conſurgit niſi ex partiũ nouitate. Cum tamen Caietanus neget ſuã illam terminationem eſſe partem. ¶ Qꝛ vero incidẽter tangitur verbũ Athanaſij quo dicit. Perfectus homo ex anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens. non eſſe intelligenduꝫ de perfectione pſone ſed de pfectione ſingularis nature humane vt diſtinguitur contra perſonã. falſiſſimum profecto eſt. tum qꝛ ſm̄ eum etiã natura ſingularis nõ eſt pfecta ⁊ tota ſine illa ſua terminatione. Athanaſius autem dicit perfectus. tum qꝛ natura humana ſingularis nõ eſt homo. Athanaſius aũt dicit perfectus homo. tum qꝛ natura humana ſingularis ad illius imaginationem vt diſtinguitur contra perſonam/non ſubſiſtit/cum non ſit terminata niſi termino qui ſm̄ eum preuenit naturalr̃ ſubſiſtẽtiam. Athanaſius autem dicit ꝙ eſt ſubſiſtens. Loquitur ergo Athanaſius de perſona domini noſtri Jeſu Chriſti que licet ſit perſona verbi ⁊ perſona diuina. inquantũ ſubſiſtit in ꝓpria natura diuina/eſt tamẽ pſona etiã humana que eſt dñs Jeſus inquãtum ſubſiſtit in natura humana: ⁊ ita eſt perfectus homo in perfecta natura humana. ſicut eſt perfectꝰ deus in pfecta natura diuina ſubſiſtens. Immo ipſi domino Jeſu conuenit primo componi ⁊ perfectus fieri ex his partibus/⁊ conſequenter ipſa natura ex eiſdem perfecta eſt in ipſa perſona. Nec per hoc ſequitur ꝙ perſona prout in ſe eſt/cõpoſita ſit. vt probat diuus Tho. 3a. q. 2. arti. 4°. ſicut neqꝫ ſm̄ ꝙ in ſe eſt tẽporaliter eſt generata vel nata/mortua vel ſe-

Ad 5m. pulta ⁊c. Sed hec omnia ſibi vere cõueniunt/ vt eſt perſona hominis vel humana hec ⁊c. ¶ Ad quintũ dicendum ꝙ tam principia indiuiduantia q̃ꝫ ipſuꝫ eſſe proprium aliquam dicunt cauſalitateꝫ reſpectu ſuppoſiti. Nam prima principia indiuiduantia cũ ſint materia ⁊ quantitas diuerſis rationibus ſm̄ veram viam. s. Tho. (Licet Caietanus in hoc etiã ibi corruat vbi ſe putat ex caſu ſurrexiſſe) patet ꝙ materia eſt cauſa materialis compoſiti. ad quam etiaꝫ cauſalitatem reducitur quantitas prout eſt etiam ipſius materie diſpoſitio/licet prout eſt accidens ſit etiam formalis cauſe (accidentalis tamen) ratione participans. Ut indiuiduatiuum vero principium ſm̄ illam rationeꝫ qua coindiuiduat: ſe habet quaſi cauſa efficiens ipſius indiuidualis diſtinctionis. Reſiſtit enim (vt ita dixerim) ne vna pars ſubſtãtie ſit in eodem ſitu cum alia in ipſo ſuo toto ⁊ ipſa tota ne ſit in eodem ſitu cum alio corpore in eodem loco. Proprie tamen eſt eiuſdeꝫ materialis diſtinctionis cauſa formalis. Id enim habet ex hoc ꝙ eſt menſura ſubſtantie veluti coextendens illam ⁊ perfectam ⁊ partiens. Eſſe quoqꝫ cũ ſit vltima actualitas exiſtẽtis/ad formalem cauſam reducitur reſpectu ſuppoſiti. Sicut enim homo eſt albus albedine ipſuꝫ informante: ita ſuppoſitum exiſtit formaliter ⁊ in actu ipſa ſua exiſtentia / vltra quam inter ſubſtantiales actualitates in ſuppoſito nulla eſt. ⁊ ob hoc vltima vocatur a Phis actualitas. Ad argumentum ergo iuxta predicta/negatur antecedens. quantũ ad hoc inquam ꝙ tam partes ſubſtantiales ſciꝫ materia ⁊ forma indiuiduata q̃ꝫ ipſa quantitas eodem modo concurrunt ad cauſandam perſonam domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus perſona hominis eſt/quo cõcurrunt in alijs perſonis. Sed quantum ad ipſum eſſe/negatur ꝯña. Non enim eodem modo terminat naturam humanã eſſe proprium ⁊ eſſe alienũ. Unde licet eſſe verbi non ſit forma vel actus nature humane ſeu potius ſuppoſiti eiꝰ quatenus homo eſt/ipm formaliter actuãs: ſed ſit quo natura primo ipſi verbo innititur modo ineffabili. eſſe tamen aliarũ perſonarum habet aliquo modo rationem cauſe formalis reſpectu earum. vt dictum eſt. Et ſic intendit. s. Tho. vbi inducitur. ¶ Ad ſextum vero ⁊ vltimũ di- Ad 6m.

cendum ꝙ perſona dicit id quod vltimo completũ ⁊ perfectum eſt in toto decurſu nature procedentis ab ĩperfecto ad perfectũ. Sicut prius generat̃ animal/q̃ꝫ homo: ⁊ prius natura q̃ꝫ hic homo ſic diſtinctus atqꝫ ſubſiſtẽs. Nec vltra progreditur generatio ſubſtantialis. ſed ad ipſum eſſe talis hominis formaliter ſic terminatur/ vt ſit potius ratio terminandi q̃ꝫ terminus. ita ꝙ quo ad ſpeciẽ/ vltima ratio terminandi ſunt principia indiuiduãtia. Eis. n. conſtituitur ⁊ completur id quod eſt vltimũ terminatum in ſpẽ. Ultima autẽ ratio terminandi quo ad ipſum indiuiduum ⁊ ſuppoſitum/eſt ipſum eſſe quo conſtituitur ⁊ completur ratio ipſius ſuppoſiti vel etiam perſone in natura rationali. Et ſic perſona maximam completioneꝫ importat: nec poteſt ad aliquid cõpletius trahi. vt in illo perſonetur. Hoc enim eſſet ponere primo cõtradictoria. Eſſet enim ſimul vltimo completum ⁊ incompletum. Negatur autem tam antecedens q̃ꝫ iſta conſequentia. vꝫ natura eſt de ſe incompleta/⁊ completur atqꝫ terminatur in perſona. ergo perſona importat aliam terminationem q̃ꝫ principia indiuiduantia ⁊ ipſum eſſe/ quã non importat natura. Patet enim ꝙ ſola principia indiuiduantia ⁊ eſſe/ complent rationeꝫ perſone/non autem nature. Natura enim de ſe completa eſt in rõne nãe: ſicut perſona in ratione perſone. Neqꝫ natura completur per perſonã quaſi fiat perſona/vel quia ſibi addantur ea que complent rationem perſone. ſed fit natura hec / inquantum ipſa perſona vel ſuppoſitum in ea ſubſiſtit/⁊ ipſa in perſona exiſtit de cuius ratione eſt eſſe vltimum coarctatum ⁊ indiuiduatum. Ex his etiam apparet nullius eſſe momenti quantum ſpectat ad ſuum propoſitum principalẽ deductionem qua vult inferre naturam realiter diſtingui a ſuppoſito quia ſuppoſitũ vel perſona eſt proprium ſubiectuꝫ ipſius eſſe ⁊ etiã filiationis/nõ autẽ natura. Neqꝫ enim propter iſta que veriſſima ſunt/inferre poteſt intẽtum ſuũ principale ꝙ vꝫ perſona addat ſuper naturam aliam terminationem q̃ꝫ principia indiuiduantia/⁊ eſſe exiſtentie. vt dictum eſt.

## Fundamenta ſecunde opinionis funditus euelluntur. Cap. XI

Cum vero Caietanus fundans atqꝫ ſtabilien̄s
ſuam opinionem inter cetera probat ꝙ
terminatio illa ſua, deſtinguatur a principijs indiui
duantibus/per hoc ꝙ in chriſto natura humana cū
illis trahitur ad aliuꝫ terminum gratis cōcedimus
ꝙ diſtinguitur ab illis ſicut non ens ab entibus.nō
autem quia cum illis trahatur natura ad alium
terminum.niſi vt ſepe dictum eſt.De terminatione
vero abſolute loquendo rn̄demus primo ꝙ verū eſt
principia illa non eſſe ſimplr̄ vltimum terminum.
Sed propter hoc nō ſequitur quin ſint termini ſeu
terminationes.Primo enim illis terminatur ſpe-
cies ⁊ conſequenter natura. vltimus autem termi-
nus ſeu potius ratio terminādi eſt ipſuꝫ eſſe exiſten
tie.Vltimus vero terminus ꝓgreſſus a ſuperiorib⁹
⁊ cōībus ad inferiora eſt ipm̄ ſuppoſitū ſubſiſtens in
natura.Scd̄o dicit̄ ꝙ argumentū fundatur ſup illa
falſa imaginatione ꝙ natura prius intelligatur in-
diuiduata q̄ꝫ aſſumpta.Que imaginatio (vltra ea
que ſuperius inducta ſunt )ex hoc falſa cōuincitur
ꝙ ſicut deus non niſi per aſſumptioneꝫ humane na-
ture factus eſt homo ⁊ perſona humana: ita nō niſi
per aſſumptionem eiuſdem nature factus eſt indiui
duum ⁊ hic homo qui eſt Chriſtus/ita ꝙ natura hu
mana(licet improprie)poteſt dici terminari ad per
ſonam verbi quatenus eſt pſona hominis ⁊ hic ho-
mo.Et ſic principia indiuiduantia hunc hominem
ſunt q̄dam determinationes etiaꝫ nature humane
non per ſe ſed rōne ſpeciei quā primo terminā̄t.Nō
enim naturā terminā̄t niſi inquantū eſt natura hu-
ius.ſ.hoīs.Falſum eſt igit̄ ꝙ principia indiuiduan-
tia terminent̄ ad perſonā diuinā:ſed potius eam de
terminā̄t/ſed vt humana eſt. Faciūt.n.ꝙ ſit hic hō
ſubſiſtens in eſſe diuino/que perſona per aſſumptio
nem nature humane facta erat homo prius ſm̄ na-
turam vel rationem.Et licet ipſa quoqꝫ principia
aſſumantur/non tamen aſſumunt̄ vt principia indi
uiduantia primo naturam/⁊ vt intrinſece eam ter-
minantia/ſed vt pertinentia primo ad perſonaꝫ vt̄
tamen humana eſt:vt illis quaſi intrinſece ⁊ forma
liter verbum diuinum indiuiduetur in eſſe huma-
no.in quo indiuiduato exiſtens/ipſa quoqꝫ natura
iam indiuidua denominet̄.Unde licet quo ad prin
cipium aſſumptionis intelligat̄ ipſa natura prius
ſm̄ naturā aſſumi q̄ꝫ ipſa principia indiuiduantia.
eo ꝙ natura prior ſm̄ rationem ſit q̄ꝫ ipſum indiui-
duum in natura ſubſiſtens.tamen quo ad terminuꝫ
prius intelligit̄ verbum vt homo principiis illis in-
diuiduari vt ſit indiuiduum humanum/q̄ꝫ indiui-
duari ⁊ terminari intelligatur ipſa natura.Ad in-
diuiduum enim indiuiduatio pertinet:non autem
ad naturam vt ſic.Et hec omnia ſuperius ſunt lati⁹
expoſita:⁊ vt a mentibus innocentium iuuenuꝫ ex-
plodā̄tur he tenebre quaꝫ Caietanus ingeſſit/ſepi⁹
repetita.Ex quibus etiam habetur ratio cur verbū
non aſſumpſerit perſonā Chriſti etiam vt pſona ho-
minis eſt:neqꝫ indiuiduum hominis ſeu hominem
vel hunc hominem.3ª.q.4ª.ar.3°./⁊.3°.d.6.q.1.art.
2°.Nō enim aſſumpſit quicq̄ꝫ primo indiuiduatū/
licet aſſumpſerit principia quibus primo ipſa perſō
na diuina/nō vt diuina perſona/ſed vt homo prius
ſm̄ rationem ex aſſumptione nature facta/fieret hic
homo ⁊ humana perſona/ſubſiſtens in humana na-
tura per eſſe diuinū/iam ex hoc etiam denominatū
⁊ factum humanū.Sicut enim hec eſt vera propter
aſſumptionē nature humane/deus eſt homo:ita pro
pter aſſumptionem principioꝝ humanorum indiui
duantium ipſum ſubſiſtens in tali natura/iſta eſt ve
ra.perſona diuina eſt perſona humana/⁊ eſſe diuinū
eſt eſſe humanū.que tamen etiam vt humana ſunt/
non aſſumpſit verbum.Sed aſſumpſit naturam vni
uerſalem quidem/non tamen in vniuerſali/ſed in
athomo.vt dicit Dam.in.3°. hoc eſt īdiuiduo.vt ex-
ponit.s.Tho.3ª.q.4.ar.4°.ad 3m.quo modo poteſt ⁊
ipſa dici aliquo modo īdiuidua ⁊ ſingularis in xp̄o.
vt ſepe dictuꝫ eſt.¶Quum etiā vlterius ad opinio-
nem ſuam magis firmandaꝫ probat Caietanus illā
ſuam confictam terminationem ab eſſe diſtingui/ex
hoc ꝙ terminus rei non eſt eſſe rei.negat̄ hoc aſſum-
ptum ſi vniuerſaliter ītelligatur.Et cum probat q:
terminus linee nō eſt eſſe linee.negatur ꝯñā. q: non
omnis terminus rei ſe habet ſicut punctus ad lineaꝫ.
Negatur etiam hoc aſſumptum. ſi ſit vniuerſale.ſcꝫ
ꝙ nullus terminus linee q̄uolibet accepto termino/
ſit eſſe linee.Immo ſicut in oībus ita ⁊ in linea pro-
prium eſſe habet rationē termini vltimi.Eſt.n.ipm̄
eſſe/prout ſepius dictum eſt/vltima rei actualitas.
Ultimum aūt ⁊ terminus idem ſonā̄t.¶ Cum autē
ſcd̄o probat ideꝫ/q: perſonalitas conſtituit ꝓprium
ſubiectum ipſius eſſe/ergo non eſt ipſum eſſe.¶ Re
ſpondetur ꝙ(vt ſupra dictum eſt)perſonalitas clau
dit in ſui ratione non ſolum principia indiuiduan-
tia/verum etiam terminuꝫ indiuiduationis / quod
eſt ipſum eſſe.Unde negatur ꝙ perſonalitas quo ad
omnia que in ſua ratione claudunt̄ conſtituat ſubie
ctum ipſius eſſe.ſed ſolum ratione principiorum in
diuiduantium/que conſtituunt compoſituꝫ indiui-
duum/qd̄ eſt ſuppoſitū denominatiue ſumptum: ⁊
hoc eſt immediatū ſubiectū ipſius eſſe.⁊ ſic diſtigui-
tur perſonalitas ratione principiorum indiuiduan
tium/⁊ non ratione cuiuſcūqꝫ alterius conficte ter-
minationis/ab ipſo eſſe.Poteſt etiam negari cōſe-
quentia.Neqꝫ enim inconuenit ſubiectum alicuius
rei/non excludere illā a formali ratiōe ſui nominis.
ſicut homo dicit̄ habens humanitatem:⁊ ſic huma-
nitas ſignificatur vt in eo exiſtens quaſi formale in
materiali/⁊ ꝯñr vt in ſubiecto/⁊ quaſi forma totius
in ipſo ſuo toto formato:quam tamē humanitatem
in ſua formali ⁊ eſſentiali ratione claudit.Et ſimilr̄
quecunqꝫ forma partis eſt in ſuo toto vt forma in
formato/⁊ actus in actuato. Unde de anima dicit̄
ꝙ eſt actus corporis/⁊ quod eſt in corpore vt actua-
to/⁊ per conſequens vt in ſuo ſubiecto.quā tamen
formam neceſſario in ſui ratione claudit ipſum for-
matum.ſicut in diffinitione hominis ponit̄ anima.
Dicitur.n.homo cōpoſitus ex anima ⁊ corpore hu-
mano ⁊c.Pari ergo ratione dici pōt perſona ſubie
ctū ipſi⁹eſſe/licet ipꝫ claudat in ſui rōne formali nō
tn̄ eſſentiali.ſed vt eius pſonalitas vel pertinēs ad
ſuam perſonalitatem.Et non ſit ex hoc neceſſariuꝫ
nouam fingere terminationeꝫ que dicatur perſona-
litas.Et ſic patet ad queſtionem. Bn̄dictus deus.
Amen.

Editum anno Domini. 1526.



Intentio & Ordo Quæſtionis. Capitulum Primum.

Queritur an Angeli bo-
ni in eodē in-
ſtanti meruerint beatitudinē ⁊
beati fuerint ſm̄ doctrinam
ſancti Doctoris.
Pro declaratione.q. hu-
ius/alia quatuor du-
bia pmittenda ſunt ⁊ diſſoluen-
da.Primū eſt.an Angeli in primo inſtāti ſue crea
tionis habuerint motū in ſupernaturalia.Et cōclu
ſo ꝙ aliquo modo habuerit.non aūt principaliter.
Querit̄ ſcd̄o an habuerint in eodem primo inſtanti
motum lib.arb.ſeu electionē proprie dictā. Et con
cluſo ꝙ ſic.Querit̄ tertio an in eodē primo inſtanti
meruerint beatitudinē merito proprie dicto/ſuppo
ſito ꝙ ſint creati in gratia.Et ꝯcluſo ꝙ nō plene ⁊ p
fecte.Querit̄ quarto an eā plene meruerit in ſcd̄o.
Et concluſo ꝙ ſic.Querit̄ demū de principali du-
bio/an vꝫ in eodem ſecundo/boni fuerit beati/⁊ ma
li damnati. Et ſic erunt huius queſtionis articuli
quinqꝫ.

## ARTICVLVS. I.

Argumenta quinq; ad partem affirmatiuam & vnicū pro negatiua reddens quæſtionem ambiguam. Cap. II.

Quantum igitur ad primum articulum.
videtur ꝙ Angeli in pmo in-
ſtanti ſue creationis habuerint motū in ſupernatu-
ralia.Et primo quidē.q: Angeli per eſſentiā ſuam
P°. cognouerūt omnia q̄ ad ſe ptinebā̄t.2°.d.xj.q.1.2.
4m.Sed in primo inſtanti habuerunt gratiā/chari-
tatem/⁊ alias perfectiones ſupernaturales.vt ſup-
ponitur in via.s.Tho.ergo opꝫ ꝙ pro tunc hec om-
nia cognouerint.Sed hec etiā non pn̄t cognoſci niſi
cognoſcat̄ eorum ordo ad ſupernaturalē beatitudi-
nem/cum ad eā ex propria ratiōe ordinent̄: ad hāc
quippe promerendā dantur hec a deo creature ra-
tionali. ergo ⁊ ipſam ſupernaturalē beatitudinem
cognouerunt ſub ratione beatitudinis ſupernatu-
ralis/⁊ ſub iudicio talis ſummi boni:q: ſic eſt termi
nus talis ordinis/⁊ cōſequenter ſpecificatiuus ei⁹.
ergo eandē pro tunc ſumme voluerunt . Et ſic con-
cluditur ꝙ habuerunt pro tūc motum intellectus ⁊
conſequenter voluntatis in ſupernaturalia . qd̄ eſt
2°. propoſitum.¶Scd̄o.quia deus ⁊ natura nihil fru-
ſtra faciunt.Fuiſſent autē pro tūc angelis a deo fru
ſtra collata illa dona ſpiritualia ſi pro tunc non po-
terant in illa tendere ad que ordinabā̄tur/ ſeu etiā
ipſos angelos ordinabant.Ordinabant̄ aūt/et ipſos
angelos ordinabant ad ſpūalem ⁊ ſupernaturalem
vnionē cum deo per intellectū ⁊ voluntatē actualr̄
(pro ſtatu tn̄ vie)vt obiecto beatifico ſeu ſupernatu
raliter cognito ⁊ amato ſm̄ rōnem qua eſt vltimus
finis ſupernaturalis btitudinis.vt dictum eſt. ergo
pro tunc poterā̄t in tale obiectum/ſaltē imperfecte
⁊ vt in via:quatenus per hoc tenderē̄t in vnionem
perfectam aſſequendā in termino.Sicut q: habit⁹
ordinat̄ ad actū:ſi volūtas pro aliquo inſtanti non
poſſet vti habitu:iam eſſet pro tūc habitus ille fru-
ſtra:q: habitus eſt quo quis vti poteſt qn̄ vult.ex 2°
de anima.Et ſic pꝫ ꝙ Angeli in p° inſtanti potue-
runt habere motuꝫ in ſupnaturalia. Nec aliqua eſt
ratio quare nō habuerint:cū melius eſſet habere q̄ꝫ
nō habere/⁊ nullū eſſet prohibēs.vt probatū eſt.er-
go habuerūt ⁊c.¶Tertio q: de diabolo īterpretant̄ 3°.
ſancti doctores illud Ezech.28.Tu ſignaculū ſimili
tudinis plenus ſapīa ⁊ perfectus decore/in delitiis
paradiſi dei fuiſti.ſ.anteq̄ꝫ peccares.qd̄ fuit ſolū in
primo inſtanti creationis ſm̄ ſanctos tenētes ange-
los oēs fuiſſe creatos in gr̄a: ⁊ precipue ſm̄.s.Tho.
cuius doctrinā in his q̄onibus declarare intēdim⁹
⁊ defendere.Sed non pōt intelligi iſta plenitudo ſa
pientie ⁊ pfectio decoris/aut delitie paradiſi dei/p
perfectionibus naturalib⁹:q: cum naturalia in eis
māſerint ſplendidiſſima ſm̄ Dion.4°.ca.de di.no.
etiā nunc oīa illa diabolus hēret:cuius ꝯrium ſcri-
ptura innuit in pdictis verbis ⁊ exprimit in ſequē-
tibus vbi dr̄. Perdidiſti ſapientiam tuā in decore
tuo: in terrā proieci te.⁊c. Non dicit̄ aūt aliqs ple-
nus ſapīa/ſi habeat eā in habitu tantū:Deeſt.n.illi
plenitudini id qd̄ in ſapientia potiſſimū eſt/actua-
lis inquā conſideratio:⁊ ꝯñr non eſt perfectus deco-
re/qui talē decorem ſpūalē habet tm̄ in habitu.Ad
huc.n.aliqd ſibi deeſt.cum habitus reſpiciat actum
vt imperfectio pfectionē.Uocabulū quoqꝫ delitia-
rum/videt̄ importare actualē bonoruꝫ fruitionē/⁊
non tantū habitualē.Neqꝫ.n.dormiens aut amens
dicit̄ pro tūc frui delitijs ſm̄ opera ſenſuū exterioꝝ:
ergo neqꝫ ſm̄ actū primum tm̄ intellectus ⁊ volun-
tatis.Et ſic ſequit̄ ꝙ diabolus in primo inſtāti fuit
in actuali cōſideratione ⁊ amore ſupnaturaliuꝫ.Et
ſic habuerūt pfecte motū in ſupnālia in p° inſtāti.
¶Quarto.q: ſpecialr̄ de diabolo dr̄ Io.3°.ꝙ in ve- 4°.
ritate non ſtetit.Et in epl̄a Iude de angelis apoſta-
tis dicit̄ ꝙ non ſeruauerūt ſuū principatū:ſed dere-
liquerunt ſuū domicilium.A ſanctis quoqꝫ docto-
ribus.⁊ pcipue a.s. Tho. qd̄libet.9.ar.8.dicitur ꝙ
boni Angeli in bono pſeuerantes meruerunt beati
tudinem:⁊ ꝯñr qui eam nō meruerunt/in bono non
perſeuerauerūt:cum illud dicat ad diſtinctionē ma
lorum Angeloꝝ.Sed in omni veritate naturaliter
cognita ſteterunt ēt mali angeli:⁊ omnē ſtatum na
turalis pfectionis ſeruauerunt. vt dictū eſt.⁊ in om
ni nālī bono.perſeuerauerunt/ eo ꝙ in eis(vt.ſ.di-
ctuꝫ eſt)naturalia māſerit ſplēdidiſſima.Ergo ver
ba pdicta docent/⁊ intētio ſacre ſcripture ⁊ ſancto-
rum doctoꝝ eſt dicere ꝙ nō perſtiterūt in bonis gra
tie ⁊ ſupernālis perfectionis que habuerā̄t non ſo-
lum in habitu ſeu actu primo.neqꝫ ſolū in actu vir-
tuali/q: virtualis actus actualem ſupponit: ſed in
actu ſcd̄o.qd̄ precipue pſeuerantie verbū exprimit.
Importat.n.continuationē in actu ſcd̄o vel forma-
liter vel virtualr̄.cum etiā priuationē predictorum
bonorū habuerint poſt peccatum in actu ſcd̄o. In-
nuunt.n.pdicta verba ꝙ oppoſito modo ſe habue-
rint circa hec demones.ante ⁊ poſt peccatū.⁊ ſic pa
tet propoſitū.¶Quinto q:.s. Tho.Ma.q.16.ar.4. 5°.
arguit ſic.9° loco.Angeli in primo inſtanti potue-
runt intelligere beatitudinem.ergo potuerunt in-

ordinate velle eam. Dicit autē in loco ſol. ꝙ hoc ar-
gumentuʒ concedit. ergo cōcedit añcedēs. Ex quo
etiā ſequitur ꝙ potuerunt habere motum volunta-
tis in beatitudineʒ ſupernaturalē/ ⁊ ſic potuerunt
moueri in eam tā ſm intellectuʒ q̄ʒ ſm voluntatē:
immo ſequit̄ ꝙ de facto talem motuʒ habuerit/ ſeu
In cōtrarium. taliter moti fuerint. ¶Sed cōtrarium expreſſe po-
nit .s. Tho. pª. q. 63. 6. 4ᵐ. ⁊ fundant̄ in ſacris litte-
ris ⁊ in doctrina Auguſtini ſic dicens. Inſtans pri-
mum in angelis intelligitur reſpōdere operationi
mentis angelice qua ſe in ſeipſaʒ conuertit per ve-
ſpertinam cognitioneʒ: qꝛ in primo die cōmemora-
tur veſpere ſed nō mane. Et hec quidē operatio in
omnibus bona fuit. Sed ab hac operatione quidaʒ
per matutinā cognitionē ad laudem verbi ſunt cō-
uerſi: quidā vero in ſeipſiʒ remanētes facti ſunt nox
per ſuperbiā intumeſcētes. vt Auguſti. dicit 4° ſu-
per Gen. ad litterā. hec ille. Veſpertina autē cogni-
tio angeloꝝ/ eſt cognitio naturalis quā ſequit̄ ēt
voluntatis motus ⁊ affectio naturalis. Matutina
vero/ ſupernaturalis ſeu gratuita. vt habetur a ſan-
cto Tho. ex doctrina Auguſtini 4° ſuper geneſim.
Ma. q. 16. ar. 4°. vt paulo infra deducet̄. Operatio
aūt ſequens primā/ eſt in ſequēti inſtanti: quia tem-
pus accipitur in angelis pro ipſa ſucceſſione opera-
tionum intellectus vel etiam affectus. vt ibidem ⁊
alibi docet. s. Tho. ergo in primo inſtanti nō habue-
runt motū niſi in naturalia/ in ſe inquaʒ ⁊ ꝯſequen-
ter in deum vt auctoreʒ nature ſue. Habuiſſent aūt
in ſupnaturalia ſi nālis ordo operuʒ nō ꝓhibuiſſet:
qꝛ motus in ſupernaturalia potior eſt ⁊ eligibilior
a mēte recta qualis tūc angelica mēs erat. ergo ⁊c.

## Præmiſſa declaratione tituli: & propoſito ordine quæſtionis, probatur concluſio negatiua ratione prima multis confirmationibus roborata. Cap. III.

Rñdetur ꝙ queſtio iſta intelligitur non
ſolum de facto ſed etiam de poſ-
ſibili motu angeloꝝ in ſupernaturalia in primo in-
ſtanti. ⁊ nō ſm potentiā extrinſecam. ſ. dei mouen-
tis. Clarū eſt enim ꝙ potuiſſet eos mouere deꝰ in ſu-
pernaturalia vt viatores in primo inſtanti: qꝛ poſ-
ſet cauſare in eis opus proprie meritoꝛiū. Ma. q. 16.
ar. 4. ad. 11ᵐ. immo vt comprehenſores creando eos
beatos. vt habetur ibidem ad vigeſimum. Sed que-
ritur quid eorum naturalis facultas admittat: etiā
ſuppoſito ꝙ ſint creati in gratia ⁊ ceteris habitibus
ſupernaturalibus. ¶ Loquimur etiam hic de pri-
mo inſtāti ſic indiuiſibili ꝙ coeſtitit vel aptum na-
tum erat coexiſtere primo vel vno tantū inſtāti no-
ſtri tēporis. ¶Hanc autē queſtionē. s. Tho. a propo-
ſito nō inuenit̄ determinaſſe. lʒ Ma. vbi ſupra. pro-
ponēs aliud dubiū/ ꝓbet partē queſtionis huius ne-
gatiuā. ¶Hoc igit̄ ordine iuxta dotrinā eius proce-
demus. qꝛ primo probabimus concluſionē negati-
uam. 2° obijciemꝰ: ⁊ in ſolutiōe obiectionū varios
modos reſpōdendi ad queſtionē inducemus: ⁊ rep-
bandos reprobabimus. approbandos autē defende-
mus/ ⁊ ſm eos obiectiones ſoluemus: deinde argu-
mēta in principio facta. ¶In illo ergo articulo 4ª.
Ma. vbi ſupra intendēs. s. Tho. probare ꝙ angeli
non potuerunt peccare in primo inſtāti ſue creatio-
nis/ facit hanc rationē in virtute. In naturalibus
ſeu ſm naturalem motū nullus meret̄ aut demere-
tur. Sed angelus in primo inſtanti non habuit niſi
motum naturalē ⁊ cōſequēter tantū in naturalia.
ergo in primo inſtanti neqʒ mereri potuit neqʒ de-
mereri ſeu peccare. Probat autē illam mediā quā Concluſio
nos pro principali cōcluſione huius q̄ſtionis modo principalis
proponimus. ⁊ arguit ſic. In ea nō potuit in primo
inſtanti moueri que nō potuit cognoſcere. bonū n.
cognitū/ eſt volūtatis obiectū. Sʒ angelus in primo
iſtāti nō potuit ſupernālia cognoſcere. ergo ⁊c. Mi-
nor hec ſic ab eo probat̄. Magis diſtant naturalia a
ſupernaturalibus q̄ʒ quecunqʒ naturalia ab inui-
cem. vt de ſe patet. Sed angelus nō poteſt plura na-
turalia q̄ per diuerſas ſpecies intelligibiles cogno-
ſcunt̄/ ſimul cognoſcere. ergo nec naturalia ſimul ⁊
ſupnaturalia. In p° aūt inſtāti habuit cognitionē
naturaliū. Prius. n. naturaliter cognoſcit natura-
lia q̄ʒ ſupernaturalia: qꝛ ꝑ naturalia ordinat̄ in ſu-
pernaturalia ⁊ ptīgit ad illa. ergo in primo inſtan- Cōfirmatio pª.
ti nō potuit cognoſcere ſupernaturalia: ſed imme-
diate poſt primū inſtans. Sic igit̄ pʒ ꝙ ſm ſanctuʒ
Tho. nō potuerunt angeli habere motū in ſuperna-
turalia in primo inſtanti. ¶Hāc aūt concluſionem
confirmat ſanctus Tho. ibi ꝑ Auguſtinuʒ 4° ſuper
Gen. dicentē. ꝙ poſt veſperā prime diei ſit mane/ cū
lux ſpiritualis ideſt natura angelica poſt cognitio-
nem prime nature q̄ nō eſt idem ꝙ deus. refert ſe ad
laudandū lucē que eſt ipſe deus cuius contēplatio-
ne format̄. hec ille. Non poteſt autē intendere Au-
guſtinus nec eſt veruʒ ꝙ prius cognouerit angelus
ꝓpriā naturā q̄ʒ deum vt eſt auctor ipſius nature.
In deum. n. ſub hac ratione mēs angelica mota eſt
in primo inſtāti/ vt pluries ibidē s. Th. dicit. ⁊ ma-
xime in ſol. 14ˡ. ⁊. 15ˡ. Oportet ergo ꝙ itēdat Augu-
ſtinus ꝙ poſt cognitionē ſue nature ⁊ dei vt aucto-
ris eius/ cōuertit ſe in ſcđo inſtāti ad cognoſcendū
deum vt eſt auctor ſupernaturalis beatitudinis.
2ª. ¶Hoc idē ex eadē ratione. s. Tho. cōfirmat in ſolu-
tionibus argumētoꝝ ibi. Nā tertio loco ſic arguit.
Angelus nō habuit maiorē poteſtatē in ſcđo q̄ʒ in
primo inſtanti. ⁊ econuerſo. Sed in ſcđo potuit pec-
care. ergo ⁊ in primo. Et ſoluēs dicit ſic. Quod an-
gelus nō potuerit in primo inſtāti peccare non fuit
propter defectū potētie/ nec ꝓpter perfectionē ante
peccatū q̄ poſtmodū fuerit ſubtracta: ſed ꝓpter or-
dinem actus. quia primo oportebat ꝯſiderare quod
ptinebat ad nāʒ ſuā: vt poſtmoduʒ moueret̄ in ſu-
3ª. pernaturalia ꝑ conuerſionē vel auerſionē. ¶Affert
etiaʒ poſt predictum argumentū aliam ſolutionem
fundatā ſuper ratione quadā quam ⁊ ipſe facit in
prima parte ſumme q. 63. ar. 5°. ad probandū ꝙ an-
gelus nō potuit in primo iſtāti ſui eſſe/ peccare/ di-
cens. ꝙ ſi in primo inſtāti peccaſſet/ peccatū eiꝰ re-
torqueret̄ in auctorē nature. Et ſtatim arguens im-
pugnat eā ſic. Deus operat̄ eſſe angeli nō ſolū cum
primo creatus eſt: ſed q̄ʒdiu eſt/ vt patet ꝑ Auguſti-
num 4° ſuper Gen. Unde Io. 5°. Pater meus vſqʒ
modo operat̄ ⁊ ego operor. Si ergo peccatū diaboli
referetur in deum in primo inſtanti: pari ratione in
quocunqʒ alio. qđ eſt falſum. Et ſoluens poſtmodū
hoc argumentū dicit ꝙ illa ratio bona eſt non niſi
predicta



ꝑdicta cauſa. qꝛ vʒ operatio quā habet res in prin-
cipio ſui eſſe cōgruit nature ipſius. Et ideo oportet
ꝙ retorqueat̄ i auctorē nāe. Sʒ poſtmodū poterat
moueri ex his que ſunt ſecundum naturaʒ in alia
vel bene vel male. Et hoc non oportet referri in au-
ctorem nature: ſed in voluntatē angeli peccantis.
4ª. ¶Arguens ēt in 5° loco ꝙ poteſtatem quā in primo
inſtanti angelus habebat ad bonū ⁊ malum pote-
rat tunc determinare ad malū/ ⁊ ſic in volūtatē eiꝰ
retorqueret̄ peccatū. ¶Reſpondet per idem. quia
(inquit) hoc tūc non poterat/ qꝛ erat ꝓ tunc eius
voluntas naturaliter determinata ad vnū. ſ. ad eſſe
⁊ viuere ⁊ naturalē beatitudinē. Et iſta ſunt (inqt)
in que primo mouet̄ naturaliter creatura vel intel-
ligenda vel volēda. qꝛ ſemꝑ actio naturalis preſup-
ponitur alijs actionibus. Et ideo ſi angelus in pri-
mo inſtanti ſue creationis peccaſſet. videretur hoc
cōpetere ſue nature/ ⁊ ita aliqualiter referret̄ in au-
5ª. ctorem nature. ¶Confirmat̄ etiā propoſitū per ea
que affert ibidē. s. Tho. in. ſol. 6ˡ. Sic. n. ibi arguit
ſexto loco impugnās predictā ſol. 5ˡ. ⁊ dicēs ꝙ ſi pec-
caſſet angelus in primo inſtanti/ nō referret̄ pecca-
tum eius in auctorem nature: qꝛ effectus deficiens
non refertur in virtutē indificientē: ſed in defecti-
uam. Sicut claudicatio nō imputatur virtuti mo-
tiue/ ſed inſtrumēto diſtorto. ¶Et ſolutioneʒ ſuper
eandeʒ doctrinam fundat dicens ꝙ defectus proue-
niens ex cauſa ſcđa nō imputatur prime in illis que
cauſa ſcđa nō habet a prima. Sicut tibia nō habet
curuitatē ex virtute motiua. Sʒ oportet (inquit) ꝙ
prima actio angeli ſit ſm naturalia eius q̄ habet ex
deo. Unde ſm ipſum pʒ propoſitum euidenter ꝙ vʒ
angelus in primo inſtanti nō potuit ex ſeipſo/ ſup-
poſita etiā gratia/ ferri niſi in naturalia. ſ. in eſſen-
tiam ſuā/ ⁊ etiā in deū vt auctorē nature/ nō autem
gratie aut ſupernaturalis beatitudinis/ ſed natura-
lis tm̄/ ⁊ in ipſam naturaleʒ beatitudinē. vt ex pre-
dictis/ ⁊ ex reſpōſione ad. 14. ⁊. 15. ibidem habetur.
6ª. ¶Confirmatur adhuc ratio principalis ad Thomi-
ſtas. Naʒ. s. Tho. 2°. d. 3ª. q. 1. dicit ꝙ ſʒ Auguſtinū
in libro cōtra Achademicos/ nō poteſt aliquis iudi-
care veriſimile/ niſi verū ſit cognituʒ. Oportet ergo
ꝙ intellectus veri boni ꝑcedat intellectū veriſimi-
lis boni. Et pari rōne appetitus veri boni/ appeti-
tum veriſimilis ſeu apparētis boni. 3° quoqʒ d. 15.
3°. 4ᵐ. vult ꝙ in primo inſtanti volūtas ferat̄ in bo-
num naturale/ ⁊ in fineʒ naturaliter deſideratum.
in 2° vero poteſt ferri in aliquid nō cōpetens tali fi-
ni: ⁊ hoc ex falſa collatione eius ad illū bonū finem.
Sic igit̄ regula cōis ſm. s. Tho. accipit̄ ꝙ taʒ intel-
lectus q̄ʒ volūtas angeli prius tēpore mouet in ali-
quid ſm ſe acceptū/ q̄ʒ in idē acceptum ꝑ compara-
tioneʒ ad aliud. Cum ergo ſupnaturalia ꝯſiderent̄
⁊ appetant̄ etiam ab angelo vt perfectiones natura-
lium aut vt cauſe eoꝝ/ aut ſm quacūqʒ aliā habitu-
dinem ad illa/ nō potuit angelꝰ in primo inſtāti in
quo naturaliter ferebatur in naturalia/ ferri etiam
in ſupernaturalia. ſed ſoluʒ in 2°. vt dictū eſt. Quo-
modo autē hec ratio quo ad primā propōnē aſſum-
ptam ex ſancto Tho. patiat̄ calūniaʒ a Dur. ⁊ Ca-
preolo in 2°. d. 4ª. ⁊ quomodo defendi poſſit: oſtenſum
eſt in notatis ſuper prima. q. 63. 5. ratiōe prima pro
concluſione.

## Eadem concluſio firmatur adhuc duabus rationibus. Cap. IIII.

Ad eadeʒ concluſionē 2° principaliter ſic argui- 2°. principaliter
tur. Omne qđ in ſuo motu intellectuali pro-
cedit de potētia ad actū/ ⁊ de iꝑfecto ad perfectū/
prius eſt in potētia ⁊ in eſſe imperfecto ſʒ ſua opera
q̄ʒ in actu ⁊ in eſſe ꝑfecto. vt patet ex terminis. Sʒ
ſm. s. Tho. Ma. q. 16. 5. intellectus angelicus ⁊ con-
ſequenter volūtas erga ſupnaturalia ꝓcedit de po-
tentia ad actū. Dicit enim ꝙ intellectus angelicus
reſpectu naturaliter cognitorum nō eſt in potentia
vt humanus/ ſʒ in actu. reſpectu vero ſupernatura-
lium eſt in potētia. ergo q̄ʒuis poſſit moueri in na-
turalia quādo vult: non tamē ſemper quando eſt
poteſt moueri in ſupernaturalia. ſed oportet ꝙ pri-
mo ſit in potentia reſpectu eoꝝ: ⁊ primo motum ha-
beat in naturalia qui motus eſt imperfectior motu
qui eſt in ſupernaturalia. Et cōſequenter hunc ha-
bere non potuit in primo inſtāti/ cū de imperfecto
ad perfectū procedat. vt dictū eſt. ¶Ad idem ter- 3°.
cio ſic arguitur. Nullus motus naturalis poteſt ter-
minari ad ſupnaturalia. Sed in primo inſtanti an-
gelus habuit motum naturalem tm̄ in bonū. pª. q.
63. 6. 3ᵐ. ergo tunc non potuit moueri in ſupernatu-
ralia. Prīa patet/ qꝛ motus ex hoc dicit̄ naturalis
ꝙ eius principiū eſt natura 2° Phiſicorum. Nō po-
teſt autē motus terminari ad obiectum qđ excedit
virtutē ſui principij. Unde oportet ꝙ motus natu-
ralis terminet̄ tm̄ ad naturalia. ſupnaturalia quip-
pe excedunt virtute naturalia. ¶Dicetur forte ꝙ Euaſio pª.
s. Tho. in loco allegato nō dicit ꝙ angelus in primo
inſtanti habuerit ſolū motuʒ naturalē/ ſʒ ſimplici-
ter ꝙ taleʒ motū habuit. ¶Sʒ iſta euaſio nulla eſt: Impugnatio.
quia. s. Tho. intendebat ibi ꝓbare ꝙ ſi angelus ma-
lus in ſcđo inſtanti non peccaſſet/ fuiſſet confirma-
tus in bono. Qđ magis haberet. ſi in primo inſtan-
ti habuiſſet actum bonum gratuitum ⁊ plene meri-
toꝛiū q̄ʒ ſi habuiſſet motū tantuʒ naturalem in ſcđo.
cuʒ in naturalibus nullus proprie mereatur. Si er-
go putaſſet ſctūs Tho. angelo in primo inſtanti po-
tuiſſe cōuenire motum gratuitū in bonum ſuperna-
turale/ nō aſſumpſiſſet pro medio ad predictum ſuū
intentū ꝙ angelus habuit motum naturalē in bo-
nuʒ in primo inſtanti. ſed propoſuiſſet ꝙ habuit mo-
tum ſupernaturalē ⁊c. ¶Dicet̄ forte aliter ad illaʒ Euaſio ſcđa.
ſancti Tho. auctoritatem prout dicit ibi Caieta. ꝙ
habuit motuʒ ſm hoc tm̄ naturalem ꝙ habebat de-
terminationē ad vnum. ſ. ad bonū/ non autē ſimpli-
citer. ¶Sed verba ſancti Tho. ſimpliciter prolata
precludunt fugam iſtam. Dicit. n. ꝙ habuit. motū Impugnatio pª
naturaleʒ ad bonū. ſ. obiectū. ⁊ nō ad bonū. ſ. ſʒ dif-
ferentiam boni: quia vʒ ita eſſet bonus ꝙ nō malus
ille motꝰ. Sat eniʒ fuiſſet illi dicere. habuit tūc mo-
tum naturalē. Omnis. n. talis bonus eſt. Voluit er-
go excludere motum electiuuʒ ad bonuʒ in primo
inſtanti. ⁊ oſtendere cōſequēter ꝙ in 2° fuiſſet cōfir-
matus in bono niſi in eo peccaſſet. eo ꝙ habeat ele-
ctionem inflexibileʒ de ſui natura in eo inſtanti in
quo eam habet/ qđ nō fuit primo in angelo niſi pro
ſcđo inſtanti/ ſi in primo habuit motum naturaleʒ.
vt dictuʒ eſt. ¶Et preterea. s. Tho. Ma. q. 16. 4. 5ᵐ. 2ª.
optime declarat quem intēdat eſſe motuʒ natura-

lem angelicū/quia motuꝫ in naturalia. Dicit enim
ꝙ volūtas angeli in primo inſtāti erat naturaliter
determinata ad vnuꝫ. ſ. ad eſſe ⁊ viuere/ ⁊ ad natu-
ralem beatitudinē. ⁊ iſta ſunt in q̄ primo naturalr̄
mouet̄ creatura intelligēda vel volēda. quia ſemꝑ
actio naturalis preſupponit̄ alijs actionibus. Un-
de patet expōnem Caie. eſſe cōtra ſancti Thome in-
4°. tentionē ⁊ verba. ¶ Quarto ſic arguit̄ ad concluſio
nem. Si angelus in primo inſtāti habuit motuꝫ in-
ſupnaturalia/hoc nō potuit eſſe niſi quatenꝰ ad eiꝰ
ꝑfectioneꝫ pertinent: quedā quidē vt finis/ quedaꝫ
vero vt media in finē: ergo etiā in ſcđo hec eadē co-
gnouit: q2 ⁊ in eo erāt pariter ſue ꝑfectiōes. Et ma
xime cognouit gratiā in qua creatus eſt/ ſi neceſſa-
rio actu cognoſcit omne qđ actu ꝑtinet ad ſuaꝫ per
fectioneꝫ. Nō potuit ergo in ſcđo inſtāti peccare ꝑ
hoc ꝙ elegit beatitudinē nō cōſiderando de gratia
dei/ ⁊ ꝙ ea tanq̄ꝫ medio neceſſariū eſſet ſupnatura-
lem beatitudinē appetere. Neqꝫ potuit talē beati-
tudinē tunc ēt nō appetere/ quā potiorē quacunqꝫ
naturali/ illiqꝫ ꝯñr preeligendā apprehēdebat. Nō
enim mouet̄ voluntas in aliquid cōtra iudiciuꝫ in-
tellectus. ergo nullo mō potuiſſet peccare: q2 ſicut
nō fuiſſet error in intellectu: ita neqꝫ defectus in vo
Cōfirmatio. luntate. ꝯſequens autē eſt falſum. ergo ⁊c. ¶ Cōfir-
matur hec ratio ſic. Angelus apprehēdit īmobilr̄.
Ma. q. 16. 5. c. ergo per voluntatē adheret etiā im-
mobilr̄. vt ibidē/ ⁊ etiā pª. q. 64. 2. deducit. s. Th. er
go in quo inſtāti mouebat̄ in ſupnaturalia/ eis ꝯñr
in eodē immobilr̄ adheſit. vt in predictis locis cō-
cludit̄. Cū. n. ſm cognitionē nālem angelus appre-
hendat īmobilr̄: oportet ꝙ hoc idē faciat ſm appre-
henſionē etiaꝫ ſupernaturaliū: q2 vnūqđqꝫ recipit̄
ſm modum recipiētis: maxime ſi pleno iudicio (vt
ſupponit̄ ab aduerſarijs) apprehenſio talis fiat. Nō
potuit ergo angelus in illa nō moueri in ſcđo inſtā
ti ſi in primo in ea motus eſt. ⁊ ꝯſequenter non po-
Euaſio. tuit peccare. Qđ tñ eſt erroneū. ⁊c. ¶ Nec valet di-
cere qđ in primo inſtanti nō habuerit facultatē mo
tus in bonū ⁊ maluꝫ. ⁊ ob hoc neceſſariuꝫ fuerit eā
habere in ſcđo. ¶ Argumētum. n. iam factum/ hoc
Precluſio. precludit̄. Probat. n. ꝙ ſtante poſitione/ nō potue-
rit facultatē illā habere in ſcđo. ergo cū hoc ſtare nō
poſſit ſm eos: poſitio etiā ſua ex qua hoc ſequitur/
ſtare nō poterit. Manifeſtū fit igit̄ ex omnibus pre-
dictis ꝙ angelus in primo inſtāti ſue creationis nō
potuit habere motū in ſupernaturalia.

## Eadem concluſio validiſſimis oppugnatur mediis. Cap. V.

Sed contra predictā determinationem inſur-
gunt difficultates. Et arguitur primo ſic.
obiectiones ꝯtra cōcluſionem. pª. Sicut ſe habet natura ad gratiam ⁊ ad alia ſupna
turalia dei munera angelis collata in primo inſtan-
ti ſue creationis/ ita motus eoruꝫ intellectuales in
naturalia/ ad motus ſimiles in ſupnaturalia. Sed
ſupponit̄ in q̄ſtione ꝙ in primo inſtāti fuerint ſimul
talia munera cū natura angelica. vt dictum eſt. er-
go etiam predicti motus ſimul eſſe tunc potuerunt.
¶ Scđo que poſſunt vna ſpecie intellectuali repre-
2ª. ſentari/ poſſunt ſimul ab angelo cognoſci vt docet
ſpecialiter. s. Tho. prima. q. 58. 2. et cōſequenter in
eadem potuit ſimul moueri ꝑ voluntatē. Sed natu
ralia ⁊ ſupernaturalia ſunt huiuſmodi. Neqꝫ enim
in reuelatione ſupnaturaliū infundit deus nouas
ſpecies. Sed ea ſupnaturalia que pertinēt ad ſe/ co-
gnoſcit angelus per eſſentiam ſuā/ qua ⁊ propriam
cognoſcit naturā: ſed illa ſub nouo lumine. que ve-
ro ad alios ꝑ ſpecies itidē aliorū cognoſcit. ergo ⁊c.
¶ Tertio de facto ſemper angelus cognoſcit ſe per 3ª.
eſſentiā ſuā. pª. q. 56. 1. ⁊ quādoqꝫ (vt ſupponimus)
cognoſcit etiā ſupnaturalia. ergo ſiue cognoſcat ea
per eſſentiam ſuā/ ſiue per quamcunqꝫ aliaꝫ ſpeciē/
poteſt ſimul ferri ⁊ de facto fert̄ in vtrunqꝫ. Nō er-
go tollit̄ quin in primo inſtanti potuerit in vtraqꝫ
ferri propter eorūdē magnā diſtantiaꝫ. vt primum
fundamētū determinationis afferre videtur.

## Primus modus ad argumenta prædicta ſatisfaciēdi iuxta falſam opinionem, que & reprobatur. Cap. VI.

Propter hec igit̄ q̄dā a ſuprapoſita deter-
minatione deuiātes/ dicunt ꝙ de-
terminatio ⁊ cōcluſio ſupra poſita ⁊ ꝓbata non eſt
ad intentionē. s. Tho. eo ꝙ in predicta q. de malo
ar. 4° nō loquat̄ ſm propriam opinionē: ſed ſuppo-
nat illā opinionē q̄ tenet angelos nō fuiſſe creatos
in gratia. quā opinionē alibi pluries reprobat. Se-
cunduꝫ eniꝫ opinionē illā vtiqꝫ ſequit̄ ꝙ angeli nō
potuerunt in primo inſtāti moueri in ſupnaturalia
q̄ nō niſi gratuita ⁊ ſupnaturali reuelatione cogno
ſci poſſunt. Sicut (inquit) in d. q. de malo. s. Tho.
ſequit̄ etiā opinionē ꝙ angelus ex hoc peccauit ꝙ
indebito mō idest nō ex gratia appetijt ſupernatu-
ralem beatitudinē. In prima vero parte q. 63. art.
3°. ex hoc ꝙ inordinate in ſeipſum cōuerſus eſt/ an-
gelum peccaſſe determinat. Et ſm hāc viā tota de-
terminatio facta ruit/ ⁊ omnes obiectiones contra
eā inducte cōceduntur. ¶ Sed iſta poſitio falſa eſt:
inurēns primo maculā indebilē ꝯdictionis ⁊ igno- Impugnatio opinionis p[...]
rantie pro tēpore glorioſo ingenio ſancti Tho. cuiꝰ
tñ ſe eſſe aſſeclā ac inuictiſſimuꝫ defenſorem huius
vie auctor gloriat̄. Quod ſi dicatur nō ex ignoran-
tia ſꝫ ex volūtate. s. Thome hoc ꝓceſſiſſe/ certe mul-
tum detrahit̄ debite auctoritati ac prudētie eius/
vt ſolēniſſimam ac difficillimam queſtionē determi
net/ nō niſi ex ſuppoſitiōe opinionis quā ipſe vbiqꝫ
vt falſaꝫ reprobat. Sic. n. facile quis poſſet i omni
alia apparēte cōtradictione in doctrina eiꝰ eſſari/
⁊ alterā partium ſimpliciter ⁊ ſine cōciliatione dā-
nare. ¶ Supponit etiā iſta fuga primo quoddā fal- 3ª.
ſum/ ꝙ vꝫ nō potuiſſent angeli ſupnaturaliū cogni
tionē habere in primo inſtanti creationis eoruꝫ niſi
fuiſſent creati in gratia gratum faciēte (de hac eniꝫ
intendunt omnes cū querūt/ an angeli fuerint crea
ti in gratia vel nō) quaſi gratia neceſſario requirat̄
ad talium cognitionē abſolute. Qđ quidē falſuꝫ eſ-
ſe in hominibus id cōuincit ꝙ poſſunt multa de di
uinis ⁊ ſupernaturalibus cognoſcere ⁊ credere ſine
gratia: vt pꝫ de iudeis. immo omnes adulti anteq̄ꝫ
perfecte cōuertantur multa audiunt ⁊ credūt me-
diantibus predicatoribus ⁊ ſcripturis ſacris de ſu-
pernaturalibꝰ: ⁊ tamē adhuc nō ſunt in gratia gra-
tum faciente. Quin etiā nunc demonibus multa ſu
pernaturaliter cognoſcibilia reuelantur per ange-
los ⁊c.



los ⁊c. Unde patet ꝙ ſi nō fuiſſent etiā angeli crea-
ti in gratia/ potuiſſent tamen a deo cognitioneꝫ ſu
4ª. pernaturalium habuiſſe in primo inſtanti. ¶ Sup-
ponit etiam iſta opinio ꝙ. s. Tho. in prima parte te
neat oppoſitū eius quod determinat in. q. de malo
loco allegato. nec hoc efficaciter ꝓbari poteſt. quin
immo ex alia quā ei imponunt contradictionē/ op-
poſitum potius cōuincitur. Si enim in prima par-
te loco allegato tenet ꝙ angelus i hoc peccauerit in
ſecundo inſtanti ꝙ in ſeipſum inordinate cōuerſus
eſt: ⁊ non eſt conuerſus in deū vt ſupernaturalis bea
titudinis obiectū ex gratia adipiſcendū/ conuinci-
tur ꝙ nec in primo inſtanti taliū ſupernaturalium
conſiderationē ⁊ cognitioneꝫ habuerit. Mirū eſſet
enim ꝙ a tam nobilis obiecti conſideratione ⁊ ap-
petitu auerſi eſſent tā repente/ ⁊ ad ignobilioris ele
ctionem conuerſi demones. Unde magis eſt rationi
conſentaneum ſi in tali conuerſione ad ſeipſos eorū
peccatum fuit/ ꝙ propria pulchritudine naturali al
lecti ſint in primo inſtanti/ ⁊ in ſecundo circa illam
intenti non curauerint de ſupernaturali beatitudi
5ª. ne aliter cogitare. ¶ At falſum eſt etiam ꝙ. s. Tho.
in prima parte magis adhereat prime illi opinioni
q̄ꝫ ſecunde. nec ex modo loquēdi ſancti Tho. proba
ri poteſt/ cum vtrāqꝫ aſſertionem ſub diſiunctione
proponat. Sed cum vtraqꝫ opinione ſtare principa
lem concluſionē articuli probat ꝙ vꝫ peccauerit an
gelus per inordinatū appetitū equalitatis diuine:
vt ſic concluſioneꝫ reddat verā ad omnes. Neqꝫ. n.
erat locus ibi determinādi q̄ diſiunctiue illius pars
eſſet verior. Quāuis etiā vtrūqꝫ dicendi moduꝫ in
idem redire oſtendat: q2 ſm vtrūqꝫ diabolus voluit
habere beatitudinem ſupernaturalē quaſi ſibi natu
ralem ⁊ proportionataꝫ dignitati ſue nature. ¶ Eo
etiam modo quo ex ſuperficie verborū iſti modi di-
cendi/ videntur eſſe diſtincti: magis eſſet opinandū
ꝙ. s. Tho. adhereret ſcđe opinioni quaꝫ ſancti Do-
ctoris Anſelmi confirmat auctoritate: q̄ꝫ adhereat
alteri quā ſimplr̄ proponit. Sed ⁊ rationes ad huiꝰ
oppoſitum per Caie. adducte in ꝓprio loco/ per nos
6ª. ibidem in notatis cōfutate ſunt. ¶ Falſuꝫ adhuc eſt
quod principaliter affert opinās ꝙ vꝫ in. q. de malo
loco allegato. s. Tho. ꝓcedat ex ſuppoſitione ꝙ an-
geli nō ſint creati in gratia. Oppoſitū enim ex duo-
bus conuincitur. Primo quidē ex hoc ꝙ ad 22m ar
gumentuꝫ reſpondens/ vult veritatē habere cōclu-
ſionem quā argumentū īpugnat/ etiā ſi non ſit vſus
gratia diabolus in primo inſtanti. Dicit. n. ꝙ nō te
nebatur pro tunc ea vti. En q̄ꝫ aperte cognoſcitur
ꝙ intentio. s. Tho. eſt concluſionē illam eſſe veraꝫ ⁊
determinationē ſuam procedere/ poſito etiā ꝙ ange
li ſint creati in gratia. Scđo q2 determiātio illa ꝓ-
cedit ex propoſitionibus vniuerſalibus que verita-
tem habent abſolute/ ⁊ non ex ſuppoſitione negatio
nis gratie ab angelo in p'o inſtanti: vt patet diſcur
renti tam in corpore q̄ꝫ in ſolutionibus argumento
ruꝫ. vt. ſ. in prima ratione ⁊ eius confirmationibus
videri poteſt. Alioquin rueret robur etiā rationis
quam ad principalē articuli concluſionem. s. Tho.
affert in prima parte. cū illa concluſio ex hac depen
deat. vt in tertia confirmatione vbi ſupra deductū
eſt. Patet igitur vndiqꝫ precluſam eſſe huiuſmodi
reſpondendi fugam doctrine. s. Tho. aduerſam.

## Alio modo reſpondetur prædictis argumentis iuxta falſam aliā opinionem que reprobatur. Cap. VII.

Eſt igitur alius modus reſpondendi/ quorūdaꝫ Opinio falſa.
volentium ſancti Thome intentionem in
vtroqꝫ modo determinandi qui diuerſus videtur/
ſaluare. Dicunt autem ꝙ in queſtionibus de malo
ſanctus Tho. intendit ꝙ angelus non potuit in pri
mo inſtanti in naturalia ſimul ⁊ ſupernaturalia
ferri vt diſtincta ⁊ diſperata ſunt: ⁊ prout ſingula
conſiderantur ex proprijs rationibus. ſed ſoluꝫ pro
ut vnum habet ad aliud habitudinem/ inquantuꝫ
ſcilicet ſupernaturalia ſunt perfectiones natura-
lium/ poterant ab angelo ſimul cognoſci tam in pri
mo q̄ꝫ in omnibus alijs inſtantibus angelicis. Et
ſcđam hanc etiam viam obiectiones inducte veruꝫ
concludunt. ¶ Sed iſta etiam poſitio non videtur Impugnatio falſe opinionis.
ad mentem. s. Tho. Primo quidem quia. s. Tho. P°.
in illa queſtione de malo. determinat abſolute non
ſolum ꝙ non habuerunt motum in predicta duo
tam diuerſa angeli in primo inſtanti: ſed etiam ꝙ
habere non potuerunt: ⁊ tanta neceſſitate hoc po-
nendum cenſent/ ꝙ ſi oppoſitum diceretur/ ſequere
tur ꝙ angeli potuiſſent peccare in primo inſtanti.
Quod tamen ipſe tenet eſſe impoſſibile abſolute.
ergo non minus erit impoſſibile ſecundū eum id ex
quo ſequit̄. ¶ Scđo ſic. Poſſe moueri in naturalia 2°.
⁊ ſupernaturalia/ vt vnum habet habitudinem ad
aliud per modum perfectionis ⁊ ꝑfectionabilis/ nō
magis conuenit angelis ſm iſtos in primo inſtanti
q̄ꝫ in ſcđo. Sed. s. Tho. in predicta q̄ne de malo vo
lebat inferre/ quod ideo angelus non poterat pecca
re in primo inſtanti/ q2 non poterat pro tunc moue-
ri niſi in naturalia: ex quo ſequebatur ꝙ in ſcđo in
ſtanti in quo poterat peccare remouebatur illa ra-
tio. In ſcđo autem inſtanti non poterat etiam poni
ꝙ in vtrunqꝫ poſſet angelus ſimul moueri/ niſi vt
vnum eſt perfectio alterius: ⁊ hoc propter diſtantiā
que eſt inter ea. ergo in primo inſtanti non potuit
hoc modo moueri angelus in vtrūqꝫ. vel ſi potuit/
cum ex hoc in eo non potuerit peccare (ſi ſic inter-
pretāda eſt ratio. s. Tho.) ſequit̄ ꝙ nec in ſcđo aut
aliquo alio inſtāti potuerit peccare. qđ ē falſiſſimū.
Quomodo autem poſſit opinio iſta ſaluari/ ⁊ ad
predictas obiectiones reſponderi ſi intenderet lo-
qui conformiter ad ea que dicentur infra in proſe-
quutione quarte vie/ ibi declarabitur.

## Opinio tertia vera, præmiſſis pluribus notabilibus declaratur. Cap. VIII.

Eſt igitur alius modus reſpondendi quo predi- Opinio tertia.
cta determinatio ſancti Thome fidelius
ſoluetur. Pro quo ſupponitur primo in via ſancti Pª ſuppoſitio.
Tho. ꝙ angeli ſint creati perfecti ⁊ in actu primo
reſpectu omnium naturaliter ab eis cognoſcibiliū.
⁊ in actu etiam ſecundo reſpectu ſui ⁊ dei/ eo modo
quo naturaliter cognoſci poteſt ab eo/ per eſſentiaꝫ
(inquam) ſuā qua etiaꝫ ſeipſum ⁊ omnia ad ſe na-
turaliter pertinentia ſimul actu cognoſcit. Alia ve
ro per ſpecies innatas ſeu intellectui ſuo cōcreatas.
Et hec ſunt clara in via ſancti Tho. ¶ Scđo ſuppo- 2ª.

nitur ꝙ ad hoc ꝙ per tales ſpecies apud intellectū
angelicū quicq̄z actu repreſentetur naturaliter exi
gitur lumen quoddam ſpirituale intelligibile pari
ter innatum/ſicut etiam intelligibile lumen intel/
lectus agentis requiritur ad hoc ꝙ intellectus hu-
manus quicquā actu cognoſcat/ vel etiam intelli-
gibiles acquirat ſpecies. ⁊ aliquod lumen ſenſibile
ad hoc ꝙ viſus a rebus coloratis inmutetur / ⁊ ad
hoc ꝙ ſpecies viſibilis ī oculo recepta repn̄tet ei co
3ª. lorē. Iȝ varia ſit horū rō luminū ⁊ neceſſitas ī ordine
ad has diuerſas virtutes cognoſcitiuas. ¶ Tertio
ſupponitur ꝙ ad cognoſcendū rōnes naturales de
rebus/ſufficit taȝ homini q̄z angelo naturale lumē
proprij intellectus. Ad cognoſcendum vero ſuper/
naturales ⁊ diuini ordinis rationes/exigitur lumē
ſupernaturale etiam in via/lumen inquam diuine
reuelationis. Magis ergo diſtant in ratione cogno/
ſcibilis naturales rationes a ſupernaturalibus/ q̄z
de eodem ⁊ circa idem cognoſcibile ⁊ per eadeȝ ſpe
ciem/ q̄z quecunqȝ naturales inter ſe / etiam reſpe/
ctu diuerſorum cognoſcibiliū per diuerſas ſpecies.
quū he ſub vnico lumine comprehendātur/ille ve/
ro cum iſtis non niſi per diuerſa lumina cognoſcan
tur. Diſtinctio enim luminum maior eſt ⁊ potior
q̄z diſtinctio ſpecierum/quum non niſi luminū au/
xilio poſſint ſpecies quicquā repreſentare. Poſſu/
mus ergo cognoſcere an angelus potuerit in primo
inſtanti ſimul moueri in naturalia ⁊ ſupernatura/
lia/aut non/cognoſcendo an ⁊ quomodo in primo
inſtāti potuerit ſimul plura intelligere que habent
per plures ſpecies apud eius intellectum repreſen/
tari/vel ſub diuerſo etiam lumine cognoſci. ⁊ que
4ª. ſit ratio diuerſitatis ſi diuerſitas inter hec inuenit̄
ex ratione diſtantie vel menſure. ¶ Pro cuius ple/
niori noticia ſciendum eſt quarto/ ꝙ hoc eſt cōe an/
gelo ⁊ homini ꝙ non poteſt ſimul plura intelligere
vt plura ſunt ⁊ pluribus ſpeciebꝰ repreſentabilia:
ſed non inconuenit hominem aut angelum intelli/
gere plura ſimul vt vnuȝ/ ſi ſic apprehendātur etiā
per diuerſas ſpecies diuerſiſqȝ luminibus vt ad in
uicem habitudinem habent. Contingit autem ho/
minem tali modo plura cognoſcere tam prima ope
ratione intellectus/puta cum relationem apprehē/
dit vel aliud tale cuius ratio claudat extraneum.
q̄z ſcd̄a dum cōponendo vel diuidendo rē vnā alte/
ri attribuit vel ab ea remouet. q̄z etiā tertia/eo ꝙ ſi
mul principia cognoſcat ⁊ concluſionem / dicente
Philoſopho p° poſte. ꝙ ſimul inducens. ſ. minorē
cognouit/ſupple concluſionem cum ea ⁊ cum maio
ri. Compoſitio autem ⁊ diuiſio non poteſt vſu perfi
ci ſpeciei vnius/⁊ minus ipſe diſcurſus. Alioquin
per ſpeciem intelligibilem hominis contigeret re/
preſentari aſinum/de quo per ſilogiſmum poteſt cō
cludi ſpecifica diſtinctio ab homine. Oportet igitur
ꝙ ſicut conceptus eſt vnicus quadam compoſitio/
nis ſiue diſcurſus vnitate. ita etiam plures ſpecies
poſſint actu informare intellectū prout aliquo mo
do ad inuicem vnire conueniunt. Et tunc intelle/
ctus pluribus terminis non penitus diſperatis ſed
ſubordinatis optime terminabitur non minus q̄z
poſſit linea pluribus terminari punctis ſubordina/
tis/puta proprio qui intrinſecus eſt/ ⁊ pluribus di/
uerſarum linearum illam extrinſece tangentium.

Angelus autem licet non componat aut diuidat
vel diſcurrat:ſimul tamen cognoſcit compoſite rei
rationē:vel que plura claudat ⁊ diſtinctiſſima:ſim
pliciterqȝ ⁊ vnire videt predicatuȝ in ſubiecto ⁊ cō
cluſionem in principijs / in quibus aliqua pariter
adunantur/que non niſi diuerſis ſpeciebus etiam
apud intellectum illius poſſunt repreſentari. Po/
teſt igitur ſpeciebus ſubordinatis actu ſimul intel
lectus angelicꝰ informari. Si. n. per vnicam ſpeciē
poſſet angelus cognoſcere quecūqȝ ad nāȝ p° repre/
ſentatam habitudinē habent:iā oīa poſſent per vni
cā illam ſpeciē ab eo q̄ditatiue cognoſci. Nihil eſt
enim quod non ab illa natura ſignificari poſſit ⁊
predicari diſtinctum. Et talem diſtinctionem pōt
intellectus cognoſcere/non niſi cognoſcendo ſimul
extrema:⁊ ita ſuperflueret multitudo ſpecieꝝ in in
tellectu ne dum angelico/verum etiam noſtro. Vn/
de quod alicubi. s. Tho. dicit non poſſe angelum ſi/
mul cognoſcere niſi que vna ſpecie poſſunt repreſen
tari. verum eſt vtiqȝ. Sed vnitas hec non ſimplici/
ter ſemper ſed aggregatione etiā ſubordinationeqȝ
quandoqȝ capienda eſt. ¶ Sciendum eſt autem 5° 5ª.
ꝙ minus diſtant ea que ſpeciebus diuerſis ſecundū
ſe ſumptis ⁊ diſparate repreſentātur/ q̄z diſtent illa
que vna ſpecie ſimplici ⁊ altera veluti compoſita
ſubordinationeqȝ tantum vna/repreſentantur vel
cognoſcuntur: cum hec claudat priorem etiam re/
rum ipſarum que ſpeciebus diſtinctis repreſentan/
tur diſtinctionem. tum etiam quia ceteris paribus
magis diſtat ſimplex a compoſito/ q̄z a ſimplici. Si/
cut ergo naturale cognoſcitur eſſe cuicunqȝ creato
intellectui vt nō ſimul ſed ſeorſuȝ diſtincteve cogno
ſcat ea que diuerſis ſpeciebus ſimplicibus repreſen/
tantur vt. s. mōſtratū eſt ex ſctī Tho. doctrina/ impoſ
ſibile erit aliquem intellectū ſimul vti ſimplici ſpe/
cie ſeorſum ſumpta/⁊ quauis alia q̄ modo predicto
compoſita ſit. ita ꝙ ſi debeat ambobus vti/ neceſſa/
rio per vnā ex his in vno inſtāti vel tempore cogno
ſcet/⁊ per aliā in alio. Ergo ſi inter hec cognita/eſt
naturalis ordo prioritatis vnius ad aliud: illud qd̄
eſt prius naturaliter alio/ cognoſcetur in priori in/
ſtāti vel tēpore/⁊ illud aliud in ſequēti. Simplicia
autem ſunt naturaliter priora compoſitis. Ergo ſi
non pn̄t hec duo ſimul intelligi/ſequit̄ ꝙ ſimplicia
prius tempore cognoſcent̄ q̄z cōpoſita. Eſt autē nā/
lis hic ordo cognitionis vt ſimplicia ꝓcognoſcant̄
compoſitis/remqȝ prius conſideret ſm ea que ad
ipſam ptinent q̄z prout ad alia relationē hȝ. Sicut
eſt etiam hec ex parte reruȝ ipſaruȝ naturalis prio/
ritas. ita vt ideo ēt priora cadāt ſub cognitione ꝓ/
ut in ſe cōſiderant̄ prius q̄z vt ad alia ordinant̄. Et
ꝙ prioritas hec in eo ſit rationis tantuȝ/ vnitas ſpe
ciei cā eſt cum infinita cognoſcēdi virtute. Vbi er/
go tā cognoſcitiua virtus q̄z ſpecierū multitudo fi/
nita eſt/prius etiā tempore intellectus vtet̄ ſpē ſim/
plici qua rem in ſe cognoſcat/ q̄z quacunqȝ compo/
ſita cognoſcat eandē per habitudineȝ ad extranea.
Hac igitur deductione notum ſit ꝙ non potuit an
gelus in queuis nālia ferri in p° inſtanti/niſi ꝑ ſim/
plicē ſpeciem. ⁊ pn̄r nō in plura diuerſis ſpeciebus
apta repreſentari vt vnū ēt ꝑfectio alterius eſt ſm
nām. Sed tali ſpē cōpoſita potuit in ſcd̄o ⁊ alijs in
ſtantibus vti. Et ſi diſtantia ſm ſpeciem impediuit
ſimultatem



ſimultatem cognitionis pluriuȝ in primo inſtanti/
vt dictū eſt. multo magis diſtantia ſȝ lumina. vt ex
hoc optime ſaluetur intentū/ꝙ vȝ non potuerit an/
gelus in primo inſtanti motus in naturalia ſua/mo
Ad pri/ ueri etiā in ſupernaturalia/quantūcunqȝ perfectio
mam ob nes ſint he naturaliū. ¶ Et ſm hanc viā ad obiectio
iectionē nes reſpondendo/negatur ad primā maior propoſi/
tio. Nec eſt eadē ratio ꝙ aliqua poſſint in aliquo ſi/
mul eſſe habitualiter ⁊ actualiter. Quod quidē in
ſpeciebus intelligibilibus q̄ ſimul in intellectu eſſe
poſſunt in habitu/nō autē in actu/optime compro/
Ad ſecū batur. ¶ Ad ſecundā dicitur ꝙ maior veritatē ha/
dam. bet/niſi requiratur diuerſitas luminū/ ⁊ naturalis
ordo prioritatis vnius cognoſcibilis ad aliud in pri
Ad ter/ mo inſtanti. vt in propoſito accidit. ¶ Ad tertiam
tiam. patet ex dictis. Nō eſt enim eadē ratio de primo in
ſtanti ⁊ alijs. vt deductum eſt.

## Determinatio facta ſm tertiā viā ab obie ctione duplici defenditur. Cap. IX.

5ª. Contra tertiam viam. P°. Sed contra hanc determinationē arguitur in/
fringendo primo illud ex quo pendet om/
ne robur eius. Quū enim dicitur in 5° notando ꝙ
magis diſtat ſimplex ſpēs a compoſita q̄z ſimplex a
ſimplici. Verum eſt ſi cōpoſita non contineat illam
ſimplicē. Sed hoc non eſt ad propoſitū. Si vero cō/
poſita contineat illā ſimplicē/non magis diſtat ne/
ceſſario in ratione cognoſcibilis/ ſed minus quan/
doqȝ vel eque. Puta ſit ſimplex ſpecies a. compoſi
ta vero. a. b. Si ſm compoſitā principalius cogno/
ſcatur a. q̄z b. tunc minus diſtat in ratione cognoſci
bilis a. ab a. b. q̄z a. ab ipſo b. q: hec ſecunda diſtan/
tia attendit̄ ſm cognitionem principaleȝ vtriuſqȝ.
prima vero ſm principalē a. ſimplicis/⁊ minus prin
cipalem ipſius b. Cum ipſo enim a. principaliter co
gnito/nullam habet diſtantiā. Si vero b. in tali cō/
poſitione cognoſcatur principaliter / tunc eſt equa
diſtantia. Et cum arguitur vltra. Si eque diſtant/
tunc ſimplex precedit tempore in cognitione. cōce/
ditur cum ſua ꝓbatione. ſed non eſt ad propoſitum.
q: ſupernaturalia ponunt̄ ab angelo cognita ſimul
cum naturalibus in primo inſtāti minus principa/
liter ⁊ vt perfectiōes nature angelice: qd̄ poteſt eſſe/
q: non ſolum nō magis ſed minus etiā diſtant ſic cō
poſita a ſolis naturalibus q̄z que diuerſis ſpeciebus
cognoſcunt̄. Sctūs Tho. aūt in ꝓdicto arᵗᵒ intendit
de diſtantibus cognoſcibilibus per diuerſas ſpecies
vt principalr̄ cognitis. Sic enim impoſſibile eſt ta/
lia plura ſimul intelligere. Et a maiori ea etiaȝ que
per diuerſa lumina cognoſcunt̄/non pn̄t hoc modo
ſimul cognoſci. Secus ſi vnū cognoſceret̄ principa/
liter/aliud aūt ex conſequenti. Sicut ſi in ſilogiſmo
2°. maior eſſet naturalis/⁊ minor ſidei/aut econuerſo.
¶ Scd̄o contra eandē viam arguitur. q: ſi ratio ꝓ
cederet ſequeret̄ a pari. ꝙ b. non poſſet ſimul cogno
ſci cum habitudine ad a. ſiue principalr̄ ſiue nō. Cu
ius tamen oppoſitū conceditur factū circa ſuperna
turalr̄ cognita ab angelis ſimul cuȝ naturalibus in
ſcd̄o inſtanti. Tunc. n. ꝓcedit̄ ꝙ vtraqȝ ſimul cogno/
uerūt: ⁊ vtraqȝ ſimul moti ſunt. Patet aūt manife/
ſte ſequela ſi vnūquodqȝ prius in ſe q̄z in ordine ad
Ad pᵐ. aliud naturalr̄ cognoſcit̄. ¶ Sed ad hec motiua re/
ſpondendo/dicit̄ ad primum ꝙ compoſitū habet ra

tionem cognoſcibilis nō ſolum propter aliā parteȝ
prius notā/puta a. b. propter b. ſed etiaȝ propter ſe/
ipſum: ⁊ propter primā etiam parteȝ alio modo no/
taȝ: q: vȝ cognoſcit̄ ꝑ habitudinē ad aliud quo mo
do prius nō erat nota. Primo. n. a. notū q̄dem erat
ſm ſe. in cōpōne vero aſſumptū cum b. cognoſcit̄ in
ordine ad b. Minor eſt ergo diuerſitas ī rōne cogno
ſcibilis ipſius ſimplicis a. ab ipſo ſimplici b. q̄z ipſiꝰ
ſimplicis a. ab ipſo cōpoſito ex a. ⁊ b. Quādoquidē
multe ſunt cōſideratiōes ⁊ rōnes cognoſcibilitatis
in ipſo a. b. cōpoſito que non erant in b. ſimplici. tā
etſi principaliter b. ſm ſe cognoſcat̄/ ⁊ non pricipa/
liter in cōpoſito. Eſt. n. in ipſo a. b. cōpoſito rō ipſiꝰ
totius cōpoſiti/⁊ ratio partium/non ſolū ſm ſe/ſeu
quo ad ſibi ꝓpria/ſed etiā in ordine adinuiceȝ/que
rationes cognoſcibiles nō ſunt in ſimplici ſm ſe cō/
ſiderato. Vnde pȝ robur ratiōis adhuc firmiter pre
ualere. Si. n. propter diſtantiā ſimplicis a ſimplici
nō poſſunt ſimul cognoſci ſm ſe/ſed exigunt diuer/
ſos actus/ſicut etiā cognoſcuntur per diuerſas ſpe
cies: multo magis diſtantia ſimplicis a cōpoſito im/
pediet ſimultatē cognitionis etiam ſi non interue
niat diuerſitas ſpecierū/quando interuenit diſtan/
tia luminū que maior eſt. ¶ Ad 2ᵐ dicit̄ ꝙ ſufficit Ad 2ᵐ.
ꝙ cognoſcibile ſimplex ſit precognituȝ vel ſm ſe vel
incōpoſitione. ita ꝙ nō principaliter cognoſcat̄ in
ea/anteq̄z pricipaliter cognoſcatur in eadē pro alio
inſtanti ſi ſit ſupernaturale vt in propoſito. Licet
enim angeli quicquid cognoſcūt/perfecte ſimul co/
gnoſcant naturaliter/ gratuitorum etiam cognitio
in eis recipiatur ſm modum nature eorum. nihilo/
minus q: diuerſa non pn̄t ſimul cognoſcere/ſiue ꝓ/
pter pluralitatem ſpecierū/ ſiue propter diuerſitatē
luminum/vt dictuȝ eſt. non inconuenit prius ab eis
cognoſci res aliqua in ordine ad aliud tantū ⁊ mi/
nus principaliter/⁊ poſtmodū principaliter ⁊ in ſe:
⁊ hoc propter ordinem luminis ad lumen/vt prior
cognitio ſit ſm participationē aliquā luminis illiꝰ
quo ex ſui nā talis intellectus aliqualr̄ illuſtrat̄ ſup
naturalr̄/anteq̄z eo plenius perfundat̄ ſm actualē
conſiderationē: eo ꝙ ordo nature ſic exigat vt priꝰ
illuſtret̄ cōnaturali ꝑfecte. Et ſic fuit in ꝓpoſito.

## Quarta opinio proponitur & iuxta eam tribus ſuprapoſitis obiectionibus reſpon/ detur. Cap. X

Veruntamen quartus eſt etiā modus re/
ſpondendi principalibꝰ ob
iectionibꝰ factis: qui innititur doctrine. s. Tho. 7°.
quodlibȝ ar. 2°. vbi docet ꝙ plura ſic poſſunt ſimul
cognoſci ꝙ vnū cognoſcatur pricipaliter/ aliud ex
cōſequenti. Quod cōtingit vel q: cognoſcunt̄ per
vnam ſpeciē que repreſentat principalr̄ vnum/ſe/
cundario aliud: vt eſſentia diuina que pricipaliter
repreſentat deū/ſcd̄ario cetera. Vel q: īter cognita
vt vnum/intentio cognoſcētis eſt principaliter ad
vnū. ſecundario ad alia. ita ꝙ habetur a. s. Tho. ꝙ
plura ꝑ diuerſas etiā ſpecies repreſentata/poſſunt
ſimul ꝓdicto modo cognoſci. ⁊ eadē ratione cogno/
ſcibilia ꝑ diuerſa lumina. Dicenduȝ eſt igitur ꝙ. s.
Tho. in illo articulo tenet ꝙ naturalia ⁊ supernatu
ralia non potuerunt in primo inſtanti ab angelo ſi/
ſimul cognoſci / aut in ea ſimul moueri vt prin/

cipaliter cognita/⁊ vt in vltimum finē. ſed primo moti ſunt in finem ſuum naturalem principaliter: in ſpiritualia vero potuerunt moueri tunc ſimul vt ſunt perfectiones nature. In ſecundo vero inſtanti moti ſunt boni principaliter in vltimū finē ſuper/ naturalē/in quē ſe ⁊ oīa ſua principalr ordinarūt.

Ad pᵐ obiectionem. ¶ Et ſm hanc viam reſpondendo ad illas obiectio/ nes dicendum eſt ad primā (ſicut etiā ſm aliam viā dictū eſt) ꝙ maior eſt falſa. Gratia enim ⁊ lumē ſu/ pernaturale fuerunt in angelis in primo inſtanti/ non vt tunc per ea mouerent in ſupernaturalia pn/ cipaliter/ſed vt haberent ea quibus in ſecundo in/ ſtanti ſic poſſent in illa ferri ad acquirendā ſuam vl timam felicitatē. Negat̄ ēt minor ꝙ .ſ. fuerint ſimul in angelo inquantū ſunt principia actuū/quo mō ꝓportionē hñt ad inuicē. ſecus ſm eorū ſubſtantiā.

Ad 2ᵃᵐ. ¶ Ad ſcđam dicit̄ ꝙ vnitas ſpeciei non pōt conce/ dere id qđ negat in propoſito naturalis ordinis a ſu pernaturali diſtantia/diuerſitas luminū/⁊ habitu/ do imperfecti motus ad perfectū ex ſtatu naturali proueniens angelorū in pᵒ inſtanti. vt oſtenſum eſt.

Ad 3ᵃᵐ. ¶ Ad tertiam dicit̄ ꝙ non eodē modo fertur ange/ lus in ſupernaturalia in primo ⁊ ſcđo inſtanti: quia in primo fertur in ea ſcđario/in ſecundo principalr bonus. Nō q̄a malus non fecit/peccauit. Nō incō/ uenit autē illo modo ſimul in naturalia ⁊ ſuperna/ turalia poſſe ferri. vt dictum eſt.

## Predictæ due extreme opiniones a dupli ci defenduntur obiectione, ſimul ac ſecū/ da via conciliatur. Cap. XI.

Prima obiectio. Sed contra hanc viam ſimul ⁊ precedentem du plex videtur obiectio militare. Prima q/ dem q: ponēdo ꝙ poſſint angeli ſimul plura per di/ uerſas etiā ſpecies intelligere/videt̄ poni compoſi/ tio ⁊ diuiſio in intellectu angelico. Nō enim inordi/ nate ſunt ſimul in eodē tales ſpecies/ſed ſm ꝙ repre ſentatum per vnā/deſignatur attribui alteri vel ab altero remoueri. quod eſt componere vel diuidere.

Cōfirmatio. ¶ Et confirmat̄. q: .s. Tho. pᵃ. q. 14. ar. 14. negat cō/ poſitionē ⁊ diuiſionem in intellectu diuino ex hoc ꝙ non intelligit q̄ poſſunt alicui attribui vel ab eo remoueri per plures ſpēs ſed per vnicā. ⁊ q. 58. arti. 4ᵒ. hoc idē probat in angelo inueniri: q: cognito ali quo primo/ſtatim cognoſcit omnia q̄ de eo poſſunt affirmatiue vel negatiue ꝑdicari. Tale autē primū

2ᵒ. ſubiectū cognoſcitur per vnicā ſpēm. ¶ Scđa obie/ ctio eſt/ꝙ he due vie reſpondendi inferunt .s. Tho. fuiſſe diminutū in illo 4ᵒ. artiᵒ. 16ᵉ. q. de Ma. allega to. eo ꝙ ibi nihil horum affert ad euadendas predi/ ctas obiectiones/que vnicuiq; vel modicū erudito poterant occurrere: ⁊ ex q̄bus tot preclara ingenia laborarunt/vt illius articuli proceſſum ſaluarent. quod etiā eorum quidā ſe poſſe facere deſperarunt/ niſi ſuppoſita vna falſitate in via ſcti Thome. quā vbiq; reprobat/ ꝙ vꝫ angeli nō ſint creati in grā.

Ad pᵃᵐ. ¶ Sed ad primā harū obiectionū reſpondet̄ ꝙ ad compoſitionē ⁊ diuiſionē intellectus nō ſufficit plu/ ra ſimul etiam ordinate ⁊ vt vnum cognoſcere per plures ſpecies/ ſed requirit̄ ēt ꝙ prius tēpore co/ gnoſcatur ſubiectum/⁊ poſtea fiat compoſitio cum predicato. Et quia 2ᵐ deeſt angelis eo ꝙ ſtatim co/ gnito ſubiecto cognoſcunt quicquid ei attribui po/ teſt affirmatiue vel negatiue / ſiue per eandem ſiue per aliam vel alias ſpecies: ideo in predicto quarto articulo concludit ſanctus Thomas ꝙ non compo nunt. Et quia vtrunq; deeſt deo / ideo in predicto articu. 14. ex negatione primi que negationem ſe/ cundi requiſiri includit/concluditur ꝙ deus non componit. Si enim non intelligit plura per plures ſpecies/ſed per vnicā omnia/non poteſt prius vnū ⁊ poſtea aliud per illam cognoſcere: cum ea dicātur ſimul cognoſci que per vnicā ſpeciem cognoſcunt̄: maxime a deo qui vnico intuitu penetrat vniuerſa. vt habetur ex ſancto Tho. eadem q. 14. ar. 7. ⁊ de an gelis etiam/eadem q. 58. ar. 2ᵒ. ⁊ oppoſitum in no/ bis probat per oppoſitum q. 85. ar. 4ᵒ.

Ad confirmationem. ¶ Et ſic patet ad confirmationem.

Ad 2ᵃᵐ. ¶ Ad ſecundam vero obiectio nē reſpondetur ꝙ ſanctus Tho. Ma. q. 16. ar. 4ᵒ. non pertractabat a propoſito an angelus poſſet ſi/ mul aut non ſimul plura cognoſcere ⁊ quomodo. Sed principale propoſitum eius ibi erat oſtendere ꝙ non potuit peccare in primo inſtanti. Ad quod inducendum aſſumpſit pro principio concluſionē alibi probatam atq; diſcuſſam. ⁊ conſequenter du/ bitationes que circa talē concluſionem occurrunt non erant ibi ſoluende vel inducende. Sed ad locū vbi diſcutitur talis queſtio debent legentes recur/ rere. ⁊ inuenient ſolutionem. ſicut patet in funda/ mento quarte vie quod ſumitur ex allegato quod/ liber. 7ᵒ. art. 2ᵒ. Fundamentū tamen tertie vie ha/ betur in eodē quarto articulo. ſi bene inſpiciatur. Non enim diſtant magis naturalia a ſupernatura/ libus q̄ naturalia abinuicem ſecundū ſpecierum differentiam. vt ſupra deductum eſt. ſed ſolum ſe/ cundū lumina. Alias nullo modo differrēt. Quod autem aliqui doctores in exponendo illum articu/ lum quartū errauerint/non iudico inconueniens conſiderato ꝙ homines ſunt ⁊ viatores. Vtinam in hoc non defeciſſent. Neq; enim opus fuiſſet me adeo laborare.

Defenſio ſcđe vie. ¶ Ex his patet ꝙ ſi auctores ſecun/ de opinionis reprobate intendāt cōformiter loqui ad ea que dicuntur ſecundum quartam viam / non

Ad pᵐ eius impugnationem. aberrant. Et tunc ad primam impugnationem cō/ tra illam opinionem dicitur ꝙ ſanctus Tho. inten dit in illo quarto articulo allegato ꝙ non potuerūt angeli in ſupernaturalia tendere principaliter in primo inſtanti: ex quo vtiq; ſequitur ꝙ non potue/ rint tunc peccare: non autem intēdit ꝙ non potue rint in ea tunc tendere ſecūdario. Ex hoc enim nō ſequitur ꝙ potuiſſent tunc peccare. Peccatū enī ſicut ⁊ meritum attenditur in principio ſecundū actualem motum in ſupernaturalem finem princi/ paliter: quia oportet ꝙ creatura intellectualis in principio ſui eſſe vel vſus ſui li. ar. ſeipſum ⁊ omnia ſua ordinet in talem finem. Vnde patet ꝙ mouet̄ in illum principaliter: ⁊ in alia non niſi propter il/ lum. Quod ſi non facit cum poſſit/ peccat. Ex hoc ergo ſequitur ꝙ in primo inſtanti peccare angelus non potuit/quia etiam ſic moueri non potuit in vl timum finem.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad ſecundā impugnationē patet ex dictis ꝙ alio ⁊ alio mō potuit angelꝰ moueri ſi/ mul in naturalia ⁊ ſupernaturalia in primo ⁊ ſcđo inſtanti. Non enim potuit in primo moueri ſimul in ea/vt in ſupernaturalia moueret̄ principaliter/ ſicut potuit in ſecundo. Et hec erat ratio quare po terat in ſecundo peccare ⁊ non in primo. ⁊ ſic in ſe/ cundo remouebatur ratio impoſſibilitatis peccan/ di que ponebatur in primo. vt dictum eſt.

## Argumenta omnia in principio facta ſol uuntur. Cap. XII.

Ad pᵐ. Argumenta vero in pncipio queſtionis īducta/vnico verbo ſoluū/ tur ſm quartā viam. q: vꝫ concedendum eſt qđ cō/ cludunt/qñ intelligatur per ea deduci ꝙ angeli in primo inſtanti habuerunt in ſupnaturalia motum non principaliter/ſed ex p̄nti: modo ſupra declara/ to. Negāda q; eſt omniū deductio ſi velint angelos habuiſſe tunc motū in ſupernaturalia pncipaliter. ¶ Scđm vero tertiam viā reſpondendo ſingulis di citur ad primū ꝙ verbum .s. Tho. verū eſt de perti/ nentibus ad angelū naturaliter/ſeu ſm ordinē na/ turalem/⁊ de cognoſcibilibus naturali lumine/ cu/ iuſmodi nō eſt gratia ⁊ alij ſupernaturales habitus in quibus angelus creatus eſt. Vnde in via .s. Tho. ⁊ ſm dicta eius preſertim pᵃ. q. 63. 3. non inconuenit dicere ꝙ etiā in ſcđo inſtanti mali nō habuerunt cō ſiderationē ſupnaturaliū aut motū in ea. Et hoc ex peruerſa eorū voluntate proceſſit. Q: vero nō potue/ rint talē motū habere in primo. fuit ex naturali eo/ rum ſtatu/⁊ ex naturali ordine motuū in eo. vt de/ ductum eſt.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad ſcđm dicendū ꝙ ſicut deus ⁊ na/ tura nihil faciunt fruſtra/ita etiā nihil faciunt inor dinate. Sed omnia in finē ⁊ in actū deducunt ſm ꝙ exigit vniuſcuiuſq; natura. Sicut ergo nō obſtā/ te ꝙ pueri nō poſſint vti gratia ⁊ habitibꝰ virtutū ſtatim poſt baptiſmū/ deus nihilominus infundit eos/ita cōtulit angelis in primo inſtanti principia motus in ſupnaturalia: in quē tamen motū pro tūc prorūpere ꝓpria virtute non poterāt. Neq; fruſtra in ſubſtantijs ſpiritualibus tales habitus infundun tur quibus deo grate ſunt/⁊ ad beatitudinē ſuper/ naturalē diſponunt̄ quaſi filij dei ſupernaturali de/ core fulgētes. Et qđ in pueris facit negatio vſus li. ar./in angelis quo ad propoſitum negauit predicto rum actuū naturalis ordo. vt ſupra declaratum eſt.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad tertiū dicitur p̄nt ad predicta ꝙ diabolus in prīo inſtanti fuit plenus ſapiētia: q: habuit omnes habitus tam intellectuales q̄ naturales q̄ etiā ſup naturales. qui ex hoc ꝙ in ſapiētia eminenter cōti/ nētur/naturales quidē in naturali/⁊ ſupernatura/ les in ſupnaturali/nomine ſapiētie ſolius exprimū/ tur. Fuit etiā perfectus decore tam nature ⁊ viriū naturaliū/q̄ gratie ⁊ virtutū/necnō ⁊ habituū vo/ lūtatis/ea plenitudine q̄ poſſibilis erat in illo inſtā/ ti: q: nō niſi in habitu quo ad ſupnaturalia. quibus tamen potiſſime inclinabat̄ ad actum in ſcđo inſtan ti. Propter quā etiā inclinationē ⁊ diſpoſitionē ef/ ficaciſſimā ad ipſas delitias perfectas cōſequendas ſi ſteriſſet/dicit̄ etiā pro tūc in delitijs paradiſi fuiſ/ ſe. Sicut potēs ad vota frui delitijs. dicit̄ viuere in delitijs/etiā ſi actu nō fruatur illis pro aliquo inſtā ti. Poterāt enim mali angeli per theſauros gratie/ charitatis ceterarū q; virtutū. ſibi perfectas para/ diſi delitias imperpetuū vendicare meritis in ſcđo inſtanti/⁊ noluerunt: ⁊ ideo ea etiā que acceperant gratuita dona merito ꝑdiderunt ſimul ac prepara/ tā felicitatē. Pōt etiā diabolꝰ dici in delitiis para/ diſi fuiſſe/propter locū delitiarū ⁊ felicitati aptiſſi/ mum/celum inquam empyreū/in quo cū alijs crea/ tus eſt. Bona inſup naturalia/ſplendida quidē in eis remanſerūt quo ad principia ⁊ habitus natura/ les: ſꝫ nō quo ad actus ⁊ ordinē in finē/ex quo habi tus habet principalr rationē delitioſe perfectionis atq; iucunde. Immo nunc demones de omni etiā naturali ſua operatione triſtitiā reportāt. quod eis non contigit ante peccatū: immo tūc ex eis ſummū gaudiū ⁊ letitiam obtinebant. Et ideo ꝓpter habi/ tus ⁊ actus etiā naturales/perfectoſq; ſm ſe/nō po teſt dici ꝙ ſint nūc in delitiis: ſed potius in ſumma miſeria/reportantes etiam ex bono malum.

¶ Ad quartū patet per idē. Omnia nāq; deſcripta perti/ nere ad diaboli ſupernaturalē perfectionē ante ca/ ſum/eidē non niſi in habitu ⁊ per habitū gratie q̄ſi per eorū fundamentū conueniebāt. Peccando aūt ⁊ cadēdo/ſtatū ammiſit veritatis vite in quo firma batur per gratiā. Et conſequenter non ſeruarunt etiā ſuum principatū quem habebāt ex ipſo ſue gra tie celſo gradu: que certū quoddā pignus eſt celeſtis hereditatis. In qua etiā gratia que eſt fons oīs me/ riti nō perſeuerantes/dicunt̄ etiā in merito nō per/ ſeueraſſe qđ habebant in primo inſtanti. licet imper fectū eſſet. vt. j. dicet̄. ⁊ hec omnia per peccatū am/ miſerunt. Nec eſt neceſſariū ꝙ perſeuerantia in bo/ no/exigat bonū ꝑfuiſſe in actu ſcđo. ſeu quo ad ope/ rationem aliquā meritoriam: ſed ſufficit ꝙ perſtite/ rint in gratia in qua creati fuerunt/nō preſtantes ei obſtaculū per peccatū in ſcđo inſtanti. Sed neq; ve rum eſt/ perſeuerantie nomē ſic actū ſcđm exigere/ vt ſi dormiat homo qui eſt in gratia dei/nō dicatur in gratia eius perſeuerare. Actus etiā ſcđs non ſo/ lum oppoſitū actum ſcđm tollit: ſed principiū etiā illius habituale. Sicut mortale peccatū/ habitum virtutis oppoſite ſimul aufert ⁊ gratiā.

Ad 5ᵐ. ¶ Ad quin tum dicit̄ ꝙ .s. Tho. nō concedit argumentū factū illud abſolute/cū expreſſe in corpore illius q̄ſtionis/ ⁊ in ſolutionibus argumentorū eius/determinaue/ rit oppoſitū illius antecedentis: ſed cōceſſit illud ar gumentū concludere cōtra quandā datam inter ar/ guendū reſpōſionē/quā ipſe nō tenebat/ꝓpterea ꝙ illa ſupponebat angelos in primo inſtanti potuiſſe ferri in ſupnaturalia: ⁊ ꝙ nō potuerint tūc peccare ſupponebat ex hoc eſſe ꝙ neceſſario volebāt bonum in quo creati fuerāt/ea neceſſitate qua qđ eſt dū eſt/ neceſſario eſt. Et ꝙ ſi tūc peccaſſent/neceſſario eadē neceſſitate peccaſſent. Vnde volebat illa reſpōſio ꝙ ante inſtans peccati exigeret̄ aliud inſtans vel tem/ pus in quo deliberare poſſent de opere agēdo in ſe/ quenti recte vel nō recte. Et contra hanc falſam re/ ſponſionē concedit .s. Tho. facta argumēta. Et octa uum quidē ac decimū / reſponſionē hanc deijciunt quantū ad hoc ꝙ ponit ante peccatū preexigi neceſ ſario tempus deliberandi. Nonū verū deijcit eam quantū ad id qđ ſupponebat/angelū inquam in pri mo inſtanti poſſe ſupernaturalia itelligere. Ex hoc deducēs ad impoſſibile etiā ſm reſpondentē/ꝙ vꝫ angelus potuiſſet in primo inſtanti peccare. Quod tamē intelligitur non ſimplr. ſed quantū eſt ex par/ te illius cauſe. Poſita .n. cognitione ſupernaturaliū in primo inſtanti/nihil ꝓhibet ex parte illius cogni

tionis/quin poſſit ſequi peccatū.qꝛ ad peccatū an/
gelorū exigit̃ facultas talis cognitionis.ita ꝙ ea re/
mota nō poteſt ineſſe peccatū. Et ad reſpondenteʒ
illū hoc ſequit̃:cum iam remotū ſit p̄deliberatio/
nem requiri.ex qua ſola putabat reſpōdens euade/
re ꝙ poſſent peccare in primo inſtāti. Abſolute aūt
nō ſequitur ꝙ ſi cognitionē ſupernaturalē habuiſ/
ſet angelus in primo inſtāti/potuiſſet peccare. Pōt
enim illa infuiſſe per dei omnipotentiā ſicut fuit in
chriſto:⁊ nihilominus nō poteſt per illā omnipoten
tiam infuiſſe peccatuʒ. Quia alias ſequeret̃ ꝙ deus
id facere poſſet/ex quo ſequeret̃ illum poſſe auctorē
eſſe peccati. ❡ Poteſt ſcđo ad hoc argumentū facile
reſpōderi ꝙ ex cōceſſione argumenti nō ſequitur ꝙ
cōcedantur premiſſe. Sicut neqʒ ex argumēti nega
tione/negant̃ premiſſe. Prout etiā concedendo vel
negando ꝯñam/non cenſet̃ concedi vel negari añs.
Per hoc ergo ꝙ.s.Tho.in loco allegato dixit.6m.ſ.
argumentū cōcedimus/nō ſequitur ꝙ propter hoc
intendat cōcedere antecedēs/cuius oppoſitū in cor
pore qōnis probauit efficaciſſime. Et iſta ſufficiāt ꝓ
preſenti articulo.

## ARTICVLVS. II.

### Argumenta quatuor pro parte falſa. vnicum vero pro vera proponitur vt quæſtio reddatur ambigua. Cap. I.

Ueritur ſecundo vtrum ange/
li in primo inſtāti ha/
q buerint motū lib.ar.ſeu motū liberū
reſpectu alicuius obiecti. Et videtur
ꝙ nō. primo. Quia is qui non poteſt
P°. in oppoſita ſm aliquam triū diuerſitatum quas li.
arb.reſpicere docet.s.Th.Ma.q.19.ar.5. Videlicet
boni ⁊ mali.huius ordinabilis in finē ⁊ alterius.vo
liti in a.tēpore/⁊ poſtea noliti in eodē fore/nō habʒ
actum ſeu motū lib.arb. Sed talis erat angelus in
primo inſtāti.ergo ⁊c. Patet maior auctoritate.s.
Tho.ibi. Minor vero pʒ prīo quo ad diuerſitatē bo
ni ⁊ mali.qꝛ non potuit in p° inſtanti habere actuʒ
malū ſeu peccare.hʒ.s.Tho.Ma.vbi ſupra.ar.4°./
⁊ pª.q.63.5./⁊ 2°.d.3.q.2. Ex hoc aūt deducitur ꝙ
neqʒ ſm alias diuerſitates potuerit in oppoſita.qa
nō minus cōpetit angelo libertas ſm primā differē/
tiam q̄ʒ ſm alias.vt elicit̃ a.s.Tho.Ma.vbi ſupra
ar.5°. Ergo ſi prima nō cōuenit ei in primo inſtāti/
nec alie. ❡ Sed forte quis dicet nō eſſe eandē ratio/
Euaſio. nem de diuerſitate īter bonū ⁊ malū ⁊ de alijs. Et h̃
propter naturalē prioritatē boni actus ad malū ex
lib.arb.que prioritas non attendit̃ inter alia obie/
cta.vel inter actū affirmatum ad negatū de eodem.
Impu/gnatio. ❡ Sed contra.tū qꝛ ordo ille prioritatis ⁊ poſterio/
ritatis inter motū angeli in bonū ⁊ in malū/nō con
ueniebat angelo ſolū ex natura angeli:qꝛ cum natu
ra ſemper maneat/ſicut in primo inſtanti. ita ſemp
fuiſſet motus ille in bonū.ſed rōne primi inſtantis.
Sed ex eadē ſtatus primeui cōditione deducit̃ ꝙ li/
cet ex ratione obiectorū ferri poſſet in oppoſita bo/
na/nō potuit tamē pro tunc ferri niſi in illud in qđ
ex ipſa creatione a deo mouebat̃.ergo ⁊c. tum quia
rationabilr̃ deducit̃ ex natura angeli ꝙ in actu ſecū
do cognitionis ⁊ ꝯñr amoris pro cōditione illorum
nobiliſſimo deus angelos creauerit.ergo non erāt li
beri ⁊c. ❡ Scđo. Si angelus in primo inſtanti habe 2°.
re potuit actum lib.arb.ſequitur ꝙ potuit nō velle
quod volebat deus illū velle:qꝛ oppoſitū eius in cu
ius velle creabat illū deus.ergo poterat tunc pecca
re. Nihil.n.aliud eſt peccare niſi volūtati diuine vo
luntarie ſe opponere.ꝯñs autem eſt falſum.ergo ⁊c.
❡ 3°.quia actus lib.arb.diſtinguit̃ contra naturalē. 3°.
vt pʒ ex 2° Phiſi.⁊.9° Metha.ce. Prima autē ope/
ratio volūtatis angelice fuit naturalis.pª.q.63.art.
6.ad 3m.⁊ Malo.q.16.ar.4°.tū qꝛ cū ſit prima/prin/
cipalit̃ attribuit̃ deo vt auctori nature. ergo vt na/
turalis. Prior enim eſt nature ratio q̄ʒ libertatis.
tum qꝛ iudicium intellectus nō poterat eſſe liberū:
cum in primo inſtanti nō ſubeſſet imperio volunta/
tis.eo ꝙ precederet omnē actum volūtatis que pri
mo formaliter libertatē habet in actu ſuo / ⁊ in intel
lectu cauſat ⁊ viribus ſenſitiuis quo ad vſum.ergo
⁊ motus omnis ipſius volūtatis in p° inſtanti fuit
naturalis. ❡ Quarto. Motus ex quo angelus non 4°.
poteſt laudari aut vituperari nō eſt actus lib.arbi.
Talis autē fuit oīs motus angeli in primo inſtanti.
Nam ſi actus fuiſſet malus/nō angelo ſʒ auctori na
ture imputaretur.vt docet.s.Tho.pª.vbi ſupra.er/
go magis ſi fuit bonus.ergo nullus talis actus eius
ꝓ tunc ē liber. ❡ In contrarium ſic arguitur. Om/ Sed con/tra.
nis actus volūtatis ī obiectū a quo agens nō depē/
det in bonitate vel eſſe/eſt actus libe.arbi. Ex hoc
enim vbiqʒ ⁊ ꝓcipue Ma.q.16.ar.5. probat.s.Th.
ꝙ in deo ſit lib.ar.reſpectu creaturaꝝ. Sed aliqua
cognouit angelus ⁊ voluit a quibus nō depēdebat.
puta aliquas creaturas. ergo ⁊c.

### Ad veritatem inueſtigandam quinqʒ prelibantur notabilia,ex quibus eliciuntur cōcluſiones cum correlario. Cap. II.

Reſpondetur ꝙ in hac queſtione du/
plex eſt opinio. Capreo/ Deter/minatio
lus.n.tenet angelum in primo inſtanti nō habuiſſe
actum lib.arb.ſed naturalē tantum in bonū. vt ha/
bes 2° d.4.ad argumēta contra quartā ⁊ quintam.
⁊ hoc ꝓpter auctoritates inductas ex.s.Tho. Non
tamen huic opinioni firmiter adheret/ſed cū titu/
batione. Ferrarēſis aūt ſuper 3° contra Gen.c.110.
⁊ Caie.ſuper pª.q.63.ar.6.tenent oppoſitū. Ut igit̃ Notā/
veritas hui9 q̄ſtionis in via ſcti Tho.clare poſſit in
ueſtigari/prenotādū eſt primo ꝙ eodē modo hic ac/
cipimus primū inſtans angeli quo ⁊ in p° articulo.
❡ Scđo premittendū ꝙ angelus in primo inſtāti vl 2°.
tra motū intellectus ⁊ volūtatis in ſe ⁊ deum vt ſue
nature auctorē/habuiſſe cenſendū eſt etiā aliorū co
gnitionē. Eſt enim rōnale ꝙ deus angelos creauerit
perfectos non ſolū in eſſe/ſed etiā ſm opera intelle/
ctus ⁊ volūtatis.quorum principiū formale non ſo
lum ſit eſſentia/ſed etiā aliqua ſpecies intellectua/
lis cōcreata. Quū.n.dei pfecta ſint opera/rōnabile
vr̃ ꝙ eos in actu 2° creauerit ſm actus vtriuſqʒ or/
dinis ſpērū. Quū.n.duos gñales modos cognoſcē/
di angeli habeant/⁊ perfectos deus eos ſm intelle/
ctum



ctum etiam creauerit/ſequit̃ ꝙ in primo inſtanti ha
buerit actualē cognitionem non ſolum ſui ⁊ dei vt
ſue nature principij ⁊ auctoris per eſſentiā ſuam:ſʒ
etiam aliquorū aliorum per aliquā propriam eoruʒ
ſpeciem. Que aūt fuerint illa que primo cognoue/
runt per ſpeciē/pro certo quidē neſcitur:ſed eodem
fundamento videt̃ rationale ꝙ fuerit entiuʒ perfe/
ctiſſimum inter creata cognoſcibilia.vt primus an/
gelus alios oēs cognouerit:vel tot quot pōt ei repre
ſentare vniuerſaliſſima illa ſua ſpecies qua primo
creaturam ſpūalem cognoſcit. Alij vero primū per
propriam eius ſpeciē. Et ſic in ea que actu cognoue
runt tunc etiā ferebant̃ amore/de eoruʒ bono ac di/
gnitate gaudentes ac eorūdem fruentes conſortio.
3°. ❡ Premittendū tertio ꝙ (vt docet egregie.s Tho.
Malo.q.16.5.) ad rationē lib.arbi.ptinet ꝙ in di/
uerſa poſſit. Propter hoc.n.brutoruʒ arbitriū non
eſt liberū:qꝛ non pōt niſi in vnum ad qđ ex natura
determinat̃. Sicut ouis non pōt non fugere lupū vi
ſum. Sed omne agēs per intellectū ⁊ rationē habet
lib.arbi. Eius enim arbitriū cōſequit̃ intellectuʒ ⁊
rationē que ſe habēt ad multa. Diuerſitas aūt per/
tinens ad lib.arbi.pōt attendi tripl'r. Uno mō ſm
differentiā rerum que eligunt̃ propter finem/inquā
tum per lib.arb.pōt quis eligere non ſolū hoc ſed ēt
illud ad conſequendū finem. Et hoc cōuenit li.ar.
per ſe. Unde cōuenit omni/ēt diuino. Pōt .n.deus
ad bonitatē ſuā diuerſas res ⁊ diuerſos rerum ordi
nes ⁊ modos ordinare. Alio mō ſm differentiā bo/
ni ⁊ mali. Sed iſta diuerſitas non per ſe pertinet ad
lib.arb.ſed per accidēs ſe habet ad eā inquantū in/
uenit̃ in natura potenti deficere/⁊ apprehēdere ma
lum ſub rōne boni. Non eſt aūt de rōne alicuius po/
tētie ꝙ deficiat in ſuo actu. ⁊ ideo nihil ꝓhibet fue
niri lib.arb.qđ ita tendit in bonū ꝙ nullo mō poſ/
ſit tendere in malū.vel ex natura ſicut in deo:vel ex
perfectione gratie ſicut in hoībus ⁊ angelis beatis.
Alio modo ſm differentiā mutationis. que quideʒ
non cōſiſtit in hoc ꝙ aliqs diuerſa velit:ſed in hoc ꝙ
illud idem ⁊ in eodē tempore eſſe vel nō eſſe non ve
lit qđ prius volebat/aut econuerſo. Et hec etiaʒ di/
uerſitas nō per ſe pertinet ad rōnē lib.arbi.ſed ac/
cidit ei ſm cōditionem nature mutabilis. Unde cō/
uenit tā hominibus q̄ʒ etiam angelis pro quocūqʒ
ſtatu:non tū ſm quodcūqʒ obiectum. Ex qua etiaʒ
cā īter angelos pugna eſt:qui tū cognita poſtmodū
diuina voluntate/cōcordes ſunt. Hic ergo queritur
an angeli habuerint in primo inſtanti actū lib.arb.
ſm primā ⁊ tertiam diuerſitatē. Qꝛ.n.nō habuerint
actū lib.arb.ſm differentiā boni ⁊ mali/ſed habue/
rint tantūmodo motū in bonū/ita ꝙ peccare non
4°. potuerint/clarū eſt in via ſancti Tho. ❡ Premittē
dum eſt quarto ꝙ actus proprius li.arb.eſt de ipſo
fine/non ſimpl'r ſed vt per media aſſequendo/q̄ pa/
riter vt finē ipſum voluntas refutare poſſit. Contin
git autē voluntatē habere naturalē determinatio/
nem tam circa finem/q̄ʒ circa ea que ſunt ad fineʒ.
Et cū ſic determinat̃/nō habet reſpectu taliū actuʒ
liberum ſed naturalē.eo ꝙ natura determinat̃ ad
vnum. Non pōt autē voluntas habere aliquā taleʒ
determinationē/niſi ſit etiā ad eadē intellectus iti/
dem predeterminatus.vt vʒ apprehendat aliquid
ſub rōne ſui finis ⁊ boni determinate ad qđ alia or/
dinanda ſint / vel ſub ratione boni ſine quo talis fi/
nis haberi nō poteſt. Qđ quidē cōtingit vel ſub lu/
mine naturali de bono ⁊ fine nāli.⁊ ſic angeli natu/
raliter in ſe ⁊ deū vt ſue nature auctorē mouebātur
in primo inſtanti.in eſſe aūt viuere ⁊ intelligere vt
in ea que tali neceſſario cōnectunt̃. Uel ſub lumine
ſupernaturali:⁊ ſic in primo inſtanti nō eſſe motuʒ
angelū in bonum ſupernaturale vt in finē/vel etiā
vt ordinatū in fineʒ ſupernaturalē/probatum eſt in
precedenti articulo. Unde pʒ ꝙ neqʒ voluntas cir/
ca p̄dicta potuit habere liberū actuʒ. Cōtingit aūt
ad vtrūqʒ finem aliqua poſſe nō neceſſario ordina/
ri.⁊ reſpectu horū poteſt voluntas actū habere lib.
arb.qđ an angelis cōtigerit in primo inſtanti nunc
querit̃. Qꝛ autē angeli non potuerint in primo inſtā
ti cōſtituere finem vltimū naturalem in alio q̄ʒ in ſe
⁊ deo p̄dicto modo/patet.qꝛ hic eſt eius ordo natu/
ralis vt alia propter ſe appetat/ſe autē propter deū.
quem ordinē optimum apprehendebat/cū haberet
tunc rectū iudicium maxime circa naturalia/⁊ cō/
ſequenter talē ordinē volebat. Unde patet ꝙ nō po
tuit tunc in aliud/finē ponere/ vt cōtingit homini/
bus in via/vel etiā damnatis. Tota ergo q̄ſtio nūc
verſatur an ſicut angelus habebat in primo inſtan/
ti determinationē circa finē naturalem/ita etiā cir
ca oīa que ad illū finē ordinare tunc poterāt:an cer
te circa aliqua liber eſſet. ❡ Notandū vltimo ꝙ taʒ 5°.
voluntas q̄ʒ intellectus pñt circa aliqua habere de/
terminatione ex ſuppoſitione/circa que tamē quia
non habent determinationē abſolutaʒ ⁊ ex natura
rei/nō habent circa ea ꝓpter hoc actū nō liberum.
❡ Ut igit̃ hoc dubiuʒ abſoluatur/ac circa predicta
oīa/veritas habeat̃ aperta.ponēde ſunt due ꝯcluſio
nes cū vno correlario. Prima igit̃ cōcluſio talis eſt. pª ꝯ°.
❡ Motus quem in primo inſtanti angelus habuit
in ſe ⁊ in deum vt auctorem ſue nature finemqʒ
naturalē/necnon in ea que tali fini neceſſario ſunt
connexa/nō fuit actus lib.arb. Secunda.
❡ Motus angeli in alia a predictis / fuit tūc deter/ 2ª ꝯ°.
minatus ⁊ neceſſarius ex ſuppoſitione preſentialita
tis/⁊ diuine pro tunc cauſalitatis. non autem abſo
lute. Correlarium.
❡ Angeli in primo inſtanti ſui eſſe habuerunt ali/ Correla/rium.
quem actum lib.arb.

### Probantur concluſiones ſecundū ſingulas partes earum. Cap. III

Probatur autē prima concluſio. Primo Probat̃ pª cōclu/ſio.ꝓmo quo ad ꝓ/maʒ par/tem.
quo ad motuʒ intellectus in ſe/
ipſum angelum. Nam intellectus informatus natu/
raliter ⁊ vltimate aliqua ſpē/naturalr̃ etiam ⁊ non
libere fert̃ in obiectum per talē ſpecieʒ naturaliter
repreſentatum.vt pʒ ex terminis. Sed intellectus
angeli reſpectu ipſiuſmet angeli / eſt huiuſmodi.er/
go ⁊c. Probat̃ autē minor. Nam intelligens ſeipm̄
per eſſentiā ſuam/eſt naturaliter informatus ſpecie
naturaliter repreſentante ſeipſum. Talis autem eſt
angelus. vt probatur pª.q.56.1. ergo ⁊c. Maior ex
hoc patet ꝙ ad actualem conſiderationem intelle/
ctus exigitur ꝙ intellectus habeat intellectualem
ſpeciem ipſum actualiter informantem. Et ſi ta/
lis informatio fuerit naturalis / tunc motus talis
intellectus in actu intelligibile per illam ſpeciem/

pariter naturalis erit. Sic eſt aūt in propoſito. Eſt enim angelus ex natura ſua ꝑ ſe intellectualis/cuʒ ſit a materia ſeparat⁹: ⁊ ſub hac ratione ſemper eſt intellectui ſuo preſens: quia hec ratio eſt ſua quiditas ⁊ eſſentia que a ſuo intellectu ſeparari non poteſt cū ſit eius ſubiectū ⁊ principium/dans ei omnē intelligendi virtutem. ⁊ ꝯn̄r magis etiam eſt ei vnita in eſſe intellectuali/ q̄ʒ quecunq̄ʒ alia ſpecies intellectualis actualiter intellectū informās. vt elicitur a. s. Th. 1ª. q. 16. ar. 4$^{m}$/ Pri. q. 8. ar. 6. c/7$^{m}$/2°. d. 11. q. 2. 3. 4$^{m}$. Patet igit̄ ꝙ nō libere ſed naturali motu ferebat̄ angelus in ſeipſum in primo inſtāti per intellectū. ¶ Scḋo probatur concluſio quo ad

Probatur ſcḋa pars cōcluſiōis.

motum intellectus angeli in deum. Nam intellect⁹ informatus ſimilitudine naturali repreſentate deū/ naturaliter etiam ⁊ nō libere cognoſcit deum. Sed angelus in primo inſtanti habuit talē intellectū. ergo ⁊c. Patet maior ex ſe. Minor vero probat̄ premiſſo ꝙ per effectuʒ cognoſcimus cauſaʒ ēt inadequatā quantū ad ſi eſt ⁊ quia eſt. Angelus autē eſt effect⁹ dei. Tūc ſic. Tāta neceſſitate cognoſcit̄ deus ab angelo quāta angel⁹ cognoſcit ſeipſum. nō tn̄ ita ꝑfecte. q: ꝑ ſui cognitionē q̄ditiuā nō cognoſcit deū quiditiue/ſed ſolum quia eſt. vt docet. s. Tho. 1ª q. 56. 3/⁊ 3° contra cap°. 41. 49. Cū ergo ſeipſum angelus naturaliter ⁊ nō libere/nō ſolum in primo inſtāti ſed ſemper cognoſcat. Sequitur ꝙ ēt deum nō libere ſed naturaliter per ſeipſuʒ ſemper cognoſcat. ⁊ hoc vt principium ⁊ auctorē ſue nature/⁊ vt vltimum finem ſui boni naturalis. vt ſupra dictum eſt. ¶ Ex his etiā pariter deducit̄ ꝯcluſio quo ad motuʒ

Probatur tertia pars concluſionis.

voluntatis angelice tā in ſe q̄ʒ in ipſum deum. Arguitur autē ſic. Omne bonū actu cognitū vt ſuum proprium bonū/⁊ etiam bonum vt a quo dependet in eſſe cognoſcens/neceſſario ⁊ naturaliter amat̄. Sed angelus nō ſolū in primo inſtāti ſed ſemper neceſſario cognoſcit ſeipſuʒ in rōne ſui maxime ꝓpriȷ̈ boni: deum vero per ſe vt bonū ſine quo nec eſſe nec bonitatē aliquaʒ habere poteſt. Cognoſcit. n. ipſum ſub ratione vltimi finis ⁊ primi principȷ̈ ſui/a quo totū eſſe ⁊ omnem bonitateʒ habitam ⁊ habere poſſibilem ſm ꝙ continet vtriuſq̄ʒ eſſe rōneʒ habet vel habere poteſt. ergo motus amoris in ſe ⁊ deuʒ eſt naturalis ⁊ nullo modo liber. Per eadē rationē deducitur ꝙ angelus in primo inſtanti habuit naturalē motum voluntatis in ea ſine quibus nō poterat habere propriā bonitatem/ puta eſſe viuere/⁊ intelligere. Tunc enim rectum rerū ordinem optime cognoſcebat/ ſicut ⁊ nunc cognoſcit. Quia etiam in primo inſtanti erat perfectus ſm cognitionē/⁊ maxime per propriā eſſentiam. ergo ⁊c. Et ſic patet tota prima cōcluſio. ¶ Nunc autē probat̄ ſecunda. p°

Probatur ſcḋa cōcluſio quo ad p$^{am}$ ꝑtē.

quo ad primā partem ſic. Quod eſt/dū eſt/neceſſario eſt/neceſſitate ſuppoſitionis. ⁊ quod a deo creat̄ duʒ creatur/neceſſario eſt. quia creatio terminatur ad eſſe. ⁊ ſimul eſt creari ⁊ creatum eſſe/cuʒ ſit actio indiuiſibilis. Sed angeli fuerunt creati a deo in cognitione ⁊ amore aliorū etiā a ſe ⁊ ipſo deo. vt ſupra rationabiliter eſt deductū. ergo in inſtanti creationis quod eſt primū inſtās eſſe angelici habuerūt

Probatur ſcḋa pars.

motum tā intellectus q̄ʒ voluntatis in predicta neceſſario ex ſuppoſitione. vt dictum eſt. ¶ Secunda vero pars concluſionis huius ſic probat̄. Motus in ea a quibus angeli nō dependent/nō eſt eis naturalis aut neceſſarius abſolute. vt de ſe patet. Sed ab alȷ̈s a ſe ⁊ deo/angeli non dependent. vt clarū ſuppono in via. s. Tho. Dependēt enim a propria quiditate vt cauſa formali/⁊ ab intrinſecis perfectionibus ſine quibus eſſe non poſſunt. A deo autem ſolo vt a cauſa efficiente/finali/⁊ exemplari. ergo ⁊c.

Confirmatio.

¶ Et confirmat̄/quia cognoſcēs aliqua per ſpecies quaruʒ vſus nō eſt angelo naturalis ſed mere liber/ nō mouetur naturaliter in ea per intellectū/⁊ conſequenter neq̄ʒ per voluntatem. Sed angelus reſpectu aliorum a ſe ⁊ deo/eſt huiuſmodi. ergo mouetur in talia mere libere.

## Probatur ac multipliciter cōfirmatur præmiſſum corrolarium quo dubium abſoluatur. Cap. IIII.

Probatur corrolariū.

Nunc ſupereſt probare corrolariū. pro quo ſic arguitur. Angeli qui ſic mouentur in aliqua ꝙ poſſunt etiam abſolute in illa nō moueri/ vel moueri in alia per intellectum ⁊ voluntatē/habent in ea motum li. ar. vt patet ex tertio notando ſupra. Sed in primo inſtanti poterant angeli abſolute nō moueri in alia a ſe ⁊ deo: poterant etiā non moueri in ea in q̄ mouebant̄ ſed in alia: cū non neceſſario abſolute ſed ex ſuppoſitione tantū in ea mouentur. vt probatū eſt in ſecūda ꝯcluſione. ergo ⁊c.

Cōfirmatio: p$^{a}$.

¶ Et cōfirmat̄ corrolarium hoc auctoritate ſancti Tho. Hoc eniʒ ipſe primo docet expreſſe. 1ª. q. 16. 4. vbi reprobat opinionē dicentiuʒ angelos ideo nō potuiſſe peccare in primo inſtanti/quia egebant ad electionem ſine qua nō eſt peccatū/ deliberatione q̄ non poteſt eſſe in momento. Dicit enim. s. Tho. ꝙ angeli abſq̄ʒ preuio cōſilio ⁊ deliberatione poſſunt eligere. cū non diſcurrant. Et ob hoc in primo inſtāti potuerunt habere electionem que eſt actus li. ar. ¶ Quā etiam electionem eos habuiſſe ponit ibidē expreſſe. ¶ Idē patet ex p$^{a}$. q. 63. 5. c. vbi probat angelos in primo inſtanti nō potuiſſe peccare/ q: peccatum eorum retorqueret̄ in deum. ⁊ 1ª. vbi ſupra quia non poterāt tunc ferri in ſupernaturalia. que probationes eſſent ſuperflue. Nam vnico potuiſſet expedire ſe verbo dicens. ideo angelū non potuiſſe in primo inſtanti peccare/ quia non potuit habere actuʒ li. ar. ſine quo nullū eſt peccatum. vel ſaltem de hac ratione debuerat facere mentionem. cū ergo hoc nō faciat/ſed potius talē vtrobiq̄ʒ rationē reprobet. vt dictum eſt/patet ꝙ ſua intentio eſt angelos pro tunc habuiſſe actū li. ar. ¶ Sed etiam predicto ar. 5. 4$^{m}$. dicit angelos omnes in primo inſtanti meruiſſe: ⁊ de quocunq̄ʒ merito intēdat (hoc eniʒ infra diſcutiet̄) nullū poteſt eſſe tale meritū vbi nulla eſt libertas. In naturalibus. n. vt ſic/neq̄ʒ mereri quis poteſt neq̄ʒ demereri. ergo ⁊c. ¶ Quod etiam ex determinatione ibidem facta ar. 6°. manifeſtatur/cuʒ ex hoc deducat concluſioneʒ principalem cui adheret vt probabiliori ⁊ ſanctorū dictis magis conſonanti/ꝙ vʒ inter creationeʒ ⁊ lapſum angeli/nulla mora īterceſſerit: que q̄dē deductio nō fuiſſet ſciētifica vel hominis prudentis/ſi antecedēti nō pariter adheſiſſet. In reſponſione etiā ad p$^{m}$. p$^{a}$. q. 63. 6. dicit ꝙ diabolus habuit actū li. ar. in bonum. qui per ambulationem ſerpentis ſignificatus fuit. Cum ergo hunc

go hunc



go hunc non habuerit niſi ante peccatum: non potuit hoc eſſe niſi in primo inſtanti: ſiquidem in ſcḋo peccauit ſm. s. Tho. ¶ Sed ⁊ Chriſtum habuiſſe motum lib. arb. in primo ſue conceptionis inſtanti ſupponit. s. Tho. 2°. d. 18. ar. 2./⁊ 3$^{a}$. q. 34. art. 3. qḋ probauerat articulo precedente per rationes que pariter militant in angelis. quia vʒ eſt agens perfectū/ cuius eſt agere cum primo eſt: ⁊ quia elegit non predeliberando. vt. s̄. dictum eſt. Et hec angeli habent per naturam que Chriſtus habuit per gratiā. ¶ Itē perfectus homo habet vſum lib. arbi. ergo a maiori perfectus angelus. Sed in primo inſtāti erat perfectus. vt patet. ergo ⁊c. Patet igitur propoſitū tam ſm ſe q̄ʒ ſm expreſſam ſancti Tho. intentionem.

## Argumenta ſoluuntur a principio pro parte falſa producta. Cap. V.

Ad p$^{m}$.

Nunc ſoluenda ſunt argumenta. Unde ad primum dicitur ꝙ non eſt eadem ratio de diuerſitate ſm bonum ⁊ malū ⁊ de alȷ̈s/quo ad motum angeli in primo inſtanti. vt patet ex predictis. Neq̄ʒ. s. Tho. in loco allegato vult oppoſitum. Licet enim velit ꝙ lib. arb. creature in via poſſit in diuerſa ſm tres illas diuerſitates: non tamen vult ꝙ angel⁹ eodem modo ſe habeat ad eas in omni inſtanti ſue vie. vt patet diſcurrenti articulum illum. Ordo etiam prioritatis inter actum voluntatis in bonuʒ ⁊ actum voluntatis in malum/eſt alterius rationis ab ordine prioritatis eiuſdem voluntatis actus in obiectum perfectius ⁊ nobilius ad actum eiuſdē in minus perfectum. Eſt enim peraccidens ſi abſolute conſideretur hic ordo/ꝙ voluntas (inquā) prius tēdat in nobilius q̄ʒ in minus nobile/⁊ ꝙ prius eideʒ per intellectum repreſentetur magis nobile. Unde ⁊ apud nos eſt totum oppoſitum cum noſtra cognitio incipiat a ſenſibilibus. Neq̄ʒ enim naturalr̄ motus intellectus aut voluntatis angeloruʒ in minus nobile. preexigit motum eorumdē in magis nobile. Sicut motus eorum in malum naturaliter preexigit eorum motum in bonuʒ. Quum vero probatur ꝙ angelus tunc primo ferebatur in nobilius neceſſario/quia in tali actu illuʒ deus creauit. Patet ꝙ hec neceſſitas non eſt niſi ſuppoſitionis. Et cum dicitur ꝙ hoc fecit deus propter perfectionē nature angelice/concedimus ꝙ perfectior quidem eſt motus voluntatis ⁊ intellectus in magis nobile q̄ʒ in minus: ⁊ propter hoc in maiori perfectione naturam angelicam deus condidit/ q̄ʒ ſi condidiſſet eam in motu reſpectu minus nobilis obiecti. Sed hec maior perfectio eſt accidentalis. nec ex ea depēdet eſſe vel bonitas angeli naturalis. Unde patet ꝙ predicta habitudo motus angeli ad obiectum nobilius/ non tollit libertatem ab actu etiam pro primo inſtanti.

Ad 2$^{m}$.

Ad ſecundum dicendum ꝙ cum deus moueat vnamquamq̄ʒ creaturam ſm conditionem ſue nature/⁊ conſequenter naturam liberam libere. quantum eſt etiam ex parte mouentis. ſequitur ꝙ hoc quod eſt naturam angelicam in primo inſtanti potuiſſe in oppoſita abſolute/erat a deo vt a cauſa/etiam dum illa pro tunc mouebatur ad vnum determinate. ⁊ conſequenter poſſe in oppoſitum/ non eſt poſſe contra id quod deus vult: ſed poſſe in illud in quod vult deus illum poſſe. Unde non ſequitur ꝙ potuiſſet tūc angelus peccare. Non enim velle dei ſic aſtringit rationalē creaturam ꝙ poſſe facere contra tale velle/inferat poſſe peccare: niſi tale velle dei manifeſtetur per aliqua ſigna. Puta per preceptum vel prohibitionem vel huiuſmodi. Immo ſic quedā vult fieri deus ꝙ ſi per impoſſibile fieret oppoſitum/etiam hoc ipſum fieri oppoſitum ex eius voluntate procederet. Et huiuſmodi ſunt omnes actus indifferentes ad bonum ⁊ malum ſiue ſm ſpeciem ſiue ſm indiuiduum/ quales in angelis erant omnes motus in obiecta a quibus eorum eſſe vel naturalis bonitas non depēdet. Dico autem tales actus fuiſſe indifferentes in primo inſtanti/quantum eſt de ſe ſm meritum vel demeritum.

Ad 3$^{m}$.

Ad tertium dicendum ꝙ non quocunq̄ʒ modo neq̄ʒ omnis prima operatio angeli/neq̄ʒ omnis habitudo eius ad quodcunq̄ʒ obiectum fuit naturalis. Et cum probatur oppoſituʒ/dicitur ad primam probationem ꝙ ex hoc ꝙ prima operatio angeli attribuitur auctori nature/oportet ꝙ illam determinationem habuerit/ cuius oppoſitum repugneret auctori nature. Talis autem eſt determinatio ad bonum ſm rectitudinem/⁊ ſm determinationem finis naturalis. Et quantum ad hoc verum eſt ꝙ omnis operatio angeli fuit naturalis ī primo inſtanti. Non autem habuit illam determinationem ad vnum cuius oppoſita determinatio poteſt etiaʒ auctori nature conuenire: immo oppoſita indeterminatio eſt illi conueniens ſm ꝙ naturā libere producit: ⁊ per habitudineʒ ad hoc vel illud pariter ex hoc libertati ſubiectā ꝙ a neutro dependeat. vt ſuperius declaratum fuit. Ad ſecundam probationē dicitur ꝙ tale iudicium inerat quidem neceſſario ex ſuppoſitione ꝙ deus illud indiderit angelo. nihilominus quia tale erat/cuius oppoſitū poterat abſolute ſub angeli voluntate cadere. quia potuiſſet angelus abſolute pro tunc etiam iudicare bonum eſſe/non illum angelum/ſed alium actu conſiderare ⁊ amare. eo ꝙ a nullo eoruʒ amans dependeat: ideo ſemper remanet libertas tā in iudicȷ̈ actu q̄ʒ in cōſequenti actu voluntatis.

Ad 4$^{m}$.

Ad quartum dicitur ꝙ ſi angelus in primo inſtanti peccaſſet/ſic in auctorē nature ſm ſanctum Thomā peccatum eius retorqueretur ꝙ etiaʒ angelo imputaretur/eo ꝙ non coactus/ nec ex naturali conſequutione/ſed propriā voluntate peccaſſet. Unde merito in eius vituperium actus ille malus ceſſiſſet. Unde pariter ex actu bono laudabilis fuit quatenus ex eius libertate proceſſit. Et licet vtrūq̄ʒ implicet contradictionem. vʒ ⁊ ꝙ deus ſit auctor peccati: ⁊ ꝙ angelus in primo inſtanti peccare potuerit: nihilominus conditionalis illa eſt vera. Non enim inconuenit ex impoſſibili/ aliud impoſſibile ſequi. Et ſic patet ad queſtionem. Benedictus deus. Amen.

¶ Explicit Secundus Articulus.
Incipit Tertius.

## ARTICVLVS. III.

Quatuor argumēta pro parte falſa & vnicum pro vera, dubium præferunt articulum. Cap. Primum

Determinatio. Reſpondeo ꝙ ſicut iam ex premiſſis manifeſtum eſſe poteſt/ eoruʒ q tenent angelos bonos in ſecundo inſtanti meruiſſe/ quidã tenẽt ꝙ in eodẽ ſecundo inſtãti beatitudinẽ quam actu merebanẽ ꝯſequuti ſunt/ ita ꝙ merituʒ prout in illo fuit inſtãti preceſſit premiũ nõ tẽpore/ ſʒ natura. Volunt tñ ꝙ meritũ ſimplr in eis preceſſerit premiũ ẽt tẽpore/ eo ꝙ velint angelos omnes in primo inſtãti ꝓprie meruiſſe. Et huiꝰ opinionis cuius meminerũt etiã Capre. ⁊ Herueus vbi ſupra quaſi ſubtilis/ ſolus Caie. eſt acerrimus ſectator ſuper prima q. 63. 6. dicens/ aliter ſentientes (ſalua pace) nõ apprehendiſſe mẽteʒ. s. Tho. dum dicunt alr s. Tho. ſup hoc in ſumma/ ⁊ aliter in quodlibetis vbi hanc poſitionem defendit vt probabilẽ/ ſentire. Mouetur autẽ ad hanc opinionem ⁊ cõciliat predictam apparentẽ cõtradictionẽ/ ex his que ſupra in argumento tertio ſunt inducta. ¶Alia opinio eſt

Opinio 2ª. quam ſequiẽ Capre. ⁊ defendit/ oppugnans premiſſam. 2°. d. 5. concluſione 2ª. quã ⁊ ipſe puto veram. vʒ ꝙ in primo inſtãti nullus angelus ꝓprie meruit/ vt ſuperius declaratũ eſt. In ſecundo vero boni me-

Concluſio. ruerunt/ ⁊ mali peccauerunt. In tertio iſti fuerunt dãnati: ⁊ illi beati. Hec autem cõcluſio vʒ ꝙ in ſecundo inſtãti nõ potuerint ſimul mereri ⁊ eſſe btĩ: ſʒ ꝙ tñ meruerint boni: ꝓbabitur ſimul impugnãdo priorem opinionẽ quinqʒ rationibus. Quarum

Probaẽ p°. prima talis eſt. Omnis qui mereẽ beatitudinẽ/ mouetur in illã. Sʒ qui iã eſt beatꝰ/ nõ moueẽ in beatitudinẽ ſʒ habet eam. Ergo nullus beatus meretur beatitudinẽ. Sʒ in ſecundo inſtãti boni meruerunt beatitudinem: in hoc. n. cõueniũt ambe opiniones. ergo non fuerunt pro tunc beati. Patet maior q2

mereri ſm vocabuli ſignificationē nihil aliud impor/
tat niſi moueri in finē ⁊ pmiū excedens facultatē
operantis. vt pꝫ pª.q.62.4. ⁊ ſic mereri eſt eius qḋ
mouet finē. vt pꝫ ibidē ar.9º.pᵐ. Minor ēt pꝫ. qꝛ ei
qui eſt in termino excludēte viā/ ſicut gere motuꝫ/
nō cōpetit moueri ad taleꝫ terminū/ ſꝫ iā mutatuꝫ
eſſe. eodē. ar.9. pᵐ. Habitib⁹.n. pſentibus ceſſat mo
tus. pº de gen. ergo ⁊c. ¶Hec deductio eſt formlr. s.
Tho. in pdicto ar.4º. Sic.n. ait. Meritū habet ra/
tionē vie ad finē. Ei aūt qui iaꝫ eſt in termino non
cōpetit moueri ad terminū. ⁊ ſic nullus meret qḋ iā
habet. hec ibi. Ex qbus verbis ſequit aptiſſime pro
poſitum. Cū.n. beat⁹ ex hoc ipſo q beatus eſt/ iā ſit
in termino/ ⁊ habeat pmiū/ impoſſibile eſt q illud
Reſponſio pª. mereat. ¶Sed ſequētes primā opinionē reſpōdent
ad hanc rationē dupliciter. Primo q motus ⁊ ter/
minus motus pñt eſſe in eodē inſtāti tēporis/ non
autem nature/ qñ motus ſeu moueri capit impprie
p vt importat operationē indiuiſibilē. ſicut ē in ppo/
ſito. Vñ ei qui eſt in termino talis motus/ conuenit
etiā ſimul tēpore/ pri⁹ tñ natura/ moueri. Nec vl/
lus meret qḋ iaꝫ habet. ſ. ſimul natura. Sꝫ ſi prius
natura nō habeat/ poteſt illud prius natura mere/
ri. Vnde meritū tale nō ſe habet proprie ad premiū
ſicut motus ad terminū: ſꝫ ſicut fieri ad factū eſſe. q̄
in his que fiunt ſubito/ vt in pposito/ ſimul ſunt. ſi/
cut ſimul eſt illuminari ⁊ illuminatū eſſe. Et ſic an/
geli boni in eodē inſtāti meruerūt/ ⁊ pmiati ſunt.
2ª. vt deducit ſanctus Tho. quodlibet.9º.ar.8º. ¶Re/
ſpondēt 2º (⁊ in idē redit ſm ſenſum.) diſtinguēdo
de merito. qꝛ quoddā eſt meritū vt in via: ⁊ hoc non
eſt meritū vltimatū ⁊ pfectuꝫ/ ſed impedibile: ⁊ pre
cedit premiū ēt duratione. ⁊ talr meruerūt omnes
angeli in pº inſtanti. Aliud eſt meritū vt in termi
no vie qḋ eſt meritū vltimatū ⁊ pfectum: ⁊ ideo nō
impedibile ſꝫ vltima diſpoſitio/ ⁊ ob hoc ſimul ſtās
cū forma primo terminare motū. Sicut ēt in moti/
bus naturalibus vltimā diſpoſitio eſt ſimul tempo/
re cū forma introducta. vt patet ēt ⁊ declarat ad hoc
propoſitū. s. Tho. 2º.d.5ª.q.2ª.1º. Et tali merito me/
ruerunt tantum boni in ſecundo inſtanti. ⁊ propte/
rea in eodem beatitudinem acceperunt.

## Vtraq; rationis efficaciſſime ſolutio, multipliciter impugnatur. Capitulum. III.

Impugnatio pª reſpōſionis pª. Sed vtraqꝫ reſponſio mala eſt/ qḋ patet exami
nando ſingula male dicta vtriuſqꝫ. Nam
pº quidē falſum aſſumit in prima. vꝫ q mereri cōpa
retur ad premiari/ nō ſicut motus ad terminū/ ſꝫ ſi/
cut fieri ad factum eſſe. Hoc.n. pº eſt negare ſanctū
Tho. qui (vt ſupra deductū eſt) ſic vocabulū hoc de
clarauit. Dicit.n. q meritū cōpatur ad premium
ſicut motus ad terminum pª.q.62.art.4º.ad pᵐ.
3ª.q.19.ar.3º. ⁊ nō ſicut fieri ad factū eſſe. Habet.n.
rationē diſtincti termini ipſiuꝫ premiū. Sꝫ bene cō/
paratur ad meruiſſe ſicut fieri ad factum eſſe. Non
enim negamus ſimul angelos mereri ⁊ meruiſſe: ne
gamus aūt ſimul beatos fuiſſe. hoc.n. repugnat ex
2ª. ipſa ſignificatione vocabuli. ¶Falſum eſt ſecundo
qḋ aſſumit meritū pcedere premiū nō ſemp tēpore/
ſꝫ natura. Meritum.n. pfectū debere premiū abſo/
lute precedere/ nō natura tñ ſꝫ tēpore ſm doctrinā
ſancti Tho. inſinuat in Opuſculo 3º.ca.284. vbi. s.
Tho. ſic ait. Angeli cōfirmationē volūtatis in bono
⁊ obſtinationē in malo habuerūt primo cū volunta
te deliberata ſibi finē pſtituerunt vel deū vel aliqd
creatū. ⁊ ex tunc beati vel miſeri facti ſunt. Addit
autē q ex pª electione immutabilitatē pſequunt.
Vbi notāda ſunt verba. vꝫ ly dliberata. ⁊ ly ex tūc.
Cū.n. voluntatē deliberatā ⁊ electionē ex qua im/
mutabilitatem pſequunt/ nō habuerint niſi in 2º in
ſtanti. alioquin in 2º non potuiſſent mali peccare
ſi talem electioneꝫ oēs habuiſſent in primo. et ſi ex
tunc beati vel miſeri facti ſunt. ergo nō tūc. ſꝫ poſt
tale inſtans beatitudinē ipſaꝫ pſequuti ſunt/ ſicut
⁊ mali dānationē incurrerunt. Ly.n. ex. nō pōt in
pposito ſignificare niſi idē qḋ poſt. Et cuꝫ de poſte/
rioritate innuat ſine limitatione improprietatis/
qualeꝫ importat poſteritas nature. pꝫ q interpretā
dus ē de poſterioritate abſolute dicta. Sꝫ ⁊ hoc idē
q vꝫ meritū ſm mēteꝫ. s. Tho. pcedat abſolute pre
mium tēpore ſeu duratione ⁊ nō natura tantū/ ha/
betur expreſſe ex aliis verbis ei⁹. 3ª.q.19.ar.3º. vbi
dicit q meritū nō eſt niſi eius q nō dū habet. Nec
poteſt gloſari q nō dū natura. Q.n. intēdat de prio
ritate tēporis pꝫ/ qꝛ ex hoc intēdit probare cōcluſio
nem hanc catholicā q xps nō meruit beatitudinē
aīe/ neqꝫ gratiā/ neqꝫ ſcientiā ⁊ huiuſmodi. Alias
(inqt) oporteret q iſtis aliqñ xps caruiſſet. qḋ eſt
cōtra dignitatē xpi. hec ille. Vñ cū hec rō q̄ apud. s.
Tho. eſt inuicta/ nō fundet niſi ſup hoc q de ratio/
ne meriti eſt q tēpore pcedat premiū vt mot⁹ ter/
minum. pꝫ q ſꝫ euꝫ nō ſufficiat meritū pcedere ter
minum natura tñ. ſꝫ ēt tempore. Patet ergo q to
tum fundamētuꝫ reſpōſionū ⁊ ipſius opinionis/ fal/
ſum eſt ⁊ cōtra ſanctum Tho. expreſſe. ¶Preterea 3ª.
modus hic reſpondēdi puertit expreſſiſſime claruꝫ
ſenſum dictorum ſancti Tho. puta huius dicti. Nul
lus meret qḋ iā habet. ⁊ ſimiliter huius. Ei qḋ ē in
termino/ nō contingit moueri ſed mutatuꝫ eſſe. ⁊ ſi/
milium de qbus ſupra. puertit inquā interpretādo
illa de ſimultate vel nō ſimultate/ prioritate vel nō
prioritate nature tñ. Neqꝫ.n. ea que ſunt ſimul tē/
pore/ etiam ſi vnū ſit altero prius natura/ dicunt ab
ſolute nō ſimul. Nō.n. diceret quis nō duꝫ habere ri
ſibilitatem cū primo habet humanitatē/ eo q prius
natura humanitatē habeat. ⁊ ſic de aliis. ¶Sꝫ ⁊ ſe/ Impugnatio 2e reſpōſionis pª.
cundus reſpondēdi mod⁹ magis. s. Tho. aduerſat/
vt pote nō tñ ſm ſenſum claruꝫ/ ſꝫ etiā ſm ipſa ver
ba. Cuꝫ enim dicitur q angeli in 2º inſtāti mouēt
in termino/ nō ne expreſſe ponit q eū qui eſt in ter
mino/ vt in termino vie eſt cōtingit moueri? Hui⁹
oppoſitum ēt verbalr ex. s. Tho. ſupra deductū eſt.
Opponitur ēt hoc opinātis dictū ei qḋ ſanctus Th.
affert vꝫ q mereri nō ſit niſi eius quod mouet in fi/
nem. aut qḋ meritū habet rationem vie. que tñ oīa
s. Tho. expreſſe habet/ dicēs hec eſſe de ratione ſuat
⁊ pſequenter cōpetunt omni merito proprie dicto.
Quomodo ergo poterit quis mereri vt in termino
vie? Implicat ergo cōtradictionē diſtinctio illa me
riti vt in via ⁊ vt in termino/ cum ipſaꝫ meriti ra/
tionem tollat. ¶Qḋ vero adducunt ex. s. Tho. in 2ª.
d. quodlibet. et in 2º vbi ſupra. nō iuuat. quia ſm q
ipſemet. s. Tho. vtrobiqꝫ fatet/ pꝫ q nō loquit ſm
propriam



propriam opinionē. Sꝫ ſm vnā eorū viam qui po/
nebāt angelos nō fuiſſe creatos in gratia: ⁊ dicit eā
eſſe pbabiliorē ceteris vijs eorūdeꝫ. ⁊ rōnē aſſignat
maioris pbabilitatis/ non autem veritatis/ aut ad
cōcluſionē verā. quū fateat ibi q hāc viam ipſe nō
ſequit. quā vtiqꝫ ſe ſequi dixiſſet ſi putaſſet veram.
Ad falſaꝫ autē cōcluſionē cū nō pcedatur ex oībus
veris/ arguēdi forma ſeruata/ opꝫ de neceſſitate fa/
teri q. s. Tho. in pbatione talis poſitionis quā ipſe
nō putat verā/ extimet ſe aſſumere aliqua falſa/ ſꝫ
probabilia/ ⁊ ob hoc cōuenientia ad oſtēdendā pro
babilitatē poſitionis. qḋ erat intētuꝫ eius. vt patet
ibi. Et ſicut diceret q ſupponit hoc vt falſuꝫ q non
ſint creati in gratia/ ita cēſeri pōt q ſupponat alia
que in ſe falſa ſint ſꝫ ab opinātibus reputent vera.
ſicut ē hoc q in 2º inſtāti fuerint beati. Quid.n. ad
hoc cogit/ cū expreſſe cognoſcat 2ᵐ inſtans ad viam
pertinere/ eo q in eo potuerint oēs peccare ⁊ de fa/
cto quidā peccauerūt/ beatitudinē autē nō habue/
runt angeli niſi in termino vie? Noluit autē in ſen/
tentijs aperire oēs falſitates que quaſi veritates co
muniter ⁊ a magnis credebāt/ vt ſeniorū honori ſal
ua fide iuuenis deferret. Similr quodlibeta coram
multitudine diſputabāt. Vñ nō erat pueniēs vt tūc
etiā doctorꝫ facies corā cōfunderet. ſꝫ potius q pro
bans probabilitatē poſitionis/ argumenta ēt diſſol/
ueret que illā viderent auferre. Senior autē factus
in loco abſolute ⁊ pfecte determinationis hoc eſt in
ſumma docet eē impoſſibile q angeli ſimul potue/
rint mereri/ ⁊ eſſe beati. Sic.n. ait predicta q.62.
ar.4º. Si angelus gratiā nō habuit anqꝫ eſſet bea/
tus. (ſed ſupple ſolū in inſtāti eā habuit cū pº fuit
beatus) opꝫ dicere q beatitudinē abſqꝫ merito ha/
buit ſicut nos gratiaꝫ. hec ille. Huius cōditionalis
antecedēs cū oppoſito cōſequentis tenuit illa opi/
nio/ dicēs q nō habuit abſqꝫ merito/ ſed cū merito
qḋ fuit cū ipſa beatitudine ſimul tempore ſꝫ prius
natura. ¶Reſpōdet ergo ad pſuaſionē illā. s. Tho.
p opinione pbabili nō ſua ſꝫ aliorꝫ/ q falſum eſt pri
mo q meritū nō ſe habeat ſic motus ad terminū/ ⁊
ſicut via ad fineꝫ. Via autē hec ⁊ motus importat
quedā continuitatē habētia/ ⁊ tpe meſurata ſi pro/
2ª. prie ſumant. ¶Falſuꝫ eſt ēt q ſe habeāt ſicut fieri
⁊ factum eſſe in inſtantaneis mutationib⁹. vt ſupra
dictū eſt: ſꝫ fieri beatitudinis hoc eſt beatificari ē ſi/
mul cū hoc qḋ eſt beatuꝫ eſſe. Nō ſic aūt ſe habet ad
beatitudine mereri/ ſꝫ poti⁹ ſicut moueri localr ad
illuminatū eſſe/ qḋ eſt ipſius mot⁹ localis termin⁹:
⁊ ſicut eſſe geniti ad preuiā alterationē. Sunt enim
extrinſeci termini nō intrinſeci taliū motuū. ⁊ ideo
nō poſſunt eſſe in eodē inſtāti ēt ſi talis motus pre/
uius eēt p impoſſibile inſtātaneus. ſꝫ motus pcedit
inſtās termini. Vñ patet q operatio meritoria an/
4ª. geli ēt ſi ſit in inſtāti/ tēpore pcedit eſſe beatū. ¶Et
ſm hoc ſoluit etiā ratio in 2º ſententiarū inducta ad
eandē poſitionē vt pbabilē oſtendendā. Vltima qp
pe diſpoſitio q̄ eſt neceſſitās/ ſi ſit intrinſeca termi/
no/ ſimul tēpore eſt cū eo. nō ſolū in pº inſtanti eſſe
ipſius termini/ ſꝫ etiā in alijs ſequētibus/ licet vt cō
ſequens vel cōcomitās eſſe termini. vt pꝫ in altera/
tionibus terminatis ad eē alteratū ⁊c. Vt vero eſt
extrinſeca ab ipſo termino/ inquātū. ſ. pcedens mo/
tus eſt ad terminū extrinſecū: nō eſt ſimul cū termi/
no illo talis vltima diſpoſitio: ſꝫ pᵐ eſſe termini/ eſt
primū nō eſſe talis diſpoſitionis: ⁊ eſt in tēpore vel
in inſtāti precedēti. In pposito igit/ meritū angelo/
rum in 2º inſtāti fuit vltima diſpoſitio ad pſequen/
dā beatitudinē/ ⁊ fuit ſimul cū termino intrinſeco
vie angelorū qui terminus fuit in ipſo 2º inſtanti
vltima pfectio meriti: nō autē cū termino extrinſe/
co qui fuit beatitudo in inſtāti ſequēti qḋ eſt nunc
eternitatis participare. Alioquin ſi idem actus po
teſt habere rōneꝫ diſpoſitionis ⁊ meriti ⁊ pmij/ qs
phibebit dicere q in pº inſtāti omnia hec habuerit
angeli ſi pprie tunc ⁊ pfecte meruerūt? Cur ēt non
poterit dici q via angelorū duret tñ p inſtans/ in
quo tñ diuerſa ſm prius ⁊ poſterius cōcepta ſint ſi/
gna nature? Et ſi dicat q ad hoc ſequit incōueniēs
q vꝫ nullus peccauerit. iā opponet q abſolute cū
indicet poſſibile/ ſi negat factuꝫ pper inconueniēs
inductū. pariter idē opinari factū in 2º inſtanti cū
ſequāt incōueniētia inequalitatis vie/ remotionis
pprie dicte diſtātie durationis meriti ad premiū/
⁊ huiuſmodi. nō eſt admittendū. Sic ergo patet q
pdicti modi reſpōdendi quibus adeo Caie. innitit
vt dicat hunc modū dicēdi ſuuꝫ/ eſſe vltimā reſolu/
tionē/ friuoli ſunt. ⁊ doctrine. s. Tho. quā tñ ſe per
eos declarare putat/ apertiſſime aduerſantur. Vn/
de ratio ſtat inuicta.

## Ad eandem cōcluſionem ratio ſecunda inducitur: tertia quoq; producta defenditur. Cap. IIII.

Secundo ſic ad eandē cōcluſioneꝫ arguit. 2º principalit.
Si angeli in 2º inſtāti meruerūt
ſimul et bti fuerūt/ opꝫ q idē fuerit actus quo me
rebant ⁊ fruebant. vt pcedunt ēt opinātes. Cū ergo
iſtantia numerent in angelis ſm ſucceſſionē opera/
tionū in eis. manēte eadē opatione cuius 2ᵐ inſtās
erat mēſura/ maneat ⁊ ipſa mēſura neceſſe eſt. Ma
net autē et nūc actus idē beatificus/ quo a princi/
pio angeli fuerunt beati. Ergo ⁊ nunc ēt ſunt ange
li in ſecundo illo inſtanti. Ergo nunc etiā in eo me
rentur vitam eternam. quod tamen nullus Theo/
logorum affirmaret. Cōtra cōeꝫ ergo ſenſum Theo/
logorū opinionē hāc militare conuincitur. que pre/
poſite aduerſatur cōcluſioni. ¶Preterea Nullus 3º.
beat⁹ poteſt aliquo modo mereri/ niſi ſimul ſit via
tor ⁊ cōprehenſor vt xps. Sꝫ angelus nunqꝫ fuit ſi/
mul viator ⁊ comprehenſor. ſed ſolus xps fuit ſimul
vtrunqꝫ. ergo ⁊c. Hāc rōnem quo ad ſingulas ppo/
ſitiones ponit. s. Tho. pª.q.62.ar.9º.3ᵐ. ¶Sed ad Reſponſio.
hanc (vt p parte ſupra tactuꝫ eſt) reſpondet q ma/
ior eſt vera de viatore p viā q̄ nō eſt terminus/ ſecus
de viatore p viā q̄ eſt etiā terminus/ ſeu qui dicitur
viator per hoc q eſt in termino vie: quo ſolo modo
(inquiunt) fuerūt angeli boni ſimul viatores ⁊ cō/
prehenſores in 2º inſtanti. ¶Sꝫ cōtra iſtā reſpōſio/ Impugnatio.
nem arguit. pº. qꝛ videt apertā implicare cōtradi/
ctioneꝫ q qs dicat eſſe viator ab ipſo termino vie.
Viator.n. a via dicit/ vt pfert ⁊ nomē ipſum. Ta/
lis autē terminus vie/ ſi etiā ponat itrinſecus/ ipſa
via nō eſt. Sed eo ſunt oppoſita quo p ipſaꝫ viā fit
motus ad terminuꝫ/ qui mot⁹ nō eſt niſi de oppoſi/
to in oppoſitum. 5º Ph. Licet auteꝫ ibi Philoſo/

ꝑhus loquaͬ de motu phiᶜᵒ⁊ verificatur tñ illius verbum in oī eo qd̄ per modū motus significaͬ. Sicut ⁊ ipſa quoq₃ via et eiuſdē terminus/ ſ₃ in phiᶜⁱˢ inueniaͬ propꝛietraſummunͬ tñ ad ſpirituales et operationes ſibi inuicem ſuccedētes. vt in ꝓpoſito. Eternitas aūt ſeu nūc eternitatis eſt menſura termini extrinſeci huius vie qui terminus eſt ipſa beatitudo: ⁊ ipſū nūc eternitatis participare eſt terminus extrinſecus durationis eiuſdem vie. ergo ⁊c.

2ª. ¶ Secundo cōtra eandē reſponſionem ſic arguitur. q̄ iſta reſpōſio totalr̄ maiorē illā .s. Tho. tollit/ non gloſat. Neq₃ .n. xp̄s fuit ſimul cōpꝛehenſoꝛ ⁊ viatoꝛ ſicut in termino vie exiſtēs. ſ₃ ſicut in via reſpectu eoꝝ quoꝝ ratione viatoꝛ erat. rōne (inqua₃) glorie corporis/ ⁊ omnimode impaſſibilitatis anime: ⁊ huiuſmodi q̄ adhuc nō habebat ad ſuam perfectā beatitudinē ptinētia. Dicit autē ſimpl'r illa pª ſancti Tho. ꝓpoſitio ꝙ nullus beatus poteſt mereri niſi ſimul ſit viatoꝛ ⁊ cōpꝛehenſoꝛ vt xp̄s. Huic autē repugnat ꝙ aliquis mereaͬ in termino vie: cū in eo non ſit vltra viatoꝛ. vt dictum eſt.

## Quarta ratio pro veritate concluſionis inducitur: & defenſata præualet. Cap. V.

4ª. **Quarto** ſic principalr̄ ad eandē cōcluſionē arguiͬ. Quū in pº inſtanti non potuerint angeli peccare/ ſ₃ omnes potius beatitudinem meruerint. vt ſupꝛa dictum eſt. neceſſe eſt dicere ꝙ quecunq₃ ſunt eis gratis a deo data prius natura q̄₃ aliquis eoꝝ peccaret/ pariter omnibus data ſint. Neq₃ .n. diſcreuit deꝰ īter angelos ante peccatū: alioquin vltoꝛ ipſe prius fuiſſet q̄₃ angelus peccatoꝛ. qd̄ deo nō ꝯuenire docēt ſancti doctoꝛes Auguſtino auctoꝛe. Vera eſt autē iſta ſententia nō ſolū de pꝛioꝛitate tēpoꝛis de qua principalr̄ intēdunt doctoꝛes/ verum etiā de pꝛioꝛitate nature ꝑ eandē rationē. Gratia aūt in 2º inſtanti prius natura erat in bonis q̄₃ actꝰ li. ar. Gratia nāq₃ tā vie q̄₃ patrie eſt pꝛimo ꝑfectio eſſentie/ ⁊ in hoc diſtinguiͬ a virtute q̄ eſt pꝛimo ꝑfectio potētie. vt habes a .s. Tho. 1ᵃ2ᵉ. q. 11. ar. 4. ſ₃ alii minus penetrantes/ hec ab inuicem nō diſtinguūt. Sic̄ ergo eſſentia eſt pꝛioꝛ q̄₃ potentia/ ita ꝑfectio eſſentie q̄₃ ꝑfectio potētie. ⁊ multo magis q̄₃ actus eius qui eſt ea poſterioꝛ/ ſaltē natura. Ergo etiā in his angelis qui peccauerunt ipſa gratia quā habuerūt in pꝛimo/ ꝑuenit ſm̄ pꝛioꝛitatem nature in 2º/ actum peccati. Et pari ratione ſi bonis data eſt gratia conſumata qua facti ſunt beati in ipſo 2º inſtāti/ prius natura dedit eā q̄₃ habuerint actū liberi arbitrii quo ipſam meruerint/ ſi in eodem inſtanti etiam meruerūt. vt putat opinans. Ergo et his qui poſtmodum mali fuerunt data fuit in ſcd̄o inſtāti gratia conſummata prius q̄₃ pꝛoꝛuperint in actum li. ar. in eodē 2º inſtāti. Hec eſt autē differentia inter gratiā gratū faciētē que eſt gratia pure vie/ ⁊ gratiam cōſummatā q̄ eſt gratia patrie/ ꝙ pª poteſt tolli ꝑ ſequens peccatū: gratia vero cōſummata nō poteſt tolli ꝑ quodcunq₃ ſequēs opus cū cōfirmet in bono/ ⁊ neceſſario rectificet oīa opa gratia₃ hanc habētis. Nō potuiſſent ergo neq₃ boni angeli neq₃ mali in ipſo 2º inſtāti peccare. qd̄ eſt hereticū. Ergo pariͬ hereſi₃ claudit angelos bonos in termino vie fuiſſe in 2º inſtāti/ ⁊ eoſdē fuiſſe pariter in eo beatitudinē aſſequutos.

Reſponſio. ¶ Sed foꝛte reſpōdebitur pº ꝙ cū inſtātia angelica menſuram impoꝛtēt indiuiſibiliu₃ actionū angeloꝝ/ 2ᵐ ipſu₃ inſtās inchoaͬ ab ac. li. ar. quo ſibi fine₃ pꝛeſtituerunt bene vel male. Et ꝓpterea gratia q̄ intelligiͬ eſſe prius natura perficiēs eos/ vt ſic ad tale inſtans nō ſpectat/ ſ₃ potius vt eſt ſimul cū eodē actu/ etiam ſimultate nature. Pꝛioꝛ aūt eſt ſolū ꝑut ſpectat ad pᵐ inſtās ⁊ cōſequenter vt eſt gr̄a vie. Unde ex hac pꝛioꝛitate nō poteſt inferri pꝛioꝛitas etiā ſm̄ naturam gratie ꝯſummate in 2º inſtāti reſpectu actus liberi arbitrii/ vt rō inferebat.

2ª. ¶ Secundo reſpōderi etiā pōt ꝙ gratia cōſummata cū ſit ipſa beatitudo que ſub merito cadit in 2º inſtanti ſ₃ opinionē/ ſequiͬ potius actum meritoꝛiu₃ li. ar. q̄₃ pꝛecedat. Meritū .n. ꝑcedit ipſu₃ ꝑmiū/ non ecōtra. Et ſic ex opinione nō poteſt inferri qnin aliqui angeli in 2º inſtāti peccauerint/ ⁊ cōſequenter beatitudinē non meruerint aut obtinuerint.

Impugnatio pᵉ reſponſionis. ¶ S₃ iſte reſponſiones nō infringunt vi₃ rationis. Et pꝛima quidē nō procedit ſ₃ magis ꝓualere videͬ ſi cōcludiͬ ꝑ hoc argumētum ꝙ gratia cōſūmata data ſit bonis in pꝛimo inſtanti Nō eſt neceſſe cōcludere. Na₃ principium vt res eſt prius natura q̄₃ principiatū in rebus creatis. S₃ gratia ꝑ reſpōſionē/ eſt principiu₃ actus meritoꝛii. ergo eſt prius natura q̄₃ talis actus inquantu₃ meritoꝛius eſt. Et cū ſit pꝛioꝛ ſm̄ rōne₃ pꝛopꝛia₃ vt actus primꝰ ꝑficiens potētiā ⁊ eſſentiā operātis/ op₃ ꝙ ſicut potētia et magis eſſentia pꝛecedit actū ſuu₃ ſ. n ordinē nature/ ꝙ ꝑfectio tā potētie q̄₃ eſſentie ſit etiā pꝛioꝛ. q̄ ꝑfectio vt ſic/ eſt ſimul natura cū ſuo perfectibili vt ſic. Unde ſi cōcluditur ꝑ argumētum ꝙ rōne huius pꝛioꝛitatis ptineat ad pᵐ inſtās: iā cōcludeͬ ꝙ ea₃ etiā mali habuerint in pꝛimo inſtanti: ⁊ ſic prius ſ₃ naturā fuit gratia cōſūmata in angelis et malis: q̄ pꝛioꝛitas ſi faciat ea₃ ptinere ad pᵐ inſtās. iā omnes in pꝛimo inſtāti fuiſſent beati. ⁊ cōſequenter nullus peccare potuiſſet in 2º. qd̄ eſt hereticū. P₃ autē vltima conſequētia. q̄ gratia cōſumata ꝑ peccatū tolli nō poteſt. ¶ Preterea dicere cōtra reſpōſionē arguiͬ q̄ principiū nō inquantum res eſt/ ſ₃ inquantū principiū/ ſimul natura eſt cu₃ ſuo principato: cū ſint relatiua q̄ ſunt ſimul natura. S₃ gratia ꝯſumata ꝑ opinionē eſt principium actus meritoꝛij in bonis in 2º inſtāti. ergo inquātū principiū/ ptinet in eis ad 2ᵐ inſtans. ſicut ⁊ actus meritoꝛius. Cu₃ etiā inquātu₃ eſt ꝑfectio potentie ⁊ eſſentie ſit in eis prinᵐ actus meritoꝛii vt meritorius eſt/ ſicut potētia et eſſentia eſt prinᵐ eius quātum ad ſubſtātia₃. ſequiͬ ꝙ inquantū eſt ꝑfectio eſſentie ⁊ potētie ſit et in eodē inſtāti 2º. Et cū ſb hac ratione ſit prius natura q̄₃ actus meritoꝛius/ prius natura erit in eis in ipſo 2º inſtanti: ita ꝙ illa pꝛioꝛitas etiā pertinebit ad 2ᵐ inſtans/ cōtra reſponſionē. ⁊ ita ꝓualet efficacia rōnis.

Impugnatio 2ᵉ reſponſionis. ¶ Scd̄a quoq₃ reſpōſio nō pꝛocedit ſtāte poſitione. q̄ gratia illa conſumata que eſt principiū beatitudinis vt ꝑfecta/ eſt principiū merendi vt imperfecta ſeu inquantū terminus imperfecte/ ſm̄ poſitionē. Cū ergo principiū vt res/ ſit prius principato ſalte₃ ſm̄ naturā/ erit eadē pꝛioꝛitate pꝛioꝛ vt terminus imꝑfecte ⁊ vt principiū merēdi q̄₃ actus meritoꝛius bonoꝝ angeloꝝ in ſcd̄o inſtanti. ⁊ non ſolū vt meritoꝛius eſt/ ſm̄ vt actus eſt/ per eandem rationē qua paulo ante pꝛobatum eſt gratiam imperfectam eſſe pꝛioꝛem. q̄ eſt pꝛioꝛ vt perfectio potentie ⁊ eſſentie. ⁊ ſic non cadit ſub merito ſed eſt eius pꝛincipiū: ⁊ conſequenter ꝙ gratis detur a deo/ concedat opinans neceſſe eſt. Ergo nō magis vni q̄₃ alteri. vt ratio deducebat. cōuincens ex hoc cōſequente ꝙ nullus angelus in ſecundo inſtanti peccare potuiſſet. Quod cum ſit hereticū/ pariter vt hereſim ſapiat ipſa poſitio neceſſe eſt. Haec autem ratio (quam efficaciſſimam puto) magis militat contra Ferrarienſe₃/ tenente₃ bonos in ſecundo inſtanti fuiſſe ſimpliciter beatos ⁊ nullatenus in eo meruiſſe/ ſed ſolum in pꝛimo. vt .ſ. cōtra eum arguendo in articulo 3º ſerioſe deduximus.

## Quinta ratio vt firmior demum appareat, duplici reſponſione refellitur. Capitulum. VI.

5ª principaliter. **Quinto** pꝛobatur ſic eadem concluſio. Nullus poteſt mereri beatitudine₃ niſi cuius actus meritoꝛius eſt infoꝛmatus gratia gratū faciente. iuxta illud. Gratia dei .i. per gratiam dei. vita eterna. ⁊ eſt confeſſum. Sed nullus actus beatoꝛum eſt talis. ergo non poterūt angeli boni ſimul in ſecundo inſtanti mereri ⁊ eſſe beati. Minoꝛ pꝛobatur. Nullus enim vnus ⁊ idem actus poteſt ſimul infoꝛmari gratia imperfecta ⁊ gratia conſummata. Sed ad hoc ꝙ actus ſit meritoꝛius neceſſario infoꝛmatur gratia imperfecta: quia non niſi gratia vie/ que dicitur gratum faciens/ ⁊ eſt imperfecta reſpectu gratie patrie que diciͬ gratia cōſummata que eſt ipſa gloꝛia. Ergo non poteſt actus ille meritoꝛius infoꝛmari pꝛo tunc iſta etiā gratia perfecta qua infoꝛmatur actus beatificus. Cum ergo vnicus fuerit actus angeloꝛum bonoꝛum in ſecundo inſtanti quo per conuerſionem mouebantur in deum/ non potuerunt ſimul illo mereri beatitudinē ⁊ eſſe beati. Hāc rōnē foꝛmat .s. Tho. pª q. 62. ar. 4. c./ ⁊ ar. 5. ad 2ᵐ.

Reſponſio pª. ¶ Sed iſta ratio multas ⁊ magnas patitur difficultates. Et pꝛimo quidem abſolute nō videtur firma. cum eā ipſemet ſanctus Tho. ſoluat in dicto quodlibet. 9º. ar. 8. declarans ꝙ gratia vie pure non poteſt ſimul eſſe cum gratia beatoꝛum: ſed gratia vt in termino vie/ poteſt ſimul eſſe cum ea. ⁊ eodem modo meritum vt in termino poteſt ſimul eſſe cū pꝛemio. Unde dicitur ibi ꝙ licet gratia imperfecta/ non poſſint eſſe ſimul in eodem terminus tamen ipſius gratie imperfecte ⁊ gratia perfecta poſſunt eſſe ſimul. Et per hanc diſtinctionem ſoluit argumenta illius articuli quoꝛum vnum eſt pꝛedicta ratio. vt ex hoc inſinuetur (inquit Caietanus) ꝙ iſta eſt doctrina ſua. Neq₃ enim conſueuit ſoluere argumēta alicuius articuli niſi cōfoꝛmiter ad ſuam doctrinā. Unde patet (inquit) ꝙ .s. Tho. non eſt ſibiipſi contrarius in pꝛima parte ⁊ in dicto qd̄libet. q̄ in pꝛima parte intendit de gratia ſic imperfecta ꝙ nō eſt terminus imperfectionis/ ſed eſt foꝛmaliter ⁊ in ſe imperfecta. qualis eſt gratia gratum faciens reſpectu gratie conſummate. In quodlibet. autem intendit de gratia que licet in ſe perfecta ſit/ diciͬ tamen imperfecta quia eſt terminus gratie imperfecte.

Confirmatio. ¶ Et confirmatur reſponſio etiam per ſanctū Tho. propterea ꝙ etiam ſm̄ eum/ idem actus dicitur et eſt imperfectus per reſpectum ad vnū/ ⁊ perfectus per reſpectum ad aliud. Actus enim conuerſionis peccatoꝛis ad deum per contritionem/ ſi conſideretur vt eſt a libe. arbi. facientis quod in ſe eſt ⁊c. imperfectus eſt/ ⁊ eſt ſolum pꝛeparatio ad gratiam: nō autem meritoꝛius gloꝛie. Si vero comparetͬ ad gratiam qua in eodem inſtanti perfunditur anima ⁊ actus infoꝛmatur/ eſt perfectus ⁊ meritoꝛius gloꝛie. Sic in pꝛopoſito currit eodē paſſu. Et hoc docet .s. Tho. in 2º d. 5. q. 2. ar. 1. Ex quo poſtea doctrinā pꝛemiſſam de merito ⁊ pꝛemio angeloꝛum iuxta determinationem factam in quodlibet. infert etiam ibi in ſecundo articulo. Unde patet (inquit) ꝙ ſanctꝰ Tho. eſt ſibiipſi quo ad hoc conſonans. In hoc tamē vult (pꝛo ſua gratia) ſanctum Thomam non eadē ſentire vtrobiq₃. q̄ (inqͬt) in .d. qd̄libet putauit veram opinionem dicentem vnum tantūmodo fuiſſe actum meritoꝛium/ illū (inquam) qui vt in termino fuit. ⁊ nullum pꝛeceſſiſſe meritoꝛiū vt in via. quā tamen opinionem in ſumma (inquit) reputauit falſam. dum in .q. 62. ar. 5. ⁊ ar. 9. ad pᵐ. Uoluit meritum pꝛecedere duratione terminum. Nec hoc eſt (inquit) mirum conſideranti ꝙ continue intellectus ſtudioſus perficitur. Tota tamen (inquit) doctrina illius quodlibet vera eſt/ ⁊ neceſſaria ad doctrinam in ſumma. ⁊ ideo ſic eam diligenter ſanctꝰ Tho. pꝛoſequutus eſt. vt ſm̄ eam argumenta diſſolueret. quia videbat ſuam opinionem in ſumma egere illa doctrina.

Reſponſio 2ª. ¶ Secundo patitur difficultatem pꝛedicta ratio. quia cu₃ chꝛiſtus fuerit ſimul viatoꝛ ⁊ compꝛehenſoꝛ/ neceſſarium videtur alterum duoꝛum dicere. aut vi₃ ꝙ in eo gratia cōſummata ſimul infoꝛmaret actum quo mereretur ⁊ frueretur: ⁊ hoc euellit omne rationis pꝛemiſſe robur que contrarium aſſummit/ pꝛo fundamento habens ꝙ hoc ſit impoſſibile factu. vel ꝙ in eo fuerit duplex gratia vi₃ gratum faciens/ imperfecta per comparationē ad alia₃ que eſſet in eo gratia conſummata. Quod licet videatur nouum in via .s. Tho. eo ꝙ vbicūq₃ loquitur de gratia chꝛiſti/ ſemper vnicam introducit/ ⁊ illa₃ infinite perfectionis in genere gratie. Si tamen concedatur/ non videtur pꝛeter rationē poſſe pariter concedi ꝙ ⁊ duplex fuerit eodē modo gratia in angelis bonis pꝛo ſecundo inſtanti/ quarum vna mereri poſſent. altera vero deo frui ⁊ eſſe beati. Et ſic falſum erit quod aſſummit ratio/ nullum inquam vnicum actum poſſe ſimul infoꝛmari gratia perfecta qua fiat beatificus/ ⁊ gratia imperfecta qua ſit meritoꝛius.

## Primæ reſponſionis ad quintam rationem inductam, multiplex impugnatio. Capitulum. VII.

Impugnatio pͤme reſpōſionis. Pª. **Sed** adhuc pꝛedictis non obſtantibus rationē pꝛefatam habere firmitatem ſuam oſtendemus. Et pꝛima quidem reſponſio multa falſa pꝛoponit/ ⁊ quedam ſibiinuicem repugnantia. Nonnulla quoq₃ .s. Thome imponit que non tenet. Auferre nititur ab eius doctrina contradictione₃ que

in ea non eſt. Aliam etiam eidem imponit que mi/
nus inuenitur in dictis ſuis. Ex qua reſponſione ſe/
quitur etiam ꝙ. s. Tho. in ſumma fuerit valde trun
cHus ⁊ diminutus. quod incõuenit de eo aſſerere vel
etiam ſuſpicari. Ut autẽ hec omnia serioſe pro ho/
nore ſancti Tho. ⁊ veritatis dilucidatione manife/
ſtentur/ſimul ac omnis elidatur falſitas infeſta tam
rationi ꝓdicte q̃ȝ principali cõcluſioni. conſiderãda
eſt primo intentio. s. Tho. in illo qolibet. ⁊ in 2° ſen
tentiarum loco allegato. Ut enim ſupra dictum eſt.
ex verbis eius vtrobiqȝ patet ꝙ ipſe non fuit illius
opinionis/quam predictis declarationibus proſe/
quitur/tametſi contra eam argumenta facta diſſol/
uat. Dicit enim in principio corporis illius ſecũdi
articuli 2° ſententiarum. Suſtinendo angelos in
gratia fuiſſe creatos/planũ eſt ad hoc rñdere (an vȝ
meritũ in eis ꝓceſſerit duratiõe terminũ) q̄ꝛ ſic cer/
tiſſime meritũ preceſſit premiũ. Hec ille. Ipſum aũt
tenere ꝙ angeli ſint in gratia creati/nullus Thomi
ſta dubitat. Et cũ abſolute loquat̃ de ꝓceſſione ⁊ me
rito/videt̃ ꝙ non intendat de ſolo merito habito in
primo inſtanti/ſed ẽt in 2° cuȝ ꝓſertim ex eius etiã
doctrina ſupra probatũ ſit meritũ primi inſtãtis im
perfectũ fuiſſe. Uel ex ſua opinione non põt inferri
ꝙ meritũ non ꝓceſſerit premiũ duratiõe. Licet hoc
ſequat̃ ex opinione quã licet vt probabilẽ defendat
non tñ niſi ſuppoſitis duobus a ſe falſis reputatis vȝ
ꝙ angeli nõ ſint creati in grã/⁊ ꝙ in 2° inſtãti fue/
rint beati. que ſuppoſita ex ei⁹ doctrina quã in ſum
ma proſequit̃/⁊ nullibi negat/falſa eſſe. s̃. probatuȝ
eſt in defenſione prime rõnis. Idem in ſñia dicit in
predicto qolȝ. ſic inquiẽs. Quidã dicunt oẽs ange/
los fuiſſe in gratia cõditos. ⁊ in ea quidã perſeuera
uerunt/⁊ ſic beatitudinẽ meruerunt. Alij vero con/
tra eam agẽtes facti ſunt miſeri. Et hec opinio nihil
difficultatis habet. Unde ꝓceteris mihi magis pla/
cet. Hec ille. In quo manifeſtat expſſe ꝙ ſua ſic hec
opinio/quam ⁊ in ſumma declarat atqȝ confirmat.
Quicquid igit̃ vtrobiqȝ dicit ſm alias opiniones/
⁊ ꝓſertim in. d. qolibet de gratia vt in via ⁊ vt ĩ ter
mino: pfecta vel impfecta: vt principio meriti vel
premij. totũ ex alieno/⁊ nullaten⁹ ex ſuo placito do/
cet. Multa. n. defendi pñt ſuppoſitis falſitatibus et
ad hominẽ/que abſolute falſiſſima ſunt. Nullus er/
go Thomiſta dȝ illis inniti. Quũ igitur. s. Tho. fir/
miſſime teneat ⁊ ſequat̃ opinionem illaȝ eſſe veram
quã planam ⁊ nullã continere difficultatẽ affirmat
in ꝓdictis locis/⁊ pñr quãlibet aliam ab hac deuian
tem teneat eſſe falſam. Deuiet aũt ab ea non ſolũ il/
la que tenet angelos in grã non fuiſſe creatos/verũ/
etiã ea que tenet angeloruȝ meritum non preceſſiſſe
tpe premium/vel ſaltem hoc ſm illam non ponatur
ibi/imo (vt alibi probat ⁊. s̃. deductũ eſt) eius doctri
ne apertiſſime aduerſet̃/quo Caietanus audet effa/
ri/ꝙ. s. Tho. in. d. qolibet/⁊ 2° ſñiarũ loco allegato
contraria ſenſerit his q̃ ſentit in ſumma/ꝙ vȝ ange
lorum meritũ preceſſerit vel nõ preceſſerit tpe pre/
miuȝ ⁊ non tm̃ natura? Immo ex opinione quã ſibi
magis placere ſctũs Tho. in ꝓdictis locis affirmat
expugnat̃ illa/quã ad aliorũ ſenſum ſuppoſitis mul
tis falſitatibus (vt dixi) probabilr̃ tantuȝ defendit.
Nam in. d. qolibet dicit opinionẽ quam ſequit̃ affir
mare ꝙ in gratia creati angeli/pſeuerauerunt ĩ ea
etiã in 2° inſtanti. Fuerunt aũt creati in grã non p/
fecta ⁊ conſummata/ſed in grã gratum faciente q̃
eſt ſolũ meriti/non aũt premij principiuȝ. Ergo ſm
euȝ eandẽ habuerũt ⁊ in 2° boni. Si ergo habuerũt
in eo etiã gratiã conſummatã/ſimul fuerũt he gra/
tie in eiſdẽ. qd̃ eſt contra. s. Tho. in ſumma. Sequit̃
etiã ꝙ gratia cõſummata nõ fuit pfecta ſimul ⁊ im/
perfecta. principiũ meriti vt terminus imperfecte/
⁊ premij vt pfecta. que tñ vt vera ⁊ de intẽtione ſcti
Thome eſſe Caietanus nitit̃ ſuadere. ¶ Cõtra quod 2.
etiã occcurrit ꝙ ſi gratia cõſummata põt vt termi
nus imperfecte principium eſſe meriti in termino
vie/multomagis hoc poterit grã gratũ faciẽs in eo/
dem termino. cũ ſuapte natura ſit iſta merẽdi prin/
cipium/non illa. Et ſic anime que fuerant in limbo
patrum/ille etiam que ſunt aut fuerũt in purgato/
rio pro ſtatu illo potuiſſent mereri. Erant eniȝ ⁊ ille
in termino ſue vie/eo ꝙ ſuus talis ſtatus menſura/
batur nunc eui qd̃ eſt indiuiſibile: ⁊ ſic fuere ſemper
pro illo ſuo ſtatu in indiuiſibili ſuo termino. Conſe/
quens tamen erroneũ eſt. ¶ Contra predictã adhuc 3.
poſitionẽ eſt. s. Thome doctrina. pᵃ q. 62. ar. 4°. c./
⁊ ar. 5. ad 2ᵐ. vt. s̃. dictuȝ eſt. vbi dicit ꝙ non potuit
ſimul eſſe in angelo actus meritorius btĩtudinis et
actus beatitudinis qui eſt fruitio: q̄ꝛ vnus eſt gratie
imperfecte/⁊ alius gratie cõſummate. Hec ille. En
ecce quo ex rõne diſtinctionis gratiarũ ſm perfectũ
⁊ imperfectũ ĩfert impoſſibilitatẽ ſimultatis actus
btĩfici cuȝ actu meritorio. Siue igit̃ aſſerãtur in eo/
deȝ eſſe diſtincte/qd̃ tamen eſſe impoſſibile predicta
preferunt. s. Tho. verba. ſiue vnica/duarum tamen
rationes admittens/nõ poterit conſequens poſſibi/
litatem habere quã ille rationes excludunt. Patet
igitur ꝙ edirecto doctrina iſta repugnat opinioni
quã ſuppoſitis multis falſitatibus defendit in dicto
qolibet. ¶ Unde pȝ vanitas loquutionis Caietani 4.
dicentis primo ꝙ tota doctrina illius qolibet. vera
eſt. Sequeret̃ enim ex hac ſua loquutione ꝙ cõtra/
dictoria verificarent̃/cuȝ opiniones ille varie in di
cto qolibet recitate/ſm contradictionẽ opponant̃.
vt patet diſcurrendo. Qȝ ſi intendat de tota doctri/
na non quidẽ totius qolibet illius/ſed extreme per
eum declarate opinionis/eum adhuc falſa ⁊ contra
ſancti Thome intentionem loqui declaratum eſt.
Nec ſolutiones argumentorum ad intentionem il/
lius opinionis/indicat eum idem ſenſiſſe qd̃ ſentit
opinio: cum etiam conſueuerit ad partes ambas ar
gumẽta facta diſſoluere/quãdo probabiles eſſe opi/
niones in q̃ſtionis corpore declarauit. Quod nõnun
q̃ȝ etiam obſeruat circa falſas ſua opinione/vt ma/
iorum auctoritati deferat. ¶ Magis autem vanum
eſt aliud ab ipſo Caie. ſine reuerentia dictuȝ/ipſum
(inquam) ſanctum Doctorẽ cognouiſſe ꝙ doctri/
na quã circa hanc materiaȝ tradiderat in ſumma/
egebat ea quam in dicto qolibet probabiliter defen
dit. Quomodo enim potuit hoc depromere cũ eidẽ
doctrine totalr̃ aduerſet̃ in ſumma. vt viſuȝ eſt? Et
ſi ſciebat illa ſe egere/cur in ſumma fuit ita parcus
vel diminutus vt ei⁹ vel vnico verbo nunq̃ȝ memi/
nerit? Cum ꝓſertim qolibeta digeſſerit añ ſummã
(vt reor.) Non decuit profecto tam egregiũ eccleſie
luminare



luminare ſic ſordida caligine deturpare. vt diceret̃
in ſciẽtia ita profeciſſe/vt vno tempore verum aſſe/
reret qd̃ alio falſum eſſe defenderat/aut econuerſo.
Quãuis. n. vt homines ceteri ſimplicis negationis
ignorantiam pateret̃/quam cõtinuato ſtudio ⁊ illu/
minatione ſupna orationibus ĩpetrata efficaciſſime
propellebat: nunq̃ȝ tñ cenſendũ eſt doctorẽ ſanctiſſi
mum angelico potius ingenio q̃ȝ humano florentẽ/
praue diſpõnis quauis ignorantia sorduiſſe. Sȝ Ca/
ietanus ab initio licentiã ampliſſimã ſibi vendica/
uit/vt nullum reuereret̃ quãq̃ȝ magnũ atqȝ ſanctiſ
ſimum. quominus diceret quecũqȝ ſuis fauebãt in/
uentionibus: ⁊ ad ſuã in illorum facieȝ traheret vo/
luntatẽ/eoꝝ doctrinã apertiſſime repugnantẽ. Sed
nõ deerũt qui ſaniori zelo nouitates eius oẽs qbus
ſanctoꝝ ⁊ clariſſimoꝝ ſyderũ doctrinã conat̃ euer/
tere vel torq̄re/leuifundatas eẽ pede manifeſtabũt.

Ad confirmationem.

¶ Aliud ẽt aſſummit falſum. s. Tho. pro defenſione
falſe opinionis/qd̃ in cõfirmatione proponit̃ vt ve/
rum a Caietano. quaſi ſuũ falſuȝ propoſitũ inferat.
hoc inquã ꝙ ideȝ ſit actus fruitionis ⁊ meriti: ſicut
eundẽ contingit actũ eẽ preparationẽ ad gratiã vt
ex libe. arbi. procedit/⁊ meritorium vt procedit ex
gratia/⁊ adhuc fruitiõis ex ſupinfuſa glĩa. Hoc. n.
eſſe falſum quantũ ad ſimultatẽ duoruȝ extremoꝝ/
iam declaratũ eſt. Quantũ ad pĩma vero non põt ex
corũ ſimultate poſſibili ꝓpoſitũ inferri q̃ſi a ſimili:
cum nõ ſint ſimilia. Uerum eſt. n. ꝙ idẽ actus vt eſt
ex lib. ar. eſt ꝓparatori⁹ ad gratiã inq̃ȝtũ elicit̃ ab eo
conformiter rationi recte. ⁊ meritorius vite eterne
vt informat̃ gratia. vt non ſolũ in 2° vbi. s̃. verũ ẽt
in loco ſuo. ſ. 12ᵉ. q. 113. ar. 2°. confirmat. s. Tho. Qd̃
ideo procedit/q̄ꝛ lib. ar. ſimul cũ gratia pñt eſſe prin
cipiũ eiuſdẽ actus. Nõ ſic pñt eũdem actũ informa/
re gratia gratũ faciẽs ⁊ gratia cõſummata. vt. s̃. p/
batum eſt. ¶ Et preterea iſta cõfirmatio nõ eſt ad p/
poſitum. q̄ꝛ hic ſunt duo prinᵃ ſatis diſſimilia. vnde
nõ mirũ ſi diſſimiles ꝓducãt effectus. Ibi vero vni
ca realr̃ ⁊ vnius rõnis atqȝ nature gratia proponit̃
oppoſitoꝝ effectuũ cauſa. qd̃ abhorret ordo nature.
Qȝ ſi ẽt afferat̃ gratia duplex/non põt eundẽ actum
informatiõe ſua donare cõtrarijs munerib⁹ ſimul/
qualia ſunt meritũ ⁊ fruitio. vt ſepius deductũ eſt.
Sed ⁊ opinio quã. s. Tho. vbi. s̃. defendit ex alioruȝ
opinione vt pbabilẽ/non affert ad hos duplices ef/
fectus duplicẽ gratiã/ſed vnam realr̃/non niſi ſm
diuerſas rões acceptã. vt pȝ. Hanc tñ confirmatio
nem ad hoc ipm 2°. vbi. s̃. ſctũs Tho. induxit/ſȝ nõ
vt propriã doctrinam. nec ex pprijs etiam ibidẽ ſol
uit argᵐ dicens ſat eſſe ſi meritũ preceſſit premiũ ſal
tem natura. Hoc. n. non eſt ſm doctrinã eius. vt ſu/
pra probatum eſt.

## Occaſionati dubii ſolutio, ac ſecundæ ſuprapoſitæ reſponſionis impugnatio. Capitulum. VIII.

Dubiũ. Adhuc tamen circa predicta ſupereſt vnũ du
biuȝ diſſoluere. cur inquã gratia gra/
tum faciẽs ⁊ gratia cõſumata/cum diuerſarũ ⁊ val/
de diſparatarũ rationũ gratie ſint: minus poſſint in
eodẽ inueniri ſubiecto/ac eidẽ vtraqȝ propriũ effe/
ctum/meritũ inquam ſimul ac premiũ conferre/q̃ȝ
poſſint diſparate ſcientie in eodẽ intellectu florere/
beatifica inquã vel infuſa/necnon etiam acquiſita.
¶ Sed dicendũ ꝙ ſcientia acq̄ſita non hȝ per ſe ordi Solo.
nem ad infuſam vel beatificã/vt ad has q̃ſi viaᵐ pre/
reqrat̃ aut diſpoſitio. põt. n. ſine altera earũ vtraqȝ
eſſe. Unde q̄libet hȝ per ſe reſpectũ ad intellectuȝ vt
ad propriũ ſubiectum quẽ ſm ſuam naturalẽ perfe/
ctionẽ informet. Et cũ de rõe ſua ſcientia vt ſic in/
formet intellectũ/vt indelebilr̃ in eo recipiat̃ ppter
ſpẽs ſpũales quibus nihil ꝯtriatur quas expellat: ⁊
indeficiens ſit earũ ſubiectũ/vt deficere non poſſint
eius defectu. maneat ipſa ſcĩa cum maneant ⁊ ipſe
ſpẽs oẽs ⁊ cõſeruent̃/altera quacũqȝ ſuperueniente
ſcientia/neceſſe eſt. Gratia aũt gratũ faciens ad cõ/
ſummatã ſic ordinat̃ ex ſua rõe/vt veluti diſpõ que/
dam inducat ad illã vt ad vltimã formaȝ. De rõne
aũt diſpõnis vt ſic/eſt vt adueniẽte forma deficiat.
Et ppterea adueniente conſummata gratia/deficit
ea que gratũ faciens noĩat: q̃ ad illã neceſſario pre/
mittitur vt diſponens. Et hoc eſt qd̃ dicebat Apl̃s.
Cum venerit qd̃ perfectũ eſt: euacuabit̃ qd̃ ex parte
eſt. Habet aũt hoc ordo nature/vt forma pĩcipalis
adueniẽs/efficacius ⁊ potentius valeat effectũ pro/
ducere/quem oĩs ad illaȝ preuia diſpõ producebat.
Calorẽ. n. vehementiorẽ forma ignis ex ſe producit/
q̃ȝ calor ille fuerit qui ad eiuſdẽ forme introductio/
nem diſpoſuit. Sic igit̃ ⁊ cõſummata gratia effectũ
gratie gratũ facientis efficacius ꝓducere põt ſi hoc
requirat ſubiecti cõditio. vt ſuperfluũ iam ſit grãȝ
ĩperfectã cũ perfecta manere. Põt ergo gratia cõ/
ſummata principiuȝ eſſe meriti. ſicut patuit in xp̃o
reſpectu btĩtudinis ⁊ glorie corporis/⁊ alioꝝ pluri/
moruȝ accidentaliũ premioꝝ. Sicut ⁊ in angelis re
ſpectu mltiplicis gaudij/quo donant̃ ex adminiſtra
tionis eoꝝ intento fructu. Non ergo ex oppoſitione
quacũqȝ predictarũ gratiarũ prouenit ꝙ ſimul in
eodẽ eſſe non poſſint/ſed ex naturali ordine earum
adinuicẽ. quo fit vt vna ſupflua fiat/altera ſuccedẽ/
te. vt dictũ eſt. Quã ſuperfluitateȝ deus abhorret ⁊
ipſa natura. Et ppter hoc abſolute ſctũs Tho. dicit
eſſe ĩpoſſibile ꝙ idem actus ſimul informet̃ gratia
pfecta ⁊ ĩperfecta. vt. s̃. allegatũ eſt. Licet ergo for/
me eiuſdẽ rationis vel ſpẽi nõ poſſint in eodẽ ſimul
inueniri ſubiecto: non tñ he ſole hoc habẽt/ſed alie
multe. vt ex dictis patere poteſt. ¶ Qd̃ vero ſcdo ſu/ Impugnatio 2ᵉ reſponſionis.
pra rñdet̃ per ea q̃ cõtigerunt in xp̃o ⁊c. nõ ꝓcedit.
Nam primo falſum eſt in via. s. Th. ꝙ in xp̃o fuerit
duplex gratia/vna gratũ faciens q̃ eſt principium
merẽdi/pfectiſſima quidẽ ⁊ infinita in tali genere/
imperfecta tñ per ꝯparationẽ ad aliã q̃ eſt pfectior
ex ſuo genere. ſ. gratia cõſummata. Nam hoc eſſe fal
ſum pȝ. prio ex dictis paulo. s̃. vbi ꝓbatũ eſt nõ poſ/
ſe ſimul in eodẽ ſubiecto ĩueniri duplex iſta gratia.
⁊ rõ ibi aſſignata eſt. Quod etiã in xp̃o verificat̃ ſm
ſanctũ Tho. Et hãc eſſe ſuã doctrinã manifeſtat dũ
abſolute querit. 3. q. 7. ar. 1. an in eo fuerit gratia ha
bitualis. Et determinans ꝙ ſic/ponit in ſolõne ſcdi
ꝙ illa grã ſit principiuȝ actus fruitionis btẽ. Et in
q. 34. ar. 4. docet ꝙ in ꝯceptione ſua xp̃s habuit gra
tiã non viatoris/q̄ꝛ eſt deficiens a gratia cõprehen/
ſoris. Et ſubdit̃/ꝙ gratiaȝ illam perfectiſſimã non
habuit ſine actu cõprehenſionis. Unñ patet ꝙ tantũ
vnica gratia que cõſummata dicitur fuit in chriſto

principium fruitionis/ ⁊ etiā meriti. Nec propter hoc pōt inferri ꝙ in angelis idem potuerit inueniri ꝙ vʒ in eodem inſtanti mererent̃ ſuam beatitudinē ⁊ beati eſſent: qꝛ xp̄s licet eſſet ſumme beat⁹ quo ad partem ſuperiorē. non tñ erat adhuc in termino ſm̄ multas ſuo ſuppoſito perfectiones debitas: cū ei diſpenſatiue deeſſet impaſſibilitas aīe ⁊ gloria corporis: fideliū etiam membroꝝ ſuorum a ptāte diaboli liberatio. vt poſſent ad paratā ⁊ debitam ex dei gratia ſibi gloriā peruenire. Unde multe eius operationes que tali gratia ex hoc informabātur/ ꝙ ordinabantur pariter ad finē illius/ erāt meritorie premij a quo diſtabāt. In angelis aūt nulla potuit adepta beatitudine operatio īueniri q̃ diſtaret a termino/ hoc eſt ab ipſa fruitione/ vel quacūqꝫ ſibi debita pfectione niſi quo ad quedam gaudia accidētalia. vt ſ. dictū eſt. Et ſm̄ ea nō erat inconueniens vt ſimul ea mererent̃ que pro tunc nō habebant. non tamen merebantur beatitudinem ſi tunc beatificati ſunt. ſicut xp̄s nunq̄ꝫ meruit ſuā beatitudinē qua in primo inſtāti ſui eſſe fuit beatus. Patet igit̃ ex his omnibus rationē tertiā in ſua firmitate manere. ⁊ concluſionem principalē pariter firmiſſimam eſſe.

## Argumenta ſoluuntur a principio articuli producta. Cap. IX.

Ad p$^{m}$. **Nunc** ſoluenda ſunt argumenta in principio articuli ad oppoſitū inducta. Et ad primum quidē iam reſpōſum eſt in impugnatione prime ſolutionis ad quintā rationem pro concluſione.

Ad 2$^{m}$. ¶ Ad 2$^{m}$ dicendū ꝙ. s. Tho. p$^{a}$. q 62. ar. 2. ad 3$^{m}$. ponit angeloꝝ cognitionem quandā proprie dici matutinam/ ex quo dat intelligere ꝙ quedā eorum cognitio pōt dici matutina minus ꝑprie ⁊ ſm̄ quādā participationē. Unde ad propoſitū argumēti diſtinguendū eſt/ ꝙ duplex eſt angeloꝝ cognitio matutina. vna ꝑprie dicta. ⁊ hec eſt eoꝝ cognitio rerum in verbo per eſſentiā verbi q̄ eſt cognitio glorie ⁊ beatifica. Et per hanc nō ſunt angeli conuerſi ad deum in 2$^{o}$ inſtanti/ ſed in 3$^{o}$. Pertinet. n. hec ad premiū/ non ad meritū. Alia minus ꝑprie. Dicit̃. n. matutina ſolū qꝛ eſt ꝑxima diſpō ad matutinā ꝑprie dictā. Et hec eſt operatio qua boni angeli cognouerūt verbum ⁊ res in v̄bo per ſimilitudinē ⁊ ſpēʒ creatā. Et ſm̄ hanc cognitionē angeli conuerſi ſunt ad deū in ſcd̄o inſtanti per opus meritoriū: ⁊ p eā ſunt diſtincti boni a malis. ¶ Et ad id qd̄ in oppoſitū hui⁹ affert̃/ rn̄det̃/ ꝙ hec diſpō pōt ēt dici cognitio veſpertina ſm̄ ꝙ reſpicit ipſas creaturas in ſe. Inquantū tñ refert̃ ad laudeʒ dei ſupnaturalr̃ cogniti vt finis vltimi/ iā incipit matutinā participare. Nec eſt verum aut docet. s. Tho. ꝙ cognitionē rerū in ſe referri ad laudē dei ſit de rōne cognitionis veſptine angeloꝝ. In primo. n. inſtanti habuerunt oēs cognitionem veſptinā. ⁊ tñ nullus retulit eā ad laudē dei ſupernaturalr̃ cogniti. cum tunc deū ſupnaturalr̃ nō cognoſcerēt. put. ſ. p$^{o}$ articulo determinatū eſt. Et ad inducta verba. s. Tho. rn̄det̃ ꝙ intendit eaʒ dici veſpertinā quā referebant ad laudē dei vt auctoris nature ⁊ creatoris. ⁊ hanc oēs habuerunt in p$^{o}$ inſtanti. non aūt vt auctoris gratie: ſed ſic eſt matutina participatiue. lʒ ⁊ hec poſſit dici veſptina vt diſtinguit̃ contra matutinā ꝑprie dictā. Sed non ſic accepit. s. Tho. p$^{a}$. q. 63. ar. 6. ad 4$^{m}$. cognitionem veſpertinā. ſed primo mō. ⁊ matutinā cōiter prout includit ēt illā q̄ participatiue matutina eſt. ſm̄ quā diſtincti ſunt in 2$^{o}$ inſtanti boni a malis. vt dictum eſt. Ex quo pʒ ēt ꝙ verbū. s. Tho. veri. q. 8. ar. 17. ad p$^{m}$. verū eſt/ ꝙ veſptina inquā relata ad verbū nō ſit matutina ꝑprie dcā. Nō aūt qn ſit matutina participatiue. Immo ex h̄ ꝙ eſt meritoria matutine/ ⁊ ꝯñr diſpoſitio ꝑxima ⁊ neceſſaria ad illam/ pōt dici (licet minus ꝑprie) matutina. vt dictum eſt. Et ꝙ Caietanus tractādo reſpōſionē illam ad 4$^{m}$ in ſumma dicit ꝙ ibi loquit̃ s. Tho. de cognitione matutina ꝑprie dicta q̄ eſt beatifica/ ſine fundamento ⁊ rōne dicit. immo ꝯ modū cōem loquendi ſcti Thome. Nam. s. Tho. in locis allegatis dicit ꝙ nō eſt ꝑprie veſpertina niſi referat̃ ad laudem dei. Ex quo pʒ ꝙ alr̃ diſtinxit cognitionē veſpertinaʒ a matutina in p̄dicta ſol̃. 4$^{a}$ ⁊ in alijs locis īductis: ⁊ ꝙ in illa ſol̃. 4$^{a}$. voluit ſolā illā dici veſpertinā cognitionem qua oēs angeli cōuerſi ſunt in ſeipſos abſqꝫ conuerſione ad laudē dei. ſ. ſupnaturalr̃ cogniti ⁊ laudati. ⁊ illā ꝯñr dici matutinam q̄ fuit in eis tunc cū tali cōuerſione/ qualis eſt ēt cognitio nō beatifica. ſed meritoria eius. vt dictuʒ eſt. alijs in ſeipſis remanētibus ⁊ ꝯñr factis tenebroſis ⁊ totalr̃ ſine luce. Et ſic diſtincti ſunt boni a malis in illo 2$^{o}$ inſtanti. Un̄ pʒ ꝙ tenēs per cognitionē veſpertinā de qua in ſol̃. illa/ cōprehendi oēs actus angeloꝝ citra btificuʒ/ voluntarie loquit̃/ nulla rōne probās dictum ſuū. Q̄d ad intentionē. s. Tho. ſic ēt improbat̃. Nam s. Tho. ī illa ſol̃one dicit ꝙ talis opatio matutina fuit in 2$^{o}$ inſtāti. Loquit̃ aūt ibi de inſtantibus tp̄is/ qꝛ paulo. ſ. in eadē ſol̃. dixerat tp̄s in angelis accipi p ipſa ſucceſſione operationū intellectus ⁊ affect⁹. Et ꝯñr declarat duplicē operationē intellectus. ſ. veſpertinam ⁊ matutinā. ⁊ duplicē affectus. ſ. cōuerſionē in ſe ⁊ ad laudē dei. Et ſic ſm̄ eū inſtantia tp̄is angelici ſumunt̃ ſm̄ ſucceſſionē harum opationū. ergo p$^{m}$ ⁊ 2$^{m}$ inſtans p eum his opationibus diſtributū eſt inſtās tp̄is diſcreti. Cognitio igit̃ matutina de qua ibi dicit ꝙ eſt in 2$^{o}$ inſtanti / nō eſt btifica: qꝛ btifica non menſuratur inſtāti tp̄is diſcreti: ſed eternitate participata. Et ſic patet ꝙ argumentum non ꝑcedit.

Ad 3$^{m}$. **Ad** 3$^{m}$ dicenduʒ ꝙ nō minus plano ſenſu ſm̄ doctrinā. s Tho. a nobis exponunt̃ illa dicta/ vt p̄cipue patere. ſ. pōt in examinatiōe rn̄ſionis ad primā rōnē pro cōcluſione. Q̄ꝫ vero ſpālr̃ affert̃ ex. s. Tho. p$^{a}$. q. 62. ar. 5. ad 2$^{m}$. rn̄det̃ ꝙ qui pōderat ſol̃. illā ⁊ confert argumēto/ videbit aperte ꝙ ad nihil aliud tendit ſol̃. niſi vt defendat ꝙ nō in p$^{o}$ inſtanti fuerint bti: ex quo indirecte cōcluſio articuli impugnabat̃. Unde rn̄dēdo/ principalr̃ oſtēdit qūo non potuerūt eſſe bti in p$^{o}$ inſtanti. ſed opʒ ꝙ in vno meruerint/ ⁊ in alio p̄miati fuerint. In quo aūt. nō dicit. qꝛ hoc ibi declarandum nō petebat intentio argumenti. Unde pʒ ꝙ per hāc noſtrā determinationem non aduerſamur plano ſenſui verboꝝ illorum. Ad alia oīa que tāgit argumētum. ſ. rn̄ſum eſt. Et ſic pʒ ad totam q̄onem. B̄ndictus deus. Amen.

FINIS.

Editum anno domini. 1529.

Queſtio



# QVESTIO.

## Argumenta duodecim, in fauorem falſe opinionis. Cap. Primum.

P$^{o}$. **Queritur** vtrū aīa itellectiua ſit forma copis hūani ēt ſm̄ gradū itellectiuū/ ſeu vt itellectiua ē. Et vr̃ ꝙ nō. P$^{o}$. qa oīs forma ſb̄ialis informādo/ māʒ ꝯſtituit cōpo$^{m}$ ſb̄iale. Sʒ aīa itellectiua nulluʒ tale ꝯſtituit ſm̄ gradū itelr̃uū. ergo ſm̄ illū non informat māʒ. Maior eſt Phi 7$^{o}$. Meth$^{ce}$. t. c. 27. ⁊ eſt cōiter cōfeſſa. Minor vō ꝓbat̃: qꝛ cōſtitutū ex mā ⁊ forma ſm̄ aliquē gradū/ eſt ſb̄m ꝓprietatis fluētis a forma ſʒ illū gradū. Sʒ cōpo$^{m}$ ex mā ⁊ aīa itelr̃ua nō eſt ſbʒ itelr̃s ⁊ volūtatis q̄ fluūt ab ipſa ſm̄ gradū itelr̃uū. ergo ⁊c. Pʒ minor ſcd̄o de aīa t. c. 21. / ⁊ 3$^{o}$ de Aīa t. c. 5. ⁊ ide/ ⁊ eſt cōiter ꝯfeſſa. Maior vō ꝓbat̃. qꝛ paſſio q̄ demōſtrat̃ de aliquo ſb̄o eſt ī eo ſubiectiue. Sʒ ꝓprietas fluēs a forma ſm̄ gradū forme quo ꝯſtituit cōpo$^{m}$/ eſt hmōi. ergo ⁊c.

Confirmatio P$^{o}$. ¶ Cōfirmat̃ arg$^{m}$ p$^{o}$. qꝛ Ar$^{les}$ 3$^{o}$ d̄ aīa t. c. 66 arguit ꝙ ex eo ꝙ capilli nō ſunt ſbʒ ſenſus tact⁹/ q̄ eſt q̄dā ꝓprietas aīe ſenſitiue/ nō iformant̃ aīa ſenſitiua ſm̄ oēm gradū ei⁹: ſʒ ſʒ gradū vegetatiuū tm̄. Ergo a ſilr̃i pʒ efficacia rōnis p̄miſſe. Itē aīa ſʒ gradū ſb̄ialē viſiuū a quo originat̃ pot$^{a}$ viſiua/ ē forma oculi ſb̄ialis. vt hr̃ ex 2$^{o}$ de aīa t. c. 9. vt exponit. s. Tho. Spū. q. vlt. ad 9$^{m}$. Et tñ ſm̄ illū gradū ſb̄alē ⁊ partialē nō eſt forma man⁹ aut pedis: qꝛ man⁹ aut pedes ñ ſūt eē ſbʒ pot$^{e}$ viſiue fluentis a gradu illo.

2$^{a}$. ¶ Cōfirmat̃ 2$^{o}$. qꝛ ſi gradus itelr̃uus cōicaret̃ corpi/ ſb̄ia creata eēt imediatū p̄n$^{m}$ opationis. ꝯñs eſt falſuʒ in via ſcti Tho. quā ſeqmur cōit̃ in hac q̄one. ꝯñs vō ꝓbat̃. qꝛ tale cōpoſitū ſb̄iale formalr̃ ꝯſtitutū ex illo gradu itellectiuo ⁊ mā/ hʒ aliquā opationē ab ip̄o p$^{o}$ ꝑductā. Oīs. eni nā cōpleta hʒ aliquā ꝓpriā operationē. Tūc ſic. Aut illā ꝑducit mediāte pot$^{a}$/ aut ſine pot$^{a}$ media. Nō pt̃ dari p$^{m}$ a rn̄dēte q ponit gradū itellectiuū in corpe/ nō aūt pot$^{as}$ ſequētē illū gradū. imediate ergo ꝑducet illā ſuā opationē.

2$^{o}$. ¶ 2$^{o}$. Anima ſʒ gradū quo informat māʒ eſt ps ſpēi. Sʒ ſm̄ gradū itellectiuū nō eſt ps ſpēi. g̃ ſm̄ gradū illū nō informat māʒ. Maior pʒ. qꝛ ex tali iformatiōe reſultat ſpēs. Minor vō ꝓbat̃. qꝛ ex h̄ forma eſt ps ſpēi/ qꝛ nō pōt ſola opari opatiōes q̄ ſunt ab ea vt eſt ps ſpēi. Sʒ aīa intellectiua pōt ſola opari opatiōes cui⁹ ipſa eſt prin$^{m}$ ſm̄ gradū itelr̃ualē. g̃ ſʒ talē gradū nō ē ps ſpēi. Minor eſt cōfeſſa. Maior pʒ auctate. s. Th. Spū. q. 2. ad 5$^{m}$. Dicit. n. ꝙ aīa cū ſit ps humane nē/ nō hʒ pfectionē ſue nāe niſi in vnione ad corpus. q. d. Perfectiōes q̄ ei ꝯueniūt nō p vnionē ad corpus/ nō ꝯueniūt ei vt ē ps nāe hūane. Q̄d ſtatiʒ explicat dicēs. Q̄d pʒ ex hoc ꝙ ī virtute ipſi⁹ aīe eſt ꝙ fluāt ab ea q̄dā pot$^{e}$ q̄ nō ſunt act⁹ organoꝝ corpaliū/ ſm̄ ꝙ excedit corpis ꝓportionē. Hec ille. In quo ēt cōtextu manifeſte cognoſcit̃/ ꝙ aīaʒ excedere corpis ꝓportionē / īportat negationē vnionis ei⁹ ad corpus. Q̄d q̄dē ex oppoſito ſtatim apit̃ dū ſubdit̃. Et hʒ ꝙ fluāt ab ea pot$^{e}$ q̄ ſunt act⁹ organoꝝ inquātū pōt cōtingi a mā corpali. Hec ibi. Contingitur aūt a mā corporali forma p informationē qua materiā informat ⁊ in ea recipit̃. Ergo exceſſus p̄dictus importabat negationē talis informatiōis. Et ſic aīa cum ſm̄ gradū intellectiuū excedat ꝓportionē māe corpalis/ nō vnit̃ ei ſm̄ illū graduʒ. qd̄ eſt ꝓpoſitū. Et hoc intellexit. s. Tho. 2$^{o}$. d. 3$^{a}$. q. 1. ar. 6. c. dū dixit ꝙ aīa ē ſpēs/ ⁊ p̄n$^{m}$ ſpēi ⁊c.

Nec Ariſtotiles in loco allegato dicit ꝙ aīa p° vel
per ſe vt eſt ſubiectū potentie viſiue ſit forma ſub/
ſtantialis oculi. ſed dicit ꝙ viſus eſt ſubſtantia ocu/
li que eſt ſm rationē. Hoc eſt viſiua potentia eſt illa
ſubſtantia oculi a quo ſumitur rō eius. Ratio autē
alicuius rei ſumitur a forma eius. Vñ ſequiꝛ ꝙ viſi
ua potētia ſit forma oculi vt oculus eſt. Nec tñ pro/
pter hoc intendit ꝙ ſit forma ſubſtātialis ſimplici/
ter/ quia vꝫ ſit ſubſtātia. ſꝫ proportionaꝛr. Sicut.n.
forma ſubſtantialis ſpeciei ſubſtantie cōſtituit rem
in tali ſpecie ſubſtantie ſm ꝓpriam rationē. ita viſi
ua potentia cōſtituit oculum in ſpecie oculi. qua ab
alijs ſenſib⁹ ſpecifice diſtinguiꝛ in genere naturalis
potentie que qualitatis eſt ſpecies. Hoc.n. poteſt di
ci etiā de quolꝫ cōſtituto accidētali. Sic enim albe
do eſt ſubſtātia albi vt ſic. qꝛ ab ea ſumitur rō eius
formalis qua ſpecifice diſtinguiꝛ a nigro vt ſic. Di/
cit tamen Ariſtotiles ſub conditione impoſſibili. ſi
ſcilicet oculus eſſet animal/ ꝙ viſus eſſet anima ei⁹ ⁊
eo ꝙ ſit eius ſpecifica forma adequata. vt dictū eſt.
Sicut etiaꝫ ſi albuꝫ vt ſic eſſet animal/ albedo eſſet
anima eius. Ex modo.n. procedendi Ariſtotelis pꝫ
vel mediocriter erudito ꝙ loquiꝛ ibi de forma que
eſt potentia tm̄ ⁊ non de eſſentia anime/ vel ſimpli/
citer vel ſm quēcunqꝫ gradū. ¶ Falſum eſt etiā ꝙ
s. Tho.



ſanctus Tho. in loco allegato de ſpūalibus creatu/
ris/ intendat exponere ꝑdicta verba ſeu ſnīaꝫ Ari/
ſtotelis. Neqꝫ enim Ariſtotelis in argumēto vel re
ſponſione meminit: ſed ex ſe dicit ꝙ aīa vt eſt ſubie/
ctum potētie/ eſt forma ſubſtātialis oculi. Qđ non
eſt intelligendū quaſi anima vt eſt ſubiectū vel ꝑn/
cipiū vnius potētie ſingularis. puta viſiue/ ſit vni⁹
gradus quo ſic informat organū illius potētie ꝙ ſm
rationē talis gradus/ nō ſit actus aliarū partiū vel
etiā totius corporis. Immo aīa ſm oēs gradus ſuos
eſt actus totius corporis ⁊ omniū partiū eius. Licet
non det oībus partibus oēs virtutes/ ſed vnā vni/
⁊ alterā alteri. ⁊ quaſdā nulli. Et hoc intēdebat. s.
Tho. cum dixit. ꝙ aīa vt eſt principiū potentie viſi
ue eſt forma ſubſtantialis oculi: qꝛ vꝫ oculum infor
mando/ dat ēt ei vt poſſit videre/ dando ſibi poten/
tiam viſiuā vt propriā eius formā ſubſtantialem ⁊
ſpecificam. licet abſolute accidentalis ſit: qꝛ etiam
oculus vt ſic quoddā ens accidentale importat. Et
qꝛ talē virtutem nō confert alijs partibus/ ideo di/
citur ita eſſe forma ſubſtātialis oculi vt principiuꝫ
potentie viſiue ꝙ non aliarū partiū: q̄ꝫuis ſm ſuam
ſubſtantiā/ ⁊ ſm omnem gradū eius qui realꝛr ſub/
ſtantie idē eſt/ ⁊ vnū quid ſimpliciſſimū/ ſit act⁹ non
ſolū oculi/ ſed etiā omnium partiū vitā participan
tium in corpore hominis. Ex ꝑdictis pōt ad cōclu/
ſionem afferri rō. que talis eſt. Si corpus informatū
anima dꝫ eſſe immediatū ſubiectū potentiaꝝ eius/
hoc magis cōuenit reſpectu potentiarū quarū ope
rum corpus eſt cōprincipiū/ q̄ꝫ aliaꝝ que ꝑ ſe agūt.
Sunt enim ille magis cōiuncte. vt pꝫ. Si ergo non
obſtante tanta cōiunctione operū cum ſubiecto for
me ſm genus ipſius forme pura ſenſitiue/ ſtat aliqđ
informatū tali anima nō eſſe ſubiectū potentiaruꝫ
eius/ vt pꝫ in capillis ⁊ vnguibus ⁊c. multo magis
corpus non cōprincipiū operum potentiarū alicui⁹
anime/ nō neceſſario ſubiectū earum erit. Et ſic pa/
tet animā intellectiuā vt ſic eſſe formā hoīs/ nō ob/
ſtante ꝙ hō non ſit immediatū ſubiectum potentia
rum eius. vt confirmationis prime virtute per hoc
eliſa/ fortius cōcluſionis veritas inualeſcat. ¶ Ad
ſcđaꝫ confirmationē negaꝛ prima cōditionalis ſeu
ꝯñā. Et ad ꝓbationem dicitur ꝙ compoſitū habere
aliquā propriam operationē ab ipſo primo produ/
ctam/ pōt intelligi duobus modis. Vno mō accipiē
do ly primo. i. proxime ⁊ immediate. Et ſic negatur
aſſumptū. immo nulla ſubſtātia completa eſt talis.
Alio mō vt ly primo ſignificat idem qđ principaꝛr
⁊ vt principaꝛr operans/ ⁊ hoc mō concediꝛ cuꝫ ſua
probatione. Et ad vlteriorē proceſſuꝫ ꝯñr dicitur ꝙ
producit eā mediante potētia que tñ non hꝫ ꝙ ope
retur niſi in virtute ſubſtātie: ⁊ ob hoc principaliꝛ
operans eſt ſubſtantia cōpleta. Eius.n. eſt principa/
liter operatio/ cuius eſt primo eſſe. Exiſtentis.n. eſt
agere. Compoſitū aūt per formā ſubſtantialē habet
eſſe ſubſtantiaꝛr: per virtutē autē que conſequiꝛ for
mam ſubſtantialē/ operatur. pª. q. 77. ar. 1. ad 3m. Ex
quo habeꝛ ꝙ operatio eſt potius cōpoſiti q̄ꝫ poten/
tie. Huic aūt non repugnat animā ſm gradū intel/
lectiuū ⁊ non ſm potentiā intellectiuam informare
corpus. immo neceſſario reqrit. Neqꝫ.n. poſſet vllo
modo dici principaꝛr operari talia opera niſi eſſet
actu per formā que eſt principiū proximū talis ope

Ad confirmationem ſecundaꝫ.

rationis. vt in rñſione argumenti huius primi dedu
ctum eſt.

## Animā per ſe operari, non tollit vnionē eius cum corpore. Cap. XV.

Ad 2m negatur minor. Oppoſitū enim eius pro
batum eſt indeterminatione facta. Qꝛ enim
homo ſit homo ſm ſpeciē/ non pōt habere ab anima
niſi ſm gradū intellectiuū. vt diffuſe probatum eſt.
Ad probationē autē negare minoris/ negaꝛ maior.
Quis.n. vnq̄ꝫ talē mundo philoſophiam inuexit ꝙ
aliqd ex hoc ſit ſpēs vel pars ſpēi qꝛ poſſit ſola vel
nō ſola operari? Nuꝫ poſterius eſt cā prioris ſm na/
turam? Si aūt maiorem illā alio mō quis formet et
dicat. Forma q̄ eſt pars ſpēi non poteſt ſola operari
operationes q̄ ſunt ab ea vt eſt pars ſpēi/ diſtinguē/
dum eſt: qꝛ ſi intendat ꝙ ſola non poſſit in rōne ꝑn/
cipij elicitiui. vel ēt ꝙ abſolute nō poſſit forma ſpeci
fica operari operationes q̄ ſunt ab ea vt eſt pars ſpe
ciei/ ſiue ſeparata ponaꝛ ſiue cōiuncta. negatur illa
maior abſolute. Neqꝫ probāt eā in aliquo ſenſu ne/
gato verba. s. Tho. in contrariū inducta. Sed alie/
num valde ſenſum hꝫ arguens in verbis illis/ ab eo
quē habet. s. Tho. Intendit enim. s. Tho. ſoluere ar
gumentū factum ad probandū animam nō eſſe for/
mam materie/ qꝛ vnio forme cū materia nō eſt niſi
propter bonū ipſius forme. Sed aīa intellectiua nō
habet perfectionē ſuam a mã. Qđ ꝓbat. qꝛ ſua per/
fectio eſt intelligere/ qđ non hꝫ a materia ſed per ab
ſtractionē ab ea. Et rñdet ꝙ anima non ſolū habet
operationes que perficiunꝛ per abſtractionē a ma/
teria tanq̄ꝫ perfectiones pertinentes ad ſuā natu/
ram/ ſed ēt alias cōcernentes materiā. Unde nō ha
bet perfectionē ſue nature niſi poſſit oīa illa opera
explere q̄ ſunt in virtute ſue nature. Qđ qꝛ non po
teſt ſine corpore quo ad ſcđas operationes/ neceſſa/
rium eſt ad perfectionē ſue nature vt vniaꝛ corpori
vt forma. Et ſic pꝫ illud argumentuꝫ non militare.
Non erat aūt locus ibi declarādi quid ſit animam
excedere corporis ꝓportionem ſm quē ab ea fluunt
potentie que nō ſunt actus organoꝝ. Sed ſupponit
declarationē factaꝫ in locis proprijs. de qbus. ī. ad
6m. Similꝛr alibi declaratū ſupponit qd ſit contingi
formā a materia. ⁊ ſic de alijs maximis quas aſſum
mit. Ex his pꝫ ꝙ arguens perperam interpretatus
eſt. s. Tho. verba/ dū intendit euꝫ dicere ꝙ forma q̄
eſt pars ſpēi non habꝫ perfectionē ſue nature niſi in
vnione ad corpus/ quaſi nullā operationeꝫ habeat
niſi ad eā concurrat ⁊ corpus vt principium operis
elicitiuū. Nō enim ſic intēdit. s. Th. ſed vt ipſe ibi/
dem ſe exponit/ per perfectionē ſue nature intēdit
expletionē omniuꝫ operū que ſunt in eius virtute.
Et intēdit ꝙ cum in virtute aīe ſit non ſolū opera/
ri opera intellectus/ que tangebanꝛ in argumento/
ſed etiā alia que perficiunꝛ per corpus. non pōt ani
ma habere perfectionē/ hoc eſt complementum ſue
nature/ niſi vniaꝛ corpori. Ex quo ſtatim ſeqꝛ ꝙ na/
turaliter ſit forma corporis illa anima q̄ eſt princi/
pium talium oīm operum. Talis aūt eſt intellectiu/
ua. ergo ⁊c. Mala ergo eſt interꝑtatio in argumēto
inducta ibi. quaſi dicat ⁊c. immo totū oppoſitū di/
cit. s. Tho. ibi. Vult enim ꝙ tā perfectiones iſte q̄ꝫ
ille cōueniāt anime vt eſt pars humane nature. Et

Ad 2m.

ob hoc eſt naturaliter forma. Nec erat locus exponẽdi quomodo ille que nõ exercẽtur ꝑ corpus vt principiũ operis/ arguant etiã naturalẽ eſſe anime vnionem cũ corpore. Sꝫ ſufficit ex alijs manifeſte dependentibus a corpore/ habere propoſitũ: et argumenti virtutem infringere. ¶ Et põt ad oppoſitum argumenti facti/ ratio pro cõcluſione formari q̃ ſuperius etiã tacta eſt. vꝫ. Id quo ſpecies aliqua formaliter ⁊ p° diſtinguit̃ ab alijs ſpeciebꝯ eiuſdeꝫ generis eſt forma ſpecifica ipſiꝯ ſpẽi diſtinctiua. Formal̃r ꝙ pe diſtinctiuum/ formã eſſe quis negabit? Pꝫ ergo/ p° forma eſt. Hec aũt eſt ſubſtãtialis. Sꝫ anima ſm gradum intellectiuũ hominẽ formal̃r atqꝫ ſpecifice diſtinguit a brutis: neqꝫ.n. diſtinguit eum ſm alios gradꝯ. ergo ⁊c. ¶ Quũ vero addit̃ illũ iã reprobatũ intellectũ habuiſſe. s. Tho. ex eo ꝙ in 2°. d. 3. q. 1. ar. 6. c. dicit aiaꝫ eſſe nõ ſolũ principiũ ſpeciei/ ſꝫ ſpeciẽ. ſi arguens teneat animam ſm gradum intellectiuũ preciſe acceptã/ eſſe cõpletã generis ſubſtantie ſpeciẽ/ vel abſolute vel in via. s. Th. valde rude ſapit. Nec hoc eget reprobatione/ ſꝫ contẽptu/ maxime in predicta via. qꝛ nõ ſoluꝫ nõ ſm vnum gradum/ ſed neqꝫ ſm omnes accepta poteſt dici ſpecies. cũ ſemꝑ ſit pars ⁊ forma hominis q̃ ẽ cõpleta ſpecies ſubſtãtie. vt in locis pene infinitis. s. Tho. docet. preci ꝓpue p°. q. 75. ar. 4°/ q. 90. ar. 4/ 3° d. 5. q. 3. ar. 2°. Anima. ar. 1. ⁊c. Illũ ergo ſenſum imponere ſancto Th. tanq̃ꝫ ꝓpriuꝫ in illis verbis/ nõ eſt recte de eius doctrina ſentire/ ſꝫ eaꝫ potius contradictionibus deturpare. Loquitur ergo. s. Tho. ad hominẽ ibi non negantẽ Auicenne placitũ quo vult omne ꝑ ſe ſubſiſtens diffinibile/ ſpeciem eſſe ſubſtantie. Accipit eniꝫ ſubſtantiã pro per ſe ſubſiſtente. Anima ergo intellectiua ſub hoc ſenſu eſt ſpecies ſubſtãtie diſtincta ab angelo tanq̃ꝫ ab alio per ſe ſubſiſtente diffinibili. Et per hoc affirmatiue reſpondet ibi ad queſitum an anima ⁊ angelus ſpecie diſtinguãtur. Licet nõ proprie diffiniatur anima ſꝫ ſola ſpecies cõpleta ſubſtantie materialis. vt habetur 7° methᶜᵉ. Eo ꝙ hec ſola ex genere qḋ a materia ſumitur ⁊ ex differẽtia q̃ ſumitur a forma ꝯſtet. Et ꝓpterea nec proprie ſpecies anima dici põt. Adhuc anima etiaꝫ intellectiua dicitur improprie ſpecies quaſi logice ⁊ ſm hanc ſimilitudinem ꝙ predicat̃ de pluribus differẽtibus numero tantum ⁊ vniuoce. Sed hoc non intendit ibi ſanctus Tho.

## Animã a Methaphiſico conſiderari, non tollit eius informationẽ. Cap. XVI.

Ad 3ᵐ. Ad 3ᵐ dicendum ꝙ anima intellectiua ſecundũ eundẽ gradum intellectiuũ habet ꝙ ſit actꝯ corporis formal̃r cõſtituens ſpeciem humanam/ ⁊ multipl̃r egeat corpore ad ſuã etiaꝫ perfectiſſimam operationẽ. Et ſm hanc conſiderationẽ ſub hoc ẽt gradu pertinet ad phiſicum de ea conſiderare. Et vlterius habet ſm eundẽ gradũ ꝙ independens ſit a corpore: ⁊ ob hoc conueniãt ei potentie q̃ nullius corporis actus ſunt/ ſꝫ ſuorũ operũ ĩmediata principia ſola: ⁊ ꝙ aliquando ſeparetur/ ⁊ per ſe ſine corpore ſubſiſtat ⁊ operet̃ quantũ eſt ex parte principij. ⁊ huiuſmodi. ſm quas rationes pertinet ad methaphiſicum de ea cõſiderare. Et propterea Phs in 3° de Anima. t. c. 38. Propoſuit qḋ q̃ſtionẽ de anima an intelligat ſubſtantias ſeparas. ⁊ nõ ſoluit eaꝫ ibi ſed aliqual̃r in 9° methᶜᵉ. dicẽs ꝙ cognitio eoꝝ nõ eſt ſicut cecitas. Jḋ ãt nõ plene ſoluit: qꝛ nõ põt eas cognoſcere mõ phiᶜᵒ. ſ. ꝑ phantaſmata cũ nõ apphẽdant̃ per phantaſiã. ſꝫ modo methaᶜᵒ. ſ. ꝑ proprias ſpecies infundendas in ſtatu ſeparationis. De qua etiã ſeparatiõe/ inquirit Phs ⁊ determinat in 12° methᶜᵉ. De ſtatu etiã animaꝝ poſt ſeparationẽ pertinet ad Methᶜᵘᵐ/ lꝫ Ariſtoteles iſta nõ inquiſierit niſi forte in libris methaphiſicalibus quos ſe vidiſſe ſanctus Thomas teſtat̃ in opuſculo cõtra Auerroyſtas: lꝫ non adhuc tranſlatos in lingua noſtra. Hoc tñ ſufficit ꝙ iſta conſiderare ſpectat ad Methaphiſicum. Et lꝫ Phs naturalis de operibus mentis ſe intromittat/ ſm ꝙ aliquo modo corpus ex ſua ratione reſpiciunt poſitiue vel negatiue/ ad diſtinctionẽ ab alijs cõſiderandã/ vel etiã ad horum inquiſitionem per ſenſibilia: nõ ſe tñ intromittit de eis vel de anima ſm rationẽ ſeparationis/ neqꝫ pro tali gradu preciſe vel ſtatu. Predictum autẽ ſenſuꝫ habuiſſe Ph ſm ⁊. s. Tho. etiam ex locis in argumento allegatis/ patere poteſt. Naꝫ vbi 6° Methᶜᵉ. t. c. 2. Phs dicit ad phiſicum ꝑtinere cõſiderare de anima aliqua que vꝫ non ſine materia eſt. ſic ait. s. Tho. Et ꝓpter hoc de anima quadã ſpeculatur naturalis/ quecunqꝫ. ſ. nõ diffinitur ſine materia ſenſibili. Dicitur. n. in 2° de aĩa ꝙ anima eſt actus corporis ⁊c. Anima autẽ ſm ꝙ eſt actus talis corporis/ nõ pertinet ad conſiderationẽ naturalẽ ſiqua poteſt a corpore ſeparari. hec ibi. Hec autẽ oĩa pertinere ad aĩam ſm eundem gradũ/ patet ſi diffinitio illa ad intellectiuam vt ſic ſe extendat. vt in queſtione probatuꝫ eſt. Patet igit̃ eum intendere ꝙ ad Methaphyſicũ ⁊ non ad Phyſicum ſpectat conſiderare/ ſm ꝙ eſt ſeparata vel ſeparabilis. Secundo queqꝫ Phʳ vbi t. c. 26. Phs dicit/ oportere Phyſicum cognoſcere circa hec q̃ ſunt ſeparate quidẽ ſpẽs. i. forme in materia. dicit. s. Tho. qḋ anima intellectiua eſt illa forma que intelligit̃ ſeparata ſm potẽtias/ nõ aũt ſm ſe. Et notetur hic/ ꝙ cũ loquatur. s. Th. de anima intellectiua vt ſic/ qꝛ de ea q̃ eſt ſeparata ſm potentiãs dicit tñ eam non eſſe ſeparatã ſm ſe/ hoc eſt ſm eſſentiam ⁊ gradum ſuum intellectiuum. Hunc eundeꝫ ſenſum in predicta Phi verba habere. s. Tho. pꝫ p°. q. 76. ar. 1. ad pᵐ. Et ad eundẽ ſenſum interpretãdum eſt verbũ Philoſophi 2° de partibus. qꝛ vꝫ ſꝫ gradũ intellectiuũ abſtrahit a motu, put eſt apta nata ſeparari a corpore mobili. Et ſm etiaꝫ eundẽ gradum nõ abſtrahit a motu ſed informat ⁊ etiam mouet corpus ad opera ſibi ꝓpria prout apparet in operibus artium omnium/ ⁊ in his operibus que per prudentiã ordinant̃. ¶ Q; aũt in contrariũ videant̃ verba Phi ſonare: dũ dicit de anima aliqua ſpeculari Phyſicũ non de omni/ quaſi diſtinctionem ſm gradus notet in eodem/ ⁊ non varias conditiones eiuſdẽ gradus/ nõ obſtat. qꝛ verum eſt quidẽ ꝙ non omnis anima ſubterfugit phiſicam cõſideratioẽꝫ/ ſꝫ ſolã intellectiuã ⁊ ſꝫ gradũ intellectiuũ. Cũ quo tamẽ ſtat in eodẽ gradu reperiri cõditionem ſpectantẽ ad phiſicum. ⁊ aliquam nõ ſpectantẽ. vt ſupra dictum eſt. ¶ Et ex his formetur ad cõcluſionẽ ratio ex oppoſito argumẽti facti ſic. Forma que ſm aliquem ſui gradum eſt aliquo modo de conſideratione

tione



tione phiſici/ eſt forma in materia ſm illum gradũ. vt patet ex Pho 2° phiʳ. Sed anima intellectiua eſt huiuſmodi ſm graduꝫ intellectiũ. De ea. n. ſm hũc graduꝫ pertractat philoſophus ex intẽtione in toto 3° de anima. Unde incipit. De parte autem anime qua intelligit anima ⁊ ſapit ⁊c. Loquitur auteꝫ de parte ſubiectiua anime. que ꝓñr ſuſcipit predicationem ⁊ diffinitionẽ totius vt vere dicat̃ actus ⁊ forma corporis.

4ᵐ. ¶ Ad 4ᵐ dicendũ ꝙ. s. Th. p°. q. 76. 1. probat inuicte ꝙ principiũ intellectiuũ vnitur corpori vt forma in homine. Et hoc ipſum in illa queſtione ꝑ ſingulos articulos efficaciter confirmat. vt ſupra ratione 29 deductum eſt. Cuꝫ ergo in queſtione 75. ar. 2° concludit principium intellectiuũ non eſſe corpꝯ/ intelligit̃ de principio remoto qḋ eſt anima. Cum vero dicit ꝙ nullius corporis eſt actus. intelligitur de principio proximo. Uel de principio etiã remoto/ ſꝫ ſolũ ratione principij ꝓximi. Indiſtincte tñ ibi. s. Tho. proceſſit: qꝛ nõ duꝫ ab eſſentia anime declarauerat potentias eſſe diſtinctas. Et cũ arguitur ꝙ de eodẽ de quo cõcludit ꝙ ſit ſubſiſtẽs/ premiſit ꝙ non eſt actus corporis. Reſpondet̃ ꝙ de eodẽ vtiqꝫ/ ſꝫ ſub diſtincta ratione. ſeu ratione diuerſorũ: quã tñ diuerſitatẽ/ nõ erat ibi locus aperiẽdi vel declarãdi. Innuit tñ ꝙ de potẽtia/ vel ratione ipſius potentie de anima loquat̃/ qñ dicit ꝙ non eſt actus organi. Actus. n. organi inquãtũ organũ/ potẽtia eſt. Et ſequutus eſt modũ philoſophi in 3° de anima/ ſic indiſtincte rationabil̃r ꝓcedentis vt ad diſtinctas conſiderationes deduceret. ¶ Et poſſit ad oppoſitum argumẽti rõ pro cõcluſione formari. talis. Principiũ pᵐ intellectiuũ in hoĩe eſt actꝯ corporis humani. Hec patet tã ex intẽtione. s. Th. in locis allegatis. q̃ꝫ Ariſtotelis ex 2° de anima. t. c. 7, ⁊ 24. Sꝫ anima ſm gradũ intellectiuũ eſt huiuſmodi. ergo ⁊c.

Ad confirmationem. ¶ Ad confirmationẽ dicit̃ ꝙ ſic ipſa potentia ita ⁊ ĩmaterialitas eius ex eſſentia eſt. Uñ ꝙ ĩmaterialis ſit potentia/ in eſſentie dignitateꝫ ⁊ excellentiã redundat. q̃ ſm ſe quidem dicitur ĩmaterialis per indepẽdentiaꝫ: ſm vero ſuas potentias etiã formaliter. prout aliquid dicit̃ immateriale qꝛ nõ ẽ in materia vt forma ⁊ actus eius. lꝫ abſolute ⁊ ſꝫ eſſentiã dicat̃ ĩmaterialis anima noſtra/ qꝛ nõ cõpoſita ex materia. Dicit̃ 2° ꝙ cõparatio nõ ſit proprie inter ea que ſunt diuerſorũ generum vel ordinum. Neqꝫ. n. albedo propter hoc eſt nobilior homine ꝙ ex materia ⁊ forma compoſita nõ eſt/ vt homo. Effectus etiã equiuocus poteſt eſſe ĩmaterialior ſua cauſa. Non tñ ſequit̃ ex hoc/ ꝙ ſit ſimpl̃r nobilior ſi cauſa ſit ſubſtantia/ ⁊ effectus/ accidens. ſed ſolum ſm quid.

Retorquetur. ¶ Q; ſi etiã cõtendat arguẽs/ in nullo penitus effectuꝫ excedere cauſam. ſatiſfaciat ipſe retorto cõtra ſe argumẽto ꝙ nedũ formal̃r/ verũ etiã realiter nõ debeat anima ſm gradũ intellectiuum materiam informare. Q̃quidẽ ſm. s. Tho. hoc modo virtus omnis intellectiua nullius ſit corporis actꝯ: ⁊ tunc intuebitur argumẽti quoqꝫ ſui fragilitatẽ. ¶ Uerũtamẽ ſciendũ ꝙ. s. Tho. Anima q. 2. ad 4ᵐ. reſpondens argumẽto qḋ hic pro confirmatione ſumitur/ ait. Intellectus poſſibilis cõſequitur animã humanã inquantũ ſuper materiam corporaleꝫ eleuatur. Unde per hoc quod nõ eſt actus alicuius organi/ non excedit total̃r eſſentiã anime ſꝫ ẽe ſupremum in ipſa. hec ille. Per hec autẽ verba nõ habet̃ ꝙ anima ſm gradũ intellectiuũ nõ ſit actus corporis. Neqꝫ. n. dixiſſet s. Tho. Sꝫ eſt ſupremũ ĩ ipſa/ hoc inquam ꝙ intellectus non ſit actus corporis. ſed dixiſſet. adequatur ſeu proportionatur ſupremo in ipſa. Intendit ergo ꝙ ex hoc habet potentia ꝙ non ſit actus corporis/ qꝛ eleuatur anima ſuper corpus. Et ſicut ex ſupremo ſuo eſſentiali gradu hoc procedit/ ita hoc eſt ſupremũ in ea. quia vꝫ ſm ſuam eſſentiam habet anima tantã perfectionẽ vt fluat ab ea illa potentia que nullius corporis actꝯ eſt. Sꝫ de his fuſius in ſol. 6ᵉ.

## Ratio intellectus vt ſic non tollit anime informationem. Cap. XVII.

Ad 5ᵐ dicendum p° ꝙ maior implicat apertam contradictionem. Si. n. vnio anime ad corpus neceſſaria eſt vt ipſa aĩa poſſit operari ſua perfectiſſima operatione/ nõ ne talis vnio exigitur neceſſario propter ipſam animã? Nunquid aliquid in natura poteſt ocioſum ⁊ proprio priuatuꝫ opere inueniri? Jã igitur ꝓpter animã neceſſario illud eſſe dicit̃/ qḋ propter illud eſt ſine quo anima naturaliter eſſe nõ poteſt/ loquendo de coniuncta. Ex quo ſequit̃ ꝙ cũ hoc qḋ affert̃ in maiori/ ſit anime naturaliſſimuꝫ/ ipſa ſeparatio erit ei preter naturam. ⁊ ſic eſt naturaliſſima forma corporis. Sꝫ ⁊ vltra taꝫ apertaꝫ falſitatẽ maioris. eſt etiã falſa minor. Neqꝫ eniꝫ ſolũ ꝓpter id quod affertur in maiori vnitur anima corpori. Quinnimo ex hoc anime intellectiue debet̃ ex propria ratione vnio ad corpus ꝙ ipſa in natura itellectiua eo extremo collocatur gradu quo ex ſe vt forma ſpecifica ⁊ ipſo corpore conſtituitur ſpecies corporee nature/ licꝫ altior ⁊ nobilior q̃ꝫ ſint omnes alie ſpecies cõtente ſub animali: ⁊ qꝛ vt primũ principiuꝫ intellectualis operationis acquirit ⁊ tenet formalia eiuſdẽ principia ꝓxima. ſ. ſpecies intelligibiles. quarũ cauſa ĩmediata eſt intellectus agens a quo proxime ponunt̃ in actu ꝑ abſtractionem a ſenſibilibus relucentibus in phãtaſia. Et ob hoc eget etiam virtute ⁊ gradu ſenſitiuo/ non principal̃r/ ſꝫ vt miniſtrãte/ ⁊ vt cã ſine qua nõ. cuiꝯ gratia neceſſarium fuit vt ipſamet anima intellectiua etiã ſenſitiue anime nec non vegetatiue ſine qua ſenſitiua eſſe non poteſt/ naturã haberet atqꝫ virtutem. vt ſic eius vltima per operationem aſſequenda perfectio/ finiſqꝫ naturalis/ in ſua quoqꝫ naturali facultate cõſtitueret̃. Unde ⁊ ipſa ſubſumpta minor ſupra negata/ pro parte prefert ꝙ ſic ꝓpter ſenſitiuam animã vniendam intellectiua requirat vniri/ ꝙ ſenſitiue quoqꝫ vnio in ſuam cedat vtilitatem ⁊ perfectionẽ. vt vꝫ eidẽ intellectiue per vnionem ſenſitiua miniſtret. pro qua parte minor veritatẽ obtinet. Sꝫ vt ambas ſimul partes cõprehẽdit/ ſeu ipſa tota minor ſubſumpta/ claudit expreſſaꝫ cõtradictionẽ ſicut ⁊ maior. ¶ Auctoritates auteꝫ. s. Tho. ad eiuſdẽ minoris probationẽ inducte/ nõ ſuffragãtur ei contra predicta. In p°. n. s. Tho. intendit corpus intellectiue anime nõ deberi ꝓpter intellectionẽ: alioquin requireret̃ corpus ad omniũ intelligentium intellectionem/ ⁊ pro omni ſtatu etiaꝫ anime. Non requiritur etiã ſm ſe/ vt ſit eiuſdẽ operis anime cõprincipium productiuum. Sꝫ hec non

Ad 5ᵐ.

obſtant quin debeaẗ anime cõiungi ẜm ſe propter eſſe ſpecificum ⁊ ꝓpter operationẽ ꝓpriam. non ſolum vt acquirat huius operationis principium.ſ. ſpeciem intelligibilem: ſꝫ etiã ꝓpter eius vſum duꝫ cõiuncta eſt. eo ꝙ neceſſarium habeat dum ſic intelligit/ phantaſmata ſpeculari. Que omnia cũ media ſola virtute ſenſitiua poſſit obtinere/ ſubdit. s. Th. ſꝫ propter ſenſitiuam virtutez. que requirit organum equalr̃ ꝓportionatũ. Hoc.n. ẜm cõpletã anime ſenſitiue conuenit rationem. Non tñ hoc intelligitur quaſi vnio ſenſitiue ſit vltimus finis vnionis intellectiue / ita ꝙ in illo gradu ſiſtat ratio vnionis ⁊ non pertingat ad intellectiuum ſed tñ ad virtutes vtriuſqꝫ partis inferioris etiã gradus. quin potius intẽdit ꝙ nõ ꝓpter virtutes itellectiuas egeat corpore: qꝛ nullius corporis ille ſunt actus: ſꝫ ꝓpter virtutes ſenſitiuas q̃ organũ cuius ſunt actus requirunt equalr̃ ꝓportionatum/ hoc eſt ẜm equalitatez ſeu contẽperantiã qualitatũ elementalium. Nõ negat autem ꝓpter hoc quin egeat etiã corpore ad cõſtituendum cõpoſitũ in vtroqꝫ gradu eſſentiali perfectum. vt dictum eſt. Immo a poſteriori ẜm rationem cauſe efficientis/ a priori vero in rõne cãe finalis hoc ipſum infert. Cũ.n. operatio ſit finis operantis eo ꝙ vnumquodqꝫ ſit ꝓp ſuam operationem. 2° ce. arguens animã ſenſitiuã ẜm ſuas potentias egere corpore vt ſubiecto/ quarũ miniſterio eget itellectiua ad ſui operationẽ/ inferre iã poteſt ꝙ itellectiua eſt ſenſitiue vnita vt cõpoſitum ſit intelligens ſicut eſt etiã ſentiens per eandem vt pº principio operationis/ qđ eſt non niſi forma operantis. Vnũqđqꝫ enim agit inquantũ eſt actu. qđ quidẽ habet a forma. Et ſic ſequitur ꝙ intellectiua vt ſic ſit forma intelligentis. Et huic intentioni cõfert illa que ſubinfertur ſententia. vcꝫ ꝙ qꝛ celũ nõ poteſt habere virtutes ſenſitiuas/ ideo nõ informaẗ intellectiua. Ex hoc.n. infertur ꝙ corpus informatũ ſenſitiua virtute anime intellectiue/ informaẗ etiã itellectiuo gradu. qꝛ ſi negatio eſt cã negationis/ affirmatio quoqꝫ affirmationis ratio erit ⁊ cã. Quo circa ſi ideo celũ non poteſt informari anima intellectiua qꝛ non poteſt eſſe ſubiectum ſenſitiue virtutis / ſequitur ꝙ ſi eſſet talis virtutis ſubiectũ / iã nihil obſtaret quin informaretur anima intellectiua ẜm gradum intellectiuum. De animabus.n. ſingulis ẜm proprios ⁊ diſtinctos gradus ibi ſerioſe inquirit quibꝰ poſſit animari celũ. ¶ Alia autẽ auctoritas ſic intelligiẗ. Intellectus.i. primũ principiũ operis itellectualis abſolute/ nõ autẽ tale vel tale in hoc genere. inquãtum intellectus/ non vnitur corpori: alioquin omne principium intellectualis operationis vniret corpori. qđ eſt falſum in abſtractis. Vniri autẽ corpori ꝑ ſe conuenit intellectuali ſubſtantie ẜm alias vires ſcilicet ſenſitiuas ⁊ vegetatiuas. ⁊ intendit ſubſtãtiam anime prout eſt principium operis ſenſitiue ⁊ vegetatiue partis. Dicit autẽ ẜm alias vires. quia anima ẜm ꝙ eſt principiuꝫ operis/ poteſt dici vis ſiue virtus. Et ob hoc nõ dicit ẜꝫ alias animas: iã.n. putareẗ ꝙ intenderet de tali principio ſub ratione aïe. quod tñ nolebat. qꝛ falſum eſt de ea ſub ratione aïe ꝙ non ſit vnita corpori vt intellectiua eſt. Loqẗ ergo de principio intellectiuo vt ſic/ ⁊ vt formalr̃ diſtincto a principio pº ſenſitiuo ⁊ vegatiuo vt ſic/ ⁊ non vt eminenter aut ẽt formalr̃ continet ea. Tale quippe principium ſub pª rõne p̃ciſe ſumptuꝫ/ nõ vocaẗ aïa/ non vocatur angelus/ non vocaẗ deus. ſꝫ ſimpliciter itellectus ideſt intellectiuum principiũ (vt dixi) ⁊ eſt cõe de his omnibus predicatũ ſubſtantiale. ⁊ ſub hac rõne non vniẗ corpori.i. nõ eſt de ratione ſua ꝙ vniatur corpori. alioquin oĩs intellectꝰ predictus vniret corpori. qđ eſt falſum: quia aliquĩ intellectus inueniuntur q̃ nõ vniuntur corpori.ſ. deus ⁊ angelus. Sed intellectus ideſt principium intellectiuuꝫ ſumptũ ſub ſpãli ratione qua eminenter ⁊ formalr̃ cõtinet alias vires.i. principia prima operũ vegetationis ⁊ ſenſus/ eſt infimi gradus intellectꝰ/ ⁊ vocaẗ anima itellectiua. ⁊ ꝯir eſt actus corporis/ ⁊ vnitur eidez vt forma. Nõ ergo intendit ꝙ alie vires vniantur ⁊ nõ vis intellectiua que alias cõtinent. Sꝫ ꝙ potius ipſe intellectus.i. principiuꝫ intellectiuũ vt alijs viribꝰ idẽptificatur ⁊ ob hoc in infimo gradu inter intellectus oẽs conſtituitur / ex hac infima ſua conditione habet ꝙ naturalr̃ corpori vniaẗ. Ex hoc.n. ꝙ non dixit ẜm alias animas/ dedit intelligere ꝙ nõ de intellectu vt anima eſt ſꝫ ẜm abſtractiſſimam acceptionẽ principij intellectiui vt ſic loquebatur/ dũ dicebat ꝙ nõ vnitur corpori. ad ſupradictum ſenſuꝫ. Et preterea cũ loquaẗ de intellectu vt diſtinguitur ab alijs viribus ẜꝫ rationẽ. vt pꝫ ex modo loquẽdi. patet ꝙ loquitur de intellectu ideſt de principio intellectiuo ẜꝫ gradũ itellectiuũ. Vnde ſequiẗ ẜm predicta verba eius ꝙ intellectus ẜm gradum intellectiuũ acceptus vnitur corpori ẜꝫ alias vires ideſt ẜm ꝙ eſt idẽ realr̃ alijs viribus. Et ſic anima intellectiua inquantũ intellectiua cuꝫ ex hoc ꝙ eſt idez realr̃ ſenſitiue ⁊ vegetatiue anime ſit iſtime nature ĩ genere naturarũ itellectualiũ habet ꝙ ẜm predictum graduꝫ ſit actus ⁊ forma corporis. Sic igitur intellectus inquantuꝫ intellectus.i. ẜm cõeꝫ rationẽ intellectus q̃ analogice cõuenit oĩbus intellectibus.i. omnibus primis principijs intelligẽdi. non vniẗ corpori.i. nõ conuenit ſibi ex tali cõi ratione ꝙ vniatur corpori. alioquin omnes intellectꝰ eſſent vniti corpori. qđ eſt falſum. cũ ſint aliquĩ ſeparati ex ſuis ꝓprijs rationibꝰ: ſꝫ vnitur corpori ẜm alias vires.i. ẜm ꝓpriam rationẽ quã eſt idem realr̃ alijs viribus. Qui intellectus vocaẗ ex hoc aïa intellectiua. Et ſic anima intellectiua nõ inquantum intellectus abſolute/ ſꝫ inquantũ anima intellectiua eſt/ vniẗ corpori. ⁊ hoc eſt dicere ẜm gradum intellectiuũ nõ abſolute/ ſed ſuum. ideſt ipſius anime. Ex hoc tñ ꝙ intellectiua eſt / non dependet ab eo ſicut dependet pura ſenſitiua ⁊ vegetatiua. ¶ Ex his oĩbus formari põt rõ fortis ad ꝯcluſionẽ duplex. pª. Forma cui non debeẗ ꝓpter ſe habitudo cuiuſcũqꝫ vnionis ad corpus. ſed ꝓpter aliud/ eſt forma corporis. vt patet ex terminis taꝫ forme q̃ꝫ vnionis. Ois eniꝫ forma eſt materie forma. Ex hoc etiã ꝙ vniẗ/ forma ẽ. De formali q̃ppe vnione ſermo eſt. ex qua forma cum materia ſit corpus. Sꝫ anima ſecundum graduꝫ intellectiuum eſt huiuſmodi. vt tangit etiã argumentũ. Neqꝫ eniꝫ anima ẜm gradũ ſenſitiuum eſt talis cui nõ debeatur vnio ad corpus propter ſe ſed tantũ propter aliud. ergo ⁊c. 2ª. Forma que ẜm gradum intellectiuũ eſt eadẽ realr̃ anime ſenſitiue ⁊ vegetatiue eſt realr̃ forma corporis ẜm graduꝫ intellectiuũ.



tellectiuũ. Sꝫ anima intellectiua eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. Maior patet ex terminis. Minor autẽ ex cõi conſenſu. Vnde pꝫ auctoritatẽ illã apparenter qdẽ nõ tñ vere militare cõtra cõcluſionẽ determinatã.

## Exceſſus ſuper materiam non tollit anime informationem. Cap. XVIII.

6m. Ad 6m reſpondeẗ ꝙ animam excedere capacitatem materie/ eſt eam non eſſe immerſaꝫ materie aut comprehẽſam a materia. pª. q. 76. ar. x. c./ ⁊ ad 4m. Hoc autẽ importat nõ dependere a materia/ ſꝫ ꝑ ſe ſubſiſtendo informare materiã. vt. s. Th. ibidẽ docet ad 5m. Exceſſus ergo capacitatis materie predicto modo nõ tollit informationẽ materie/ ſꝫ potius ponit/ lꝫ independenter. Ad argumẽtum igitur formlr̃ reſpondendo dicitur. ꝙ formã excedere capacitatẽ materie poteſt intelligi duobus modis. Vno modo formalr̃/ quia vꝫ materia nõ eſt capax informationis illius. quo modo poſſemus dicere ꝙ ſubſtantie ſeparate excedunt capacitatẽ materie. ⁊ ſic conceſſa maiore/ negaẗ minor. Nec adhunc ſenſum tendunt probationes ex ſancti Tho. verbis adducte/ niſi ẜm potentias partis intellectiue que nullo modo ſunt actus materie. Alio modo forma dicitur excedere capacitatem materie independenter/ qꝛ vꝫ nõ dependet ab ea ẜm eſſe / inquantũ põt ſeparata ſubſiſtere. Et hoc modo intẽdit. s. Tho. in locis allegatis in argumento animã noſtrã excedere capacitatem materie etiã ẜm eſſentiã: ⁊ hoc habet ex nobilitate gradus intellectiui. Et ſic corpus dicitur nõ participare animam intellectiuã ẜm totam ſuam nobilitatem atqꝫ virtutem. Hoc igitur modo cõceſſo ꝙ anima excedat capacitatẽ materie/ negatur maior argumenti facti. Et cũ probaẗ quia materia non poteſt informari aliqua forma niſi ẜꝫ capacitatem. Si intelligaẗ ꝙ oportet formã ꝓportionari capacitati materie ẜꝫ informationem/ conceditẗ. Et ſimilr̃ ad hunc ſenſuꝫ cõcediẗ ꝙ nulla mã eſt capax forme que excedit capacitateꝫ eius ẜm informationeꝫ. Vñ nulla mã eſt capax intelligentie ſeparate aut etiã intellectus vt forme. ſecꝰ de anima/ etiam vt intellectiua eſt. Eſt enim materia naturalis capax informationis eius naturalis etiã ẜm gradum intellectiuũ: qꝛ ẜm hunc etiam gradũ eſt ipſa eſſentia anime informãtis materiaꝫ ⁊ cõſtituentis compoſitũ humanum ⁊c. Si aũt illa capacitatis ꝓportio intelligaẗ ẜm dependentiã/ negatur illa maior cum omni ſua ꝓbatione. Et ad hunc ſolũ ſenſum minor vera eſt. ⁊ hoc exp̃ſſe docet. s. Tho. pª. q. 76. ar. 1. ad pm. ¶ Et ſi arguaẗ ꝙ tunc anima ſenſitiua ⁊ ſimilr̃ vegetatiua in hoĩe excederent capacitatẽ materie ſicut intellectiua/ eo ꝙ a materia pariter independeant. Reſpondeẗ ꝙ vtriqꝫ verum eſt realr̃/ eo ꝙ ſint idem realr̃ intellectiue: non aũt vt ſenſitiua vel vegetatiua eſt/ neqꝫ ẜm propriã rationẽ qua ab itellectiua diſtinguunẗ: ſꝫ hoc eis accidit. ⁊ ob hoc neqꝫ potentias habẽt abſolutas a materia ſicut hꝫ intellectiua. ¶ Non minus aũt militaret hoc argumẽtũ contra arguentem. Manifeſtũ eſt enim ꝙ forma potens eſſe ſine materia poteſt dici excedere capacitatem materie. Si ergo abſolute ex exceſſu capacitatis materie inferatur formã ẜm gradũ quo ſic excedit/ materiã non informare/ iam anima ẜm alios etiam gradus nõ informabit materiam. Et ẜm hunc modum anima hominis non ſolũ formaliter vt intellectiua/ ſed nec realr̃ eſſet forma hominis. qđ eſt etiaꝫ contra fidẽ. Nec poteſt opinans iam diſtinguere de exceſſu per ſe/ ⁊ per accidens. vt primũ dicat inferre non informationẽ ẜm gradum exceſſus. non aũt 2m. Alioquin non minori poſſumus nos auctoritate dicere ꝙ per exceſſum anime intellectiue ſummi debꝫ independentia. per hanc enim diſtinguiẗ ab aliaruꝫ animarũ exceſſibus. Hec autẽ independẽtia nõ excludit ſed includit potius anime informationeꝫ. vt dicatur excedere independẽter ⁊ virtualr̃/ eo ꝙ tante ſit virtutis ⁊ dignitatis vt per ſe ſubſiſtat ſicut ẽt perſe operatur. non aũt excedit formalr̃/ hoc eſt vt forma non ſit. ¶ Quod etiã patet ex intẽtione ⁊ verbis. s. Tho. pª vbi. ś. in corpore. docentis formã excedere materiã ⁊ illi nõ immergi quãto nobilior fuerit/ etiã ẜm alios gradus inferiores intellectiuo. immo ẜm etiã corporales ⁊ inanimatos. Sic eniꝫ ait. Quãto forma eſt nobilior/ tãto magis dominaẗ materie corporali/ ⁊ minus ei ĩmergiẗ: ⁊ magis ſua operatione ⁊ virtute excedit eã. Vñ videmus ꝙ forma mixti corporis habet aliã operationẽ q̃ non cauſatur ex qualitatibus elementalibus. Et quanto magis proceditur in nobilitate formarum: tãto magis inuenitur virtus forme materiã elementalẽ excedere. Sicut anima vegetabilis pluſq̃ꝫ forma metallis: ⁊ anima ſenſibilis pluſq̃ꝫ anima vegetabilis. Anima aũt humana eſt vltima in nobilitate formaruꝫ. Vnde in tñ ſua virtute excedit materiam corporalem/ ꝙ habet aliquam operationẽ ⁊ virtutẽ in qua nullo modo cõicat materia corporalis. hec ille. Hoc idem diffuſius explicat. Spiritu. q. 2. c. Anima. q. x. c./ 2°. cõtra ca. 68./ Et in opuſculo contra Auerr. ca. p°. poſt medium. Ex quibus pꝫ ꝙ ex abſoluto exceſſu forme ſuper capacitatem materie / inferre formã nõ informare/ deducit nullaꝫ informare niſi ẜm gradum corporeitatis: qꝛ ẜꝫ omnes alios gradus excedit omnis forma aliquo modo materiam. Inferre autem ex hoc exceſſu determinato anime intellectiue ſuper materiã ꝙ illa vt ſic nõ informet materiã/ voluntariũ eſt. Immo petitio principij: ⁊ ẽ expreſſe cõtra predicta verba. s. Tho. quibus dicit ꝙ anima humana eſt vltima ideſt ſuprema in nobilitate formaruꝫ. Loquitur.n. de ea vt excedit. ergo ẜꝫ gradũ intellectiuum eſt forma/ ſed ſuprema. ¶ Quia vero s. Tho. in pluribus locis dicit animam excedere capacitatem materie ẜm potentias intellectuales/ ⁊ tamẽ ipſam eſſe corporis actum atqꝫ formam. vt pꝫ pª. q. 76. ar. 1. ad pm. ⁊ ad 4m. ideo ad auctoritates eiꝰ in oppoſitum inductas. quibus videtur velle ꝙ taꝫ ẜm eſſentiam q̃ꝫ ẜm potentias corpus excedat ⁊ eodem mõ: quinimo ꝙ exceſſus eius ẜꝫ potẽtias cauſeẗ ab exceſſu illius ẜm eſſentiã. quaſi ſequaẗ ꝙ ſi intendat exceſſuꝫ potentie ſuꝑ mãꝫ ꝑ non informationẽ/ a maiori talis eſſe debeat exceſſus eſſentie. reſpondetur generalr̃ ꝙ cũ potẽtia ſit accidens. qđ ex ſua ratione habet ꝙ in eẽ ⁊ operari a ſubſtãtia depẽdeat. id qđ immediate vel proxime conuenit accidenti/ cõuenit etiã ipſi ſubſtantie nõ proxime / ſꝫ quaſi primo principio: ⁊ attribuitur illi per ipſum accidens a ſe dependens. Et ꝓpterea. s. Tho. pª. q. 77. ar. p° ad 4m. ſic ait ad hoc ipſum propoſitum deſeruiens. Hoc ꝙ forma accidentalis ſit actionis principium habet a forma ſubſtantiali. Et ideo forma ſubſtãtia

lis eſt primum actionis principium/ſʒ nõ proximũ. hec ille. Sicut ergo forma ſubſtantialis ex predicta dependentia accidẽtis a ſubſtãtia dicit̃ operari opera quorũ proximum principium eſt eius proprium accidens. ita etiã diceretur excedere materiã eo modo quo excedit ſuũ accidens. ſed per illud proxime ⁊ formal'r: per ſe autem tñ virtual'r ⁊ primo. Quũ ergo dicit. s. Tho. ideo potẽtias anime excedere capacitatem vel proportionẽ materie/ qꝛ eſſentia excedit. intendit ꝙ eſſentia anime excedit capacitatem illã etiam per negationẽ informationis: ſʒ hoc nõ ratione ſui formal'r/ quaſi inquã ipſa nõ ſit forma materie: ſʒ ratione potentiarũ. Eſt.n. nõ actus materie per potẽtias ſuas formal'r/ p ſe autẽ virtualiter tñ. Formal'r autẽ eſt act⁹ materie/ ſed indepẽdenter: ex qua tñ independẽtia dicitur materie capacitatem quã formal'r actuat etiã excedere. Et ſic interpretari debẽt omnia dicta ſancti Tho. in argumẽto producta. Que interpretatio expreſſe habetur ex ſententia illa. Anima q. 11. ad 17m vltimo inducta. Id tamen quod affert̃ ex q. 2. c. ſi. aliqual'r videt̃ difficultatem facere. nõ eſt tamẽ cõtrariũ premiſſis ſʒ cõforme. Dictum eſt.n. ꝙ anima intellectiua excedit capacitatem materie virtual'r ⁊ per independentiã. cui non obſtat ꝙ formal'r inſit materie. vt dictũ eſt. Scdʒ ergo ꝙ pdicto modo materiã excedit/ ineſt ei potentia ad intelligibilia. ſ. intelligẽda. ⁊ hoc nõ niſi per potẽtiã intellectus q nõ eſt actus materie. Et ſm hoc ſi nihil aliud haberet/ nõ haberet operationes ⁊ vires in quibus cõicat ei corpus. Sʒ qꝛ habet cũ hoc etiã ꝙ ſit actus materie/ iam ei cõuenit vt habeat vires quibus cõicat ei corpus. ita ꝙ intellectiua anima vt intellectiua anima eſt. non autem ſimpliciter vt intellectiua ſubſtãtia eſt/ habet ꝙ corpori vniatur: ⁊ nihilominus ꝙ corporis pportionẽ predictis modis excedat. Inquantum ergo excedit/ habet vires ĩtellectiuas. Senſitiuas aũt ⁊ vegetatiuas habet ſm ꝙ corpori vnitur. Et ꝙ hoc habeat ẽt inquantũ intellectiua eſt/ ſʒ tñ vt talis infime nature intellectiue. pʒ qꝛ hʒ eas vt deſeruiant ſue pprie operationi: ⁊ pñr ex propria natura. vt vʒ ipſa propria natura ordinat̃ in finem ſuũ propriũ naturalẽ. Vnũqdqʒ.n. eſt pp ſuam ppriã operationẽ. Et hec egregie docet. s. Th. Anima. q. 8. vbi ſic ait in principio. Cum materia ſit pter formã ⁊ non econuerſo. ex parte aĩe opʒ accipere rationẽ/ quale debeat eſſe corpus cui vnitur. Unde 2° de anima dicitur ꝙ anima nõ ſolum eſt corporis forma ⁊ motor ſʒ etiam finis. Anime autẽ humane ideo naturale eſt corpori vniri quia cũ ſit infima in ordine intellectualium. non habet anima humana intelligibiles ſpecies ſibi natural'r inditas/ quibus in operationẽ propriam exire poſſit que eſt intelligere/ ſicut habent ſuperiores ſubſtãtie ĩtellectuales: ſed eſt in potẽtia ad eas cũ ſit ſicut tabula raſa in qua nihil eſt ſcriptum. vt dicitur in 3° de anima. Unde opʒ ꝙ ſpecies intelligibiles accipiat ab exterioribus/ mediantibus potẽtijs ſenſitiuis/ que ſine corporeis organis operationes pprias habere nõ poſſunt. Vñ ⁊ animã humanam neceſſe eſt corpori vniri. hec ille. Ex quibus pʒ ꝙ cũ loquatur de anima humana vt humana eſt/ ⁊ pñr ſm cõpletũ graduũ ⁊ perfectionũ eius eſſentialium numerum/ ⁊ dicat ꝙ ex parte eius opʒ ſumere rationem vnionis ſue cũ materia: ⁊ rationem ſumãt ex parte gradus intellectiui ſm vʒ ꝙ eget ſpeciebus ad habendã operationem ppriam talis gradus. pʒ ꝙ ſm talẽ gradum eget vniri corpori. ¶ Et ſi dicat̃ ꝙ ab eo ſumitur ratio finalis nõ formalis/ quaſi poſſit inferri ꝙ ſm eum fiat formalis vnio. ſed ꝙ perfectio ſm eundẽ gradum ⁊ ſm operationem ei ppriã ſit finis vnionis. ¶ Cõtra. A perfectione operis vt a cauſa finali ſumitur ratio ad vnionẽ anime intellectiue vt ex tali vnione habeat ꝙ ſibi ſic vnite deſeruiat ſenſitiua. de illa.n. anima querit̃ ⁊ concluditur vbi ſupra ⁊ alibi. puta pa. q 76. art. 5. (vbi eadẽ ratio affertur a. s. Tho.) ꝙ debeat vniri corpori humano/ cui ſenſitiua de qua nõ eſt dubium ꝙ vnitur corpori/ debeat deſeruire. Talis autẽ nõ eſt niſi ipſa ĩtellectiua vt ſic. Neqʒ enim ſenſitiua ſeruit anime humane vt ſenſitiua eſt. Illa ergo q̃ vnitur vt ſibi ſenſitiua deſeruiat/ eſt anima intellectiua ſʒ gradum intellectiuũ. Ex qua etiã vnione habet ſenſitiua nobiliora opera q̃ʒ per ſe haberet: qꝛ ſi non eſſet eadem intellectiue inquantũ vnita/ lʒ ſʒ rẽ eſſet nobilior q̃ʒ in brutis/ nõ tñ inquantum vnita. Potentie autẽ ſenſitiue ⁊ earũ perfectio tã in eſſendo q̃ʒ in operando/ cõſequuntur eam etiã in homine inquantum eſt vnita corpori. Et ſic opera extimatiue noſtre q̃ appellat̃ cogitatiua/ nõ eſſent nobiliora q̃ʒ in brutis: neqʒ phantaſia noſtra ſicut neqʒ brutorũ preparare poſſet phantaſmata intellectui. Et ſic de alijs/ q̃ conceduntur in homine nobiliora opa partis ſenſitiue/ q̃ʒ in brutis. Et ſic non poſſet deſeruire intellectiue. quod eſt dicere ꝙ eadẽ ſm vnũ gradũ. ſ. ſenſitiuum/ nõ poſſet deſeruire ſibiipſi quo ad opera ſʒ alium. ſ. intellectiuum. qꝛ nõ eſſent opa tante dignitatis niſi procederent ab ea inquãtũ eſt idẽ intellectiue. Et cũ pcedãt ab ea vt vnita eſt: opʒ ꝙ vniat̃ etiã vt eſt idẽ intellectiua/ ⁊ non tñ vt ſenſitiua eſt. Ergo etiam vt intellectiua eſt/ vnitur. Vt hinc non ſolum appareat inefficacia ſexti argumenti/ verum etiã principalis concluſionis veritas manifeſta. vt ſupra ratione 26 etiã tactũ eſt. ¶ Et põt etiã ex dictis in hac ſolutione formari ratio pro concluſione/ cuius tñ virtus multotiẽs reperita eſt. vʒ. Forma q̃ ſic excedit capacitatem materie operantis ꝙ eſt primum principiũ operum non per organum corporeum productorum/ eſt forma ipſius operantis: qꝛ vnumquodqʒ agit inquantum eſt actu per ſuam formã. Sʒ anima ĩtellectiua ẽ huiuſmodi. ergo ⁊c.

Euaſio.

Impugnatio.

## Subſiſtentia & organorum vſus non tollunt aĩæ informationem. Cap. XIX.

Ad 7m negatur maior cum ſua probatione. Non enim forma dicitur perſe ſubſiſtens qꝛ non ſit in corpe aut nõ informet corpus. Alioquin neqʒ ſm eſſentiam ſuam anima intellectiua per ſe ſubſiſteret: ⁊ minus ſm gradum vegetatiuum aut ſenſitiuum ſubſiſteret in homine. Et conſequenter nullo modo. quod eſt hereticum. Sed ex hoc noſtra anima dicitur per ſe ſubſiſtere in corpore quia cum informet corpus illi cõicando proprium eſſe: ab ipſo corpore informato/ nullatenus ſm eſſe dependet. Sed habet ex ſe ſufficienter vnde ſit/ ſine alia cauſa materiali in eſſendo. Eſt.n. anime proprium vt ſit independenter abſolute: lʒ tale eſſe dependeat a corpore vt eſt eſſe compoſiti primo id eſt adequate ⁊ complete ſm perfectionẽ totius in ſpecie. Operari autem dicit̃ per ſe anima non qꝛ nõ dependeat ab aĩa ipſm operari ſed: qꝛ operat̃ non cõcurrente corpe vt pncipio operis: ⁊ pñr nec vt ſubiecto. Et ratio differentie eſt quia operari eſt accidẽs/ eſſe autẽ anime ſubſtantia. Cum ergo accidentis eſſe ſit ineſſe. ſ. ſubſtantie/ ⁊ ab ea dependere natural'r/ nõ poſſet ipſum operari/ eſſe in corpore/ niſi a corpore ſubiecto ſuo depẽderet. Et ſic anima non poſſet dici per ſe habere tale operari: ſicut non poteſt dici per ſe ſentire. Subſtãtie autẽ eſſe nõ eſt ineſſe/ ſʒ potius ipſa ſubſtantia eſt ens per ſe ex ſui natura independẽter ab alio in ratione ſubiecti: licet contingat dependere in ratione partis a toto. vel ſm eſſe vt cetere forme ſubſtantiales. vel tantũ in hoc qd̃ eſt habere ſuam completam perfectionem: ⁊ hoc anime intellectiue ſoli conuenit. Unde non repugnat eam eſſe in alio/ ⁊ ab eo nõ dependere ſʒ eſſe. Eſt.n. in cõfinio formarũ pure ſpiritualium quales ſunt angeli: ⁊ formarum materialium. Unde cum illis participat independentiam a materia ſm eſſe: cum iſtis vero informationẽ materie. Non eſt etiam verum ꝙ ſolum ſm gradum intellectiuum dicatur anima noſtra ſubſiſtere/ ⁊ a non per ſe ſubſiſtente diſtingui. Licet.n. gradus intellectiuus ſit ratio cur anima noſtra ſubſiſtat/ non tamen ſubſiſtit ſm illum tantum ſed ſm totam eſſentiam ⁊ omnes gradus ei⁹/ ẽt ſm gradum corporeitatis. Et licet ita ſe habeat ad eſſe ſicut ad operari quantum ad hoc ꝙ ſicut per ſe operatur anima ita per ſe ſubſiſtit: ⁊ ſi non per ſe operatur non per ſe ſubſiſtit ⁊ econuerſo: non tamen ita ꝙ ſm omnem eundem gradum quo per ſe ſubſiſtit/ per ſe ẽt operetur: neqʒ ita ꝙ eadem ratione vel eodẽ modo quo per ſe operatur/ per ſe etiã ſubſiſtat/ quaſi ſit idem modus perſeitatis in operando qui eſt in eſſendo. Alioquin ſicut operari eius eſt a forma abſtracta a phantaſmatibus/ ita eſſe eſſet a forma abſtracta a materia. ⁊ huiuſmodi. Et ratio differẽtie notiſſima in via ſancti Thome/ ſupra aſſignata eſt. Unde patet cauillum hoc debile fuiſſe. Poteſt autẽ ex dictis formari talis ratio p concluſione. ¶ Forma que ſic ſubſiſtit ꝙ tamen cõicat ſuum eſſe quo ſubſiſtit ipſi materie/ informat ipſam materiam. Sed anima intellectiua vt ſic eſt huiuſmodi. ergo ⁊c.

Ad 7m.

Ad 8m.

¶ Ad 8m. negatur minor. Cũ.n. aĩa ſm ſuam cõem diffinitionem ſit actus corpis organici phiſyci/ nõ qꝛ ſit organicum ⁊ phiſycum ſeorſum ⁊ poſtea animatum/ ſed quia hec habet per animam/ ſicut corpus eſt lucidum per lucẽ que eſt actus eius. pa. q. 76. ar. 4° ad pm. oportet ꝙ omni anime ⁊ pñr intellectiue vt ab alijs diſtinguitur hoc ipſum cõueniat. Quod etiam indicat humani corporis organizatio diuerſa ab organizatione corporũ brutorum ſm proportionem humanarum operationum ⁊ virtutum operatiuarum. Requirit.n. anima intellectiua vt ſic propriã ſui corporis organizationem ad exercenda opera hominis vt homo eſt. ex quo habet homo diſtinctam corporis ſui figurã vt patet: ⁊ diſtincta organa ab organis brutorum. vt maxime patet in manibus/ q̃ vt pʒ per Phm 4° de partibus ca. 9°. ſunt rationis organa determinata. Dicit.n. ꝙ quia homo eſt prudentiſſimus omnium animalium/ ideo manus obtinet. Et. s. Tho. pa. q. 76. ar. 5. ad 4m. dicit ꝙ manus ſunt organa organorum data homini propter animam intellectiuam inquantũ eſt aprehenſiua vniuerſalium: ⁊ ſic habet virtutem ad infinita: quatenus per manus poſſit ſibi prepare inſtrumenta infinitorum modorum ⁊ ad infinitos effect⁹. Ad probationem autem negate minoris/ dicitur ꝙ opus anime ſecundum gradum intellectiuum eſt duplex. quoddam elicitum a virtute intellectiua: quoddam vero imparatum ab eadem vt ſic. De primo negatur ꝙ omne organum ſm aliquem gradum ſit pptec exercendam operationem propriam ſm ilium gradum: quod tamen eſt verum diſiunctiue de p° vel 2° opere. ⁊ tunc negatur minor probationis. Opus.n. intellectiue vt ſic/ nõ quidẽ a potentia intellectiua elicitum/ de quo intendit Phs in 3° de anima: ſed id quod ab ea vt ſic eſt imperatum/ exercetur per organum organorum. Sicut apparet in operibus artium ⁊ prudentie exterioris. Primum enim talium operum principium eſt intellectus per voluntatẽ. Habitus autẽ intellectuales ſunt prime rationes operãdi/ ſicut ſpecies intelligibiles. Act⁹ quoqʒ interiores ſicut diſcurſus rationis iudicantis per habitum vel ſine habitu iam perfecto/ ſunt prime rationes operandi extrinſece ſeu opera exteriora/ cõformiter rationi ſeu iudicio intellectus/ ſiue bono ſiue malo. Talia ergo opera exteriora dicũ ppria opera intellectus ſm ꝙ mouet corpus. Nec tamen neceſſario per determinatum organum cui⁹ actus ſit aliqua virtus operatiua: ſed ſufficit ſi anima ipſa ſit actus illius partis puta manus ſicut eſt actus toti⁹ corporis. Unde. s. Tho. 2°. cõtra ca°. 90. ratione 2a dicit. Omnis forma corporis hʒ aliquam propriam operationem per corpus. Intellectus aũt non habet aliquam operationem ad corpus pertinentem niſi ſm ꝙ mouet corpus ⁊c. Nec oportet ꝙ talia organa rationi primo deſeruientia informentur aliqua viture ſpeciali cuiuſcũqʒ anime: ſed ſufficit ꝙ informentur forma ſubſtantiali totius: ⁊ nihilominus diſponantur habilitate naturali ad motum cauſatum a virtute motiua partis ſenſitiue: inquantum tamen regitur a ratione imparante talem motum/ ſuppoſita voluntate que nõ mouet niſi mediante virtute motiua particulari. Hec ille. ¶ Poteſt autem ex dictis elici ratio p concluſione. Quia forma cui debetur elegantior organizatio corporis ad exercenda opera imperata a volũtate/ q̃ʒ debeat̃ ſenſitiue ſoli vel vegetatiue ad exercenda opera naturalia ſibi propria/ eſt forma corporis ſm propriã rationẽ qua diſtinguitur a ſenſitiua ⁊ vegetatiua. Sʒ anima intellectiua vt ſic eſt huiuſmodi. ergo ſʒ propriam rationem ⁊ conſequenter vt eſt intellectiua eſt forma corporis.

## Non habere propriam operationem per corpus elicitam, eſſe quoq; beatificale, nõ negat informationem anime intellectiue vt ſic. Cap. XX.

Ad 9m. Ad pam formam.

Ad 9m ſm primam formam dicitur ad maiorem conformiter ad ea que dicta ſunt in fol. 8. ꝙ duplex eſt actus anime ĩtellectiue: elicitus inquã ⁊ imperatus. Formam quoqʒ habere aliquam ope

rationem propriam elicitã mediante corpore cuiꝰ eſt forma/poteſt intelligi duobus modis. Uno modo ꝙ habeat aliquam talem propriam operationeꝫ ſm omnem gradũ quo eſt forma corporis. Alio modo ꝙ ſaltem ſm aliqueꝫ. S. Tho. ergo cuius eſt illa maior/intendit ꝙ omnis forma corporis habet aliquam elicitam propriã operationẽ ſm gradum aliquem quo informat corpus: non autem neceſſario ſm omnem. Et habetur hoc ex verbis eius ibi quibus dicit ꝙ ſi corpori elementali ſimplici vniretur anima intellectiua/⁊ non ſenſitiua vel vegetatiua/ oporteret ꝙ haberet aliquas operationes proprias ſm potentias intellectiuas/alias fruſtra vniretur. Quaſi diceret. Si eſſet ſimul etiã ſenſitiua ⁊ vegetatiua/ſufficeret habere aliquas operationes ſm tales partes ad hoc ꝙ non fruſtra vniretur/ſi ſm gradum intellectiuum non habeat ꝓprias per corpus

Obio. elicitas/ſed tantum ĩperatas. ¶ Si quis autẽ obijciat ꝙ operationes que ſunt ſm alios gradus non ſunt proprie anime intellectiue ſed cões brutis: in homine autẽ ſunt ipſius coniuncti. ¶ Reſpondetur

Reſponſio. ꝙ ſunt proprie/q: non ſunt extranee: non auteꝫ q: non ſint communes vel ipſius coniuncti. Et illo modo accipit ꝓprias operationes ibi. s. Tho. Sunt ẽt proprie/quia non ſunt in brutis tales/ hoc eſt tante perfectionis. vt ſupra in fol. 6 dictum eſt. Sunt ẽt proprie finaliter/licet ſint coniuncti elicitiue. Ordinantur enim ad ſic proprias ꝙ non cões ſeu per corpus exercitas. Quedaꝫ etiã ſunt ita proprie anime intellectiue vt ſic/in ratione imperãtis ⁊ primi mouentis/vt non niſi vt inſtrumentum intellectus ad eas corpus concurrat: ⁊ ad fineꝫ intellectualem terminantur vt ab eo ſolo originem trahunt. vt patet in omnibus operibus artium. Et iſte non ſunt cões brutis. Et de his principal͛r hic eſt ſermo. ¶ Quod autem dicitur animam intellectiuaꝫ vniri corpori quia eſt eadem anime ſenſitiue/ non infert ꝙ ſolum ſm gradum ſenſitiuum/immo ꝙ ſm gradum intellectiuum vniatur. vt patet ex verbis. Illa enim vnitur que eſt eadem ſenſitiue. hec eſt autem intellectiua. Neqꝫ enim ſenſitiua dicitur eadẽ ſenſitiue. Secundum ergo gradũ quo eſt intellectiua/vnitur: cũ ſm hunc ſit real͛r eadem ſenſitiue. Hoc autẽ habet inquantum eſt infima inter alias ſubſtantias intellectuales. Ex qua ignobilitate habet connexionem realem cuꝫ formis que ſm naturam ſuam corporee ſunt ⁊ corruptibiles/qualis eſt etiam anima ſenſitiua vt ſic. ¶ Patet igitur ꝙ maior aſſumpta non eſt vera ad ſenſum arguentis. Et ad primam probationem maioris vlterius inductam/negatur conſequentia. Licet enim vnumquodqꝫ agat inquantuꝫ eſt actu: quia operari non eſt niſi exiſtentis in actu: ⁊ quia etiam omne actu exiſtens habet aliquaꝫ operationem propriam ſm propriam conditionem ẽt illius actus et etiam ſm gradum: non tamen ſequitur ꝙ agens ipſum habeat talis principium proximum conforme ſibi in hoc quod eſt eſſe compoſituꝫ ex materia ⁊ forma. Sed ẽ fallacia figure dictiõis/ ab eſſe rei ad moduꝫ rei. Quaſi arguatur. Eſt agẽs/ ergo tali mõ. Quod ſi de modo intẽdat aſſumptũ/ negatur. ¶ Ad 2am probationeꝫ maioris illius. negatur etiã aſſumptũ de maiori ſimplicitate ſm qd. Sicut enim ſupra ad confirmationẽ 4 ad hoc ipſuꝫ motiuum reſponſum eſt/ſtat accidens eſſe ſimpliciꝰ ſm qd ipſa ſubſtantia: non tamẽ eſt nobilius. Immo omnis nobilitas accidentis/maxime proprij/in ſubſtantiam virtualiter redundat. Ex ſimplicitate etiam anime noſtre tam actuali / quia non eſt compoſita ex his/ q̃ꝫ virtuali quia eleuatur ſuper ꝓportionem materie cũ qua facit compoſitioneꝫ naturalem/procedit ꝙ habeat potentias tante ſimplicitatis ⁊ ꝑũr etiam nobilitatis ꝙ non ſint actus corporis. vt ſepe dictum eſt. ¶ Ad 3am negatur vltima cõſequentia: que vtriqꝫ bona eſſet ſi noſtra aĩa ſic poneretur actus corp̃is ꝙ eẽt ei immerſa. Sicut optime dicit. s. Tho. 2o contra ca. 69. vbi reſpondet tribus predictis probationibus a ſe factis ſupra. ca. 56.

¶ Ad 4am dicitur ꝙ ſat eſt compoſito ꝙ ſit operans ⁊ eius ſit operatio: quamq̃ꝫ a compoſito non immediate eliciatur/ſed mediante potentia eius non cõpoſita/neqꝫ actu parte cõpoſiti: ſed exiſtente ſubiectiue immediate in ſola forma. Quicquid. n. eſt forme proprie alicuius formati/ipſo formato cõſequenter attribuitur. ¶ Patet igitur argumentum quo ad eius primam formã non procedere. Sed poteſt potius ex dictis in ſolutione/ ratio formari ꝓ cõcluſione/ talis. Forma habens propriam opationẽ per corpus elicitã/ informat tale corpꝰ. Sed anima intellectiua vt ſic eſt huiuſmodi. quia ſꝫ hanc infimã ſuam naturã inter intellectualia eſt eadẽ ſenſitiue. cuius opus propriuꝫ ideſt non extraneum. propriũ etiam ſm eam dignitatem ⁊ perfectionem quã brutum habere non poteſt/elicitur per organum corporale. vt patet. ergo ⁊c. ¶ Ad idem argumẽtum iuxta 2em formam dicitur primo ꝙ gradus forme nõ

Ad 2e formã. dicitur ꝓprie informare: ſed forma eſt illa que dicit̃ informare ſm graduꝫ/ hoc eſt conſtituendo formatum in tali gradu/ſeu eleuando vſqꝫ ad talem gradum ſeu perfectioneꝫ gradualẽ. Conceditur tamẽ ad hunc bonũ ſenſum/ꝙ forma vt ſtat ſub tali gradu informat. Et tunc dicit̃ ꝙ talem formã eſſe principium operationis ipſius compoſiti conſtituti/ poteſt dupliciter intelligi: eo ꝙ operationẽ eſſe compoſiti poteſt accipi duobus modis. Uno modo vt elicientis eam. Et hoc modo negat̃ maior argumenti. Et ad probationẽ negatur conſequentia. Stat eniꝫ ꝙ compoſitum ſit ens naturale: ⁊ propter operationem ſuam vt propter finẽ: ⁊ tamẽ non ſit eius immediatum principium: neqꝫ per immediatũ ꝑncipiuꝫ compoſituꝫ. vt dictũ eſt. Sed poteſt eſſe non cõpoſitum. Et etiam ipſa forma dicet̃ principiũ talis operationis mediante potentia. Immo nulla ſubſtantia/⁊ minus compoſitũ ſubſtantiale poteſt eſſe principium operis ꝓximum in creaturis. pa. q. 54 ar. 3. q. 77. 1. Sed neqꝫ ſi ſubſtantia que eſt remotuꝫ principium operis compoſita eſt/ neceſſario principiuꝫ proximum eliciens eſt compoſituꝫ accidentale: niſi forma talis ſubſtãtie ſit immerſa materie. vt ſupra dictum eſt. Alio modo poteſt intelligi operationeꝫ eſſe cõpoſiti vt principal͛r operantis: quia ⁊ vt principaliter exiſtentis/⁊ ſic negat̃ minor. Et ad probationem dicitur ꝙ lꝫ operatio illa ſit propria anime vt elicientis: eſt tamen etiã propria hominis vt operantis principal͛r. Homo enim eſt qui intelligit per animam ⁊ intellectum/quaſi per quedã ſuoruꝫ operum principia quaſi inſtrumentalia. Per animam

enim



enim dicit̃ homo intelligere ⁊c. ⁊ non anima per hominem. Et dicetur forma operari vt quod inquantum ſubſiſtit: ⁊ vt quo inquantum forma. compoſitum autem vt quod principale completum in ſpecie. Et ſic diuerſimode contingit reꝫ operari inquã tum eſt actu: ⁊ non vniformiter. vt ſupra deductum eſt. Qꝫ autem dicitur operationeꝫ intellectiuam eſſe propriam anime ⁊ non coniuncti/verum eſt elicitiue ⁊ per potentiã que eſt ſubiectiue in anima immediate/non autẽ in coniuncto. Eſt tamen coniuncti vt principaliter operantis. vt declaratum eſt. ¶ Ut ex his formetur rõ ꝓ concluſione que ſupra etiam in fol. primi tacta eſt. Quia vꝫ forma que eſt principium primum alicuius operis proprij attributi formato ⁊ compoſito vt agenti principali ⁊ vt quod agit/ ⁊ nullo modo vt quo. eſt forma talis compoſiti. Sed anima intellectiua ſm gradum in-

Ad 3am formaꝫ. tellectiuum eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. ¶ Ad 3am formam. negatur conſequentia. Operationes enim intellectuales cõueniunt homini in eo ꝙ homo/ ideſt ſm ꝙ cõſtituitur in ſpecie hominis per gradum rationalem/vt operanti principali: non autem vt elicienti opus: ſed hoc modo ſunt ſolius anime ꝓprie. Negare autem ꝙ homo in eo ꝙ homo ſit quid compoſitum/eſt ponere ꝙ ſit ſimplex. Eſt enim homo in rerum natura etiã inquantuꝫ homo: etiã vt ſic diſtinguatur a brutis. Redibit ergo vel poſitiõ Platonis ꝙ anima intellectiua ſit homo. Uel hoc magis abſurdum/opus erit confingere. ꝙ vꝫ homo inquãtum animal ⁊ viuum / ſit quid compoſitum ex materia ⁊ forma. inquantum vero homo ſit ſimplex aliqua ſubſtantia ſeparata. vt redeat iã in orbeꝫ idea/ que per ſe hominem dicit/ ab Ariſtotele olim a natura ſecluſa. ¶ Unde potius hinc eliciendũ eſt fortiſſimum argumentuꝫ ꝙ quia homo in eo ꝙ homo/ eſt compoſitus ex materia ⁊ forma/ que non eſt niſi anima intellectiua vt ſic. (Ab hac. n. ſumitur differentia que illum conſtituit a ceteris diſtinctuꝫ: hoc etiam eſt principium operationis intellectus ⁊ voluntatis/vt paulo ante ⁊ in fol. 2. ⁊ ratione 20a. deductũ eſt.) Ideo anima ĩtellectiua vt intellectiua/

Ad 4am formaꝫ. eſt forma ſubſtãtialis ipſius hominis. ¶ Ad 4am formam/conceſſa maiore non niſi ad ſenſum datuꝫ/negatur minor. Ad probationem autem negatur maior niſi funditus forma pereat: quia vꝫ tale compoſitum ſic corrumpatur vt foma eius non maneat ſeparata. Aliogn poterit opatio remanere ſicut ⁊ eius principium. ſ. potentia in ipſa forma ſubiectiue: ſicut etiam in ea erat qñ conſtituebat cõpoſitũ.

Ad 5am formaꝫ. ¶ Ad 5am formam negatur minor. Ad probationẽ dicitur vt ſupra. Si enim intelligat̃ ꝙ omne viuẽs habet aliquam operationem vitalem propriã ideſt ſibi primo ⁊ proxime conuenientẽ/vt elicitiuo operis immediato/falſiſſimum eſt abſolute. Si vero vt elicitiuo mediante potentia / ſic vt ⁊ illa ſit actus alicuiꝰ partis corporis: hoc ẽt negat̃. vt dictũ eſt. Et hec erat intẽtio arguẽtis. Eſt tñ talis opatio ſic ſibi ꝓpria ꝙ non cõuenit alteri a ſe ſm ſpeciẽ diſtincto: ⁊ ſibi etiã conuenit vt principali agenti. Licet eniꝫ ſit anime ſolius vt immediati ſubiecti potentie operatiue/ ⁊ anime vt operantis proximi: eſt tamen cõpoſiti vt operantis primi ⁊ principalis. vt ſepe dictum eſt. ¶ Poteſt autẽ ex oppoſito argumenti formari ratio pro concluſione. Nam compoſitum pertinens ad ſpecialem gradum viuentium ⁊ ab alijs gradibus condiſtinctũ/eſt viuens per formam qua in tali gradu primo conſtituitur. Patet iſta ex terminis. Sed conſtitutũ ex anima intellectiua vt ſic ⁊ corpore humano pertinet ad ſpecialem gradum viuentium. ſ. intellectiuum condiſtinctum a ſenſitiuo/motiuo ſm locum ⁊ vegetatiuo: ⁊ hoc non niſi per ipſam animaꝫ intellectiuam vt ſic. ergo ipſa ſꝫ ꝙ intellectiua eſt/forma illius eſt. Hec autem ſunt adeo nota ex 2o. de Anima. t. c. 13. 18. ⁊ 24. ⁊ alibi ſepius per Philoſophum: ⁊ in doctrina ſancti Thome ita vulgata/ ab omnibus quoqꝫ ſapientibus ita ſunt vnanimiter confeſſa/vt non poſſim non plurimum mirari ſi Philoſophus ingenioſus contraria ſentiat/ vel etiaꝫ ſuſpicetur: Quis nam vnq̃ꝫ ſonniare potuit in philoſophia hominem vt ſic nõ cõpoſitum/non viuentem/non operantem: Si ſic oberramus in limine: ⁊ cecutimꝰ in nobiſipſis: quis nobis mutuabimur lumẽ quo videamus extranea: Perire etiã operationem intellectus creati cum deſinat/nõ inconuenit: licet non funditus pereat inquantum remanent eiꝰ principia quibus poteſt reiterari. Alio tamen modo intelligunt anime ſeparate ⁊ alio coniuncte. Sꝫ neqꝫ operationes ſenſitiue ſic pereunt vt nullatenꝰ remaneant earum principia. Remanent. n. in anima ſeparata virtutes etiam ſenſitiue: non tamẽ formaliter ſed ſicut in radice. vt docet. s. Tho. Anima q. 19. c. ſi. ¶ Poteſt autẽ reflecti ratio. quia nobiliꝰ viuens nobiliori etiã modo ⁊ nobiliora exercet opera vite. Sed viuens vita intellectiua eſt nobilius ceteris viuentibus compoſitis. ergo nobiliori modo ei conueniet propria operatio que eſt etiã nobilior. Hoc autem non eſt niſi quia ſic operatur per formã ſuam ꝙ ipſa etiam dicitur per ſe operari ⁊ non per organum corporeum vt comprincipiũ. Talis auteꝫ forma ẽ aĩa intell͛iua vt ſic. ergo ⁊c. Ex his oĩbus patet extrema ruina illius 9 argumenti tm̃ põderati.

¶ Ad 10m principale: negatur minor cõformiter ad predicta. Cum enim beatitudo conſiſtat in operatione intellectiua. 10. eth. eo modo conueniet homini eſſe beatificale quo conueniet ei poſſe operari intellectualiter. Sicut ergo ei conuenit operatio talis vt principali agenti/ita ⁊ eſſe beatum ſeu beatificabile. Alioquin ſi compoſitũ hominis non ſit beatificabile/cum homo ſit eſſential͛r compoſitus/ei nõ conueniet beatitudo magis q̃ꝫ beſtijs inquantũ cõpoſitus eſt: nec pertineret ad beatitudineꝫ vnio aĩe cum corpore. Unde ſeparate anime talem vnioneꝫ non deſiderarẽt ad perfectionem ſue felicitatis. qđ nedũ contra philoſophiam verum etiam contra ſacras lr̃as Apoc. 6. militat. Beatitudo autꝫ dicitur proprius actus anime ⁊ non coniuncti vt elicientis actum ipſuꝫ: ſicut omnis alius actus intellectualis. ſecus vt principaliter operantis. vti ſupra declaratum ſepius eſt. ¶ Reflectitur autem argumentum. quia homo inquantum homo beatificabilis eſt beatitudine taꝫ naturali q̃ꝫ ſupernaturali. Sed homo inquantum homo eſt compoſitus ex corpore et ex anima humana vt forma. Ergo compoſitum tale eſt beatificale. Sed non ratione materie aut compoſitionis ex alijs formis: ſed ſolum ratione anime intellectiue: cuꝫ beatitudo pꝰ recipiatur in mente.

Ad 10m

Ergo anima intellectiua vt ſic eſt forma eius. Alioquin ipſe non beatificaretur per intrinſeca ſua: ſed per extrinſeca quibus formaliter conueniret beatitudo: homini vero nõ niſi denominatiue. Quis vnquam cogitare potuit in vniuerſitate rerum hominem ſolum expertem ſui vltimi finis inquantum homo. orbatum ex natura ſua felicitate / ad quam tamen vt homo eſt ⁊ ſm mentem ipſaꝫ naturaliter diſponitur ⁊ ordinatur? In quot incidit errores patentiſſimos ⁊ grauiſſimos vt vnũ defenderet hic homo ſolum, quãquam horrendum.

## Nullam ſancti doctores vel clariſsimorũ Thomiſtarum auctoritatẽ aut ſententiã, propoſitũ principale declaratur auferre. Capitulum. XXI.

Ad 11m. Ad vndecimum reſpõdetur. ⁊ primo quo ad primam ſancti Tho. ſententiam ꝙ principium actus intelligendi etiam primum eſt anima intellectiua vt ſic: ⁊ eſt immixtũ ratione ſue potentie que nullius corporis actus eſt ⁊c. Elicitur autem ex ſententia illa fortiſſimum argumentum ad ↄcluſioneꝫ qđ ſupra. xv. loco tactum eſt. vꝫ. Unũquodqꝫ ſuſcipit ſpeciem a forma. Sed homo ſuſcipit ſpeciem ab anima intellectiua vt ſic. vt prodit illa ſententia. ergo anima intellectiua inquantũ intellectiua / eſt forma hominis ſpecifica. ¶ Quo ad alias vero auctoritates inductas patet reſpõſio ex his que ſupra dicta ſunt ad ſecundum. Semper enim ſanctus Tho. duꝫ affert animam intellectiuã excedere corporis proportionem: premittit ꝙ ex anima ⁊ corpore fit vnũ per ſe: ſeu ꝙ anima vnitur materie aut attingit̃ a materia: vel etiã ꝙ eſt in materia vel forma illius: ⁊ ſimil[ite]r dãs intelligere ꝙ ille exceſſus ſtat cũ vnione etiam ſm illam rationem vel gradum quo excedit. Et hoc enim excedit ſm eum / ꝙ lꝫ ſit vnita materie: non tamen immergitur ei: neqꝫ ab ea ſic comprehenditur quaſi nullo modo eſſe poſſit vel operari ſine materia. immo ſic eſt eleuata ſuper materiaꝫ quam informat ꝙ per ſe ſubſiſtit illo eſſe qđ etiam materie cõmunicat: ⁊ conſequenter ab ea in eſſe illo non depẽdens: poteſt eſſe ſine materia ⁊ operari per ſe ſeparata. vt dictum eſt. Alioquin fruſtra eſſet ſic ſeparata: cum vnumquodqꝫ ſit propter ſuam operationem: Et ex hac independentia dicitur forma ſpiritualis ⁊c. vt vbi ſupra declaratum eſt. Nec bene poteſt ex verbis illis elicere propoſitum ſuum arguens: ꝙ vꝫ inquãtum ſubſtantia ſpiritualis ⁊ vt ſupergreditur eſſe materie: non ſit corporis forma. Illud enim eſſe quo ſupergreditur materiam: cõmunicat etiam materie. Neqꝫ enim habet niſi vnicũ eſſe quo ſubſiſtit: ⁊ conſequenter dicitur ſubſtantia ſpiritualis: q[uia] per ſe ſubſiſtit independens a corpore: ⁊ quod materie cõmunicat: ex quo dicitur forma eius. Unde. s. Tho. 1. q. 76. arti. 1. ad quintum dicit ꝙ anima illud eſſe quo ſubſiſtit cõmunicat materie corporali. ¶ Poteſt etiaꝫ ſumi argumentũ ad queſtionem principalem / ⁊ contra concluſionem argumenti facti / ſic ex extremis. s. Tho. verbis in illa ſententia. Anima' que cõmunicat ſuuꝫ eſſe materie / eſt forma materie. Eſt eniꝫ formalis / cõmunicatio illa / non effectiua. Sed intellectiua vt ſic cõmunicat ⁊c. ergo ⁊c. Minor habetur in auctoritate allegata. Et ꝙ intelligatur de intellectiua vt ſic / patet q[uia] vt ſubſiſtens cõmunicat. Non enim dicitur aliquis cõmunicare aliquid alteri niſi qđ ſibi conuenit per ſe primo / alteri autem non niſi per illum. Et ex hoc ſola anima intellectiua inter formas omnes / dicitur cõmunicare eſſe: non autem vegetatiua vel etiam ſenſitiua: ſed ſimpliciter iſte dicuntur ſicut cetere forme / dare eſſe formato: quãuis ab eodem ſm tale eſſe dependeant ⁊c. ¶ Ad duodecimũ dicitur primo ꝙ vterqꝫ doctor / noſtre concluſioni cõſentit. Et Caie. quidem ſuper. 3. de Anima. c. 2. circa fi. in ſol. 5l. vbi dicit animam intellectiuã eſſe ſeparatam a corpore ſeparatione independentie. intellectum vero ſeparatione actualitatis. 2° quoqꝫ de Anima. c. 1. prope finẽ ibi. Auer. ⁊ Themi. idem tenet: ⁊ conformiter ad. s. Tho. gloſat textuꝫ vndecimũ Philoſophi dũ dicit partem anime intellectiuam nullius corporis eſſe actum / intelligendum eſſe aſſerens de parte poteſtatiua non ſubiectiua. Item ſuper. 1. q. 76. art. 1. ibi. Ad rationes autẽ in oppoſitum ⁊c. dicit ꝙ anima intellectiua ſm omnem ſuum gradum informat materiam: ſed potentia intellectiua nullius corporis eſt actus. Nec per ſuperexcedere materiã intendit. s. Tho. nõ informationẽ ipſius corporis ab anima ⁊c. Et ſuper eundeꝫ ar. ⁊ ibidem dicit hanc eſſe de facto intentionem. s. Tho. ¶ Ferr. etiam ſcđo cõtra. c. 68. ibi. Ad ſecundum dubium ⁊c. vbi ſoluit ſecundum argumentuꝫ / dicit. Anima ſm ſupremum ſui gradum eſſentialem vtriqꝫ informat materiam: ſed non immergitur materie: immo remanet per ſe ſubſiſtens ⁊ non dependens a materia ſm eſſe: quod eſt animam materiam excedere: ⁊ hoc eſt ſibi ratio quare poſſit intelligere ⁊c. Sicubi ergo videãtur hi doctores oppoſitum tenere: debet apparens inconſtantia gloſari ⁊ declarari / vbi ſaluari poteſt veritas quam eos tenere oſtenſum eſt. Pro quo ſciendũ ꝙ (ſicut etiam ſupra ad 6m dictum eſt) animam inquantum intellectiuam informare vel non informare corpus. poteſt capi duobus modis. Uno modo inquantum anima intellectiua eſt. Et hoc modo accepta neceſſario dum eſt corpori realiter cõiuncta / corpus informat ſm gradum intellectiuum. Et hec eſt predictorum doctoruꝫ ſententia vbi ſupra expreſſa: ⁊ nullibi dicunt contrariuꝫ: ſicut nec aliquis alius bonus aut doctus Thomiſta. Alio modo ſumi poteſt ſub cõmuniori ratione etiaꝫ ipſius intellectiui. puta vt ſubſtãtia vel actus vel natura intellectiua. Et hoc modo anima intellectiua vt intellectiua ſeu intellectus vel vt actus ſubſtantia aut natura intellectiua non neceſſario informat corpus. i. non eſt de ratione ſua ꝙ informet corpus actu vel aptitudine. Sed neqꝫ de ratione eius eſt ꝙ nõ informet corpus: ſed abſtrahit ab informante ⁊ non informante: eo ꝙ quidaꝫ actus vel ſubſtantia vel natura intellectiua informat corpus: ſicut anima noſtra que etiam dicitur ⁊ eſt actus ⁊ ſubſtantia ⁊ natura intellectiua. ⁊ ſimiliter quidam intellectus / prout intellectus nomen ſe extendit ad ſignificandam ſubſtantiam intellectiuam / informat corpus. Quidam vero actus vel ſubſtantia vel natura intellectiua ſeu etiam intellectus acceptus ſub predicto cõceptu abſtracto / non informat corpus: ſicut ſunt ſeparate ſubſtantie: que eſſe dicuntur actus ⁊ nature ⁊ intellectus ſeparati. Unde neutra iſtarum eſt vera. vꝫ. Anima intellectiua



intellectiua inquantũ ſubſtantia vel natura vel actus intellectiuus aut etiam intellectus / eſt actus corporis. ⁊ anima intellectiua ſub p̃dictis rationibus accepta / non eſt aptus corporis. Quia cũ ad reduplicatiuã ſequatur vniuerſalis de p̃dicato eius ⁊ termino reduplicato pro ſubiecto ſumpto. ſequeret̃ ꝙ oĩs ſubſtantia vel natura vel actus intellectiuus aut ẽt omnis intellectus ſub predicto ſenſu ſumptus / eẽt actus corporis: vel ꝙ omnis non eſſet. Et vtrũqꝫ falſum eſt. Et ad hunc ſenſum negauerunt prefati doctores animam intellectiuam ſub ratione intellectiui eſſe actum corporis: ſicut ⁊ omnes Thomiſte negant cum. s. Tho. vt ex verbis etiã eius expreſſis habetur Ma. q. 16. ar. 1. c. Et hec ſupra in Sol. 5l. explicata ſunt. ¶ Q[uod] ſi forte quis contendat illos Doctores in ſententijs eorum adductis in argumento / omnino habuiſſe primũ ſenſum / ad talem reſpondem[us] ꝙ nedum falſitatem / verũ etiam contradictionem apertã eis imponit. Nec rõnes pro dictis ſuis allatas ad prefatum ſenſum ſaluare poteſt. Nam id qđ Caie. ſuper pa. q. 55. ar. 2°. ibi. Ad ſcđam autem ⁊c. dicit. Intellectuale vt ſic non eſt actus corporis. ſi intenderet de anima intellectiua vt anima intellectiua eſt. falſum diceret. Et aſſignari poteſt rõ quare vnibilis eſt corpori / ſcꝫ propter bonum eius etiaꝫ vt intellectiua eſt / eo modo quo. s. ad 9m declaratuꝫ eſt. ⁊ ipſemet Caie. ibi confitetur. ¶ Qđ vero dicit ſuper pa. q. 76. ar. 1. ibi. In reſponſione ad primum ⁊c. non eſt cenſendũ cõtrariũ ei qđ paulo ante; tam aperte docuerat. Nihilominus ſi intenderet ꝙ anima intellectiua inquantũ intellectiua anima non eſſet actus corporis / falſum diceret. ⁊ ſub eodẽ ſenſu pariter falſum eſt ꝙ nõ formaliter / ſed tantum idẽptice ſit actus corporis. Si enim accipiat intellectũ pro ſubſtantia / eſt formaliter actus corporis. Si pro potentia / nec idẽptice eſt act[us] corporis. Et ſi habuit ſenſum diſtortum in illis ſuis verbis / non mirum ſi ſecute ſunt eum difficultates magne / ex quibus vix ſe põt abſoluere. vt notaui ſuper locũ illum. Dicendum eſt igitur ꝙ ſm gradum illũ poſitiue / hꝫ independentiã a corpore. q[uia] poſitiue habet ꝙ poſſit ſine corpore operari. ergo etiã ſine corpore eſſe ⁊c. Et nõ eſt ſimile de alijs gradibus tranſcendentib[us] / de ipſa anima intellectiua predicatis: q[uia] non cõueniunt ei ex parte abſtractionis formalis / vt ex hoc dicãt perfectionem maiorẽ ex parte forme: ſed potius dicunt imperfectionẽ ex parte materialis / ⁊ ſm abſtractionem vniuerſalis a particulari. Et eodẽ modo negaretur dictũ eius ſuper pa. q. 118. ibi. Ad hoc dicit̃ ⁊c. Sed tamẽ ipſe non habuit in p̃dictis ſuis ſentẽtijs primũ ſenſum qui eſt falſus: ſed 2m verum. vt predictum eſt. ¶ Similr̃ dicendũ de Ferrar. vbi ſuper 2° contra. ca. 58. ibi. Ad primũ horum ⁊c. dicit ꝙ anima intellectiua vt ſic nõ eſt actus corporis / ſed ſoluꝫ vt virtute continet ſenſitiuã ⁊ vegetatiuã: eo ꝙ non vniat̃ materie niſi propter vires ſenſitiuas quibus ad intelligendũ indiget. Si eniꝫ haberet primũ ſenſum in verbis ſuis / falſum teneret. Nec ratio ſua bona eſſet. Non enim vnit̃ corpori propter vires ſenſitiuas tantũ: ſed ad conſtituendã ſpeciem nature rationalis que poſſit non ſolũ ſentire / ſed intelligere. Non enim auctor nature fecit eſſentiã propter potẽtias / ſed ecõtra. Et licet operatio intellectus noſtri perficiatur per abſtractionẽ a corporea conditione / non põt tñ talis abſtractio cõuenire intellectui nr̃o niſi aĩa cuius eſt intellectus ſit naturaliter p̃fectio corporis. Non. n. dicuntur intellectus ſeparati abſtrahere quicq̃ꝫ a corpore. Eſt. n. de natura talis intellectus vt ſit in corpore / non vt actus / ſꝫ vt virtus ipſius actus. Sed talem malum intellectuꝫ non habuit p̃fatus doctor in verbis ſuis. ¶ Pro quo nota ꝙ aliud eſt dicere animaꝫ intellectiuam informare ſeu eſſe formã ratione gradus intellectiui preciſe / ⁊ aliud eſſe formam ſm gradum intellectiuum. Primum. n. falſum eſt. Nam ſi nihil aliud haberet niſi ꝙ eſſet gradus intellectiui / nõ eſſet forma: ſꝫ nec eẽt anima. Sicut ſi nihil aliud haberet niſi ꝙ eſſet ens vel ſubſtantia / nõ eſſet creatura. ſꝫ eſſet eſſe ſubſiſtẽs quod eſt deus. 2m vero dictum eſt verum. Nam ſm gradum intellectiuum non preciſe ſed vt talis conditionis. ſ. infime nature in genere intellectualiuꝫ / anima intellectiua continet in virtute animam ſenſitiuaꝫ ⁊ vegetatiuã: nec poteſt habere operationem intellectualeꝫ niſi miniſterio ſenſuum ⁊c. atqꝫ forma corporis eſt. Et primo modo ĩtellexit. s. Th. ⁊ Caie. ⁊ Ferr. vbi videtur dicere ꝙ anima vt intellectiue nature / non eſt forma. non autem 2°. Unde ⁊ Ferr. vbi ſupra ſic ſubdit. Uñ ſi (ſupple) anima intellectiua ponatur a ſenſitiua ⁊ vegetatiua diſtincta in homine vt pote habens tñ ꝙ intellectiue eſt / nullius corporis eſt act[us]. Et hec ſepius declarata ſunt. Patet igitur concluſionis veritas ⁊ firmitas. Et ita de queſtione ſatis. Benedictus deus. Amen.

FINIS.

Editum Anno dñi. 1529.

# DE VNIVERSALI CORRVPTIONE GENEris Humani ab Adam ſeminaliter Propagati.

## Vtrum ſit tenendum ſm fidem, omnes homines ab Adam ſeminaliter deſcendentes eſſe conceptos in originali peccato.

### Argumentum vnicũ pro negatiua quæſtionis parte: multiplex autē confirmatio pro affirmatiua, quæſtionē ipſam reddit ſatis ambiguam. Cap. Primum.

P°. **Q**ueritur vtrũ ſm fidem catholicam firmiter tenendũ ſit/oēs hoīes ab Adā ſeminalr ꝓpagatos/ ꝯ̄here pctm̃ originale de fcō. Et vr̄ ꝙ nō. q2 multi fideles ēt religioſi ac docti viri tenēt btāȝ virginē eſſe ꝯceptā ſine pctō originali/quā tamen cōſtat ab Adam eſſe ſeminalr ꝓpagatā. ergo nō repugnat fidei tenere ꝙ nō oēs ab Adā ſeminaliter propagati cōtraxerint originale pctm̃.

In contrarium. **In contrariũ** eſt auctas ſacre ſcripture. Expſſe.n. Apl's ad Ro.5°. qōnis huiꝰ affirmatiuā partē ꝓnũciat dicēs. Per vnũ hoīē ī hũc mũdũ īntrauit pctm̃/⁊ ꝑ pctm̃ mors/ ⁊ ita ī oēs hoīes mors ꝑtrāſiit/in q̄ oēs peccauerũt. hec ille. Id āt qđ ſacre lr̄e docēt/negari nō pt̄ abſqȝ ꝑiudicio fidei catholice. Cuiꝰ qdē v̄itatis.ſ. ꝙ ſic ad fidē ſpectet ꝙ oppom tenere ſit hērticũ/duo teſtes irrefragabiles quoꝝ doctrīa eſt ab eccl'ia acceptata ⁊ multiplr̄ cōmēdata/libet īducere. Et ps eſt Augs. q hāc affirmatiuā ꝑtē qōnis ponit ꝑ rl'a fidei in libro de fide ad Petrũ. ⁊ regiſtrat̄ a Grano de ꝯſe.d.4.c. firmiſſime. vbi ſic dr̄. Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ dubites oēȝ hoīeȝ q ꝑ ꝯcubitũ viri ⁊ mulieris cōcipit̄/ cũ origiali pctō naſci/īpierati ſubditũ/mortiqȝ ſubiectũ. hec ille, ⁊ ītēdit de natiuitate ī vtero ſm glo. ⁊ doc. ibi. De hm̄ōi āt fidei regl'is q̄s Augs ponit ī libro illo/ſic ipſe ait ī fine libri. Hec igit̄. 40. capl'a ad regulā vere fidei ꝑtinētia/firmit̄ crede/fortit̄ tene/ patiēter qȝ defende. Et ſi quē ꝯ̄tria his dogmatiȝare cognoueris/tāqȝ peſtē fuge: ⁊ vt hērticũ abijce. Ita.n. iſta q̄ poſuimus fidei catholice cōgruũt/vt ſiqs non ſolũ oībus/ſed ēt ſingulis voluerit ꝯ̄dicere. in eo ꝙ ſingulis repugnat/⁊ et his ꝯ̄tria docere nō dubitat/ hereticus ⁊ fidei xp̄iane inimicꝰ: ⁊ ex hoc oībus catholicis anathematiȝādus appareat. hec ille. Pluribus alijs ī locis idē tenet ⁊ ꝓbat Augs vt.j.ꝑ parte mōſtrabit̄. ¶Scđs teſtis irrefragabilis eſt.s.Th. idē apertiſſime docēs.12e.q.81.ar.3°. vbi ſic ait. Secundũ fidem catholicā firmiter eſt tenenduȝ ꝙ oēs hoīes preter ſolũ xp̄m ex Adā deriuati/pctm̃ originale ex Adam ꝯ̄hunt. Alioqn nō indigerēt redemptione q̄ eſt ꝑ xp̄ȝ. qđ eſt erroneũ. hec ille. Licet aũt hoc qđ dico/erroneũ/īportet cōiter dictũ vel factuȝ cũ errore annexo/nihilominus in verbis ⁊ doctrina ſcti Tho. ſummit̄ ex vſu/vt idē ſignificat qđ hereticum ſeu hñs errorē fidei annexũ. Unde 3a.q.35.art. 4°. ex hoc qđ eſt eſſe erroneũ / infert ꝑ modũ declarationis hoc qđ eſt eſſe hereticũ. Et hāc ēt eſſe ſuam intentionē in ꝓpoſito pȝ/tũ in eadē ſnīa: ꝯ̄triũ.n.eiꝰ qđ ſm fidē catholicā eſt firmiter tenēdũ eſt hereſis. tum q2 quod in articulo 3° dixit eſſe erroneũ vt allegatũ eſt. predixerat in articulo primo hereticũ eſſe/ ſic dicens. Scđm fidem catholicā eſt tenendũ ꝙ primum pctm̃ primi hoīs originalr trāſit in poſteros/ propter qđ etiaȝ pueri mox nati deferunt̄ ad baptiſmum tanqȝ ab aliqua infectione culpe abluēdi. Cōtrariũ aũt eſt hereſis pelagiana. vt pȝ per Augm in pluribus ſuis libris. hec ibi. Hanc eandē ſnīam ponit.s.Tho.in qōnibus de malo.q.4a.ar.6°.dicēs Erroneũ eſt dicere ꝙ aliqui ſeminalr ab Adam deriuent̄ abſqȝ originali pctō. Sic.n.aliqui hoīes eēnt qui nō indigerent redēptione facta ꝑ xp̄m. hec ibi. 4° quoqȝ ſententiaꝝ.d.43.q.1.ar.4°.ad 3m. Sic ait. Erroneũ eſt dicere ꝙ aliqs homo ſit conceptus ſine peccato originali preter xp̄ȝ: q2 ille qui ſine peccato originali conciperet̄/non indigeret redēptione q̄ facta eſt ꝑ xp̄m. ⁊ ſic xp̄s nō eſſet oīm hoīm redēptor. hec ibi. Et hoc idē confirmat in pluribꝰ alijs locis.

### Intētio qōnis, & ordo totius opis. C. II.

**In** iſta qōne pricipalis mea intētio eſt īpugnare quādā nouā opinionē quā lȝ ſciā ⁊ ꝓbare hic intēdā eē falſaȝ ⁊ ꝯ̄ fidē catholicā/non tñ auctorē labe hereſis aut pcti mortalis macula pollutũ ob hoc dixerim. Pōt.n.qſqȝ tenere qđ ſibi veꝝ eſſe vr̄/etiā de ptinētibꝰ ad fidē priꝰ qȝ ꝑ eccl'ie determinationē ſibi īnoteſcat oppom. Ut aũt ꝓpoſitũ meũ facile cōſequar/ſic ordinate ꝓcedā. Prīo.n. ad intellꝫ mãe ꝓpoſite qōnis ⁊ terminoꝝ/ꝯclones nōnullas de origiali iuſtitia. ⁊ totidē de origiali pctō ſimplr̄ ꝓponā atqȝ ꝓbabo tm̃ ex ſacris lr̄is. Pro plenioꝛi vō deductione eaꝝ ⁊ totiꝰ mãe īformatiōe/remitto ad beatũ Tho. ꝑncipalr tā in locis all'atis/ qȝ ī 2° d.19.⁊.29.⁊ inde. Scđo ꝓponā opinionē Gaietani cuius: oppugnatiōis grã/onus h' ſpālr aſſumpſit: modũ qȝ dicēdi illius/fundamētaqȝ explicabo. Et q2 occaſionem aſſumpſit Caietanus ex Scoti placito: declabo qũo cũ opinione Scoti circa hoc ꝯcordet aut diſcordet. ⁊ īpugnabo principale propoſitũ Caietani/ꝓbando ꝙ nō ſit ad mētē.s.Th. aut Augⁿ dcā eiꝰ opinio. vt audet ipe dicere: ſȝ totalr̄ ei aduerſa. Tertio īpugnabit̄ ſpālr modꝰ dicēdi ac opinādi tā Caietani qȝ Scoti circa p̄ntis qōnis arlum: ⁊ pm Caietani motiuũ pleniꝰ euacuabit̄. Quarto oppom opinionis/ꝯclonē in quā affirmatiuā ꝓpoſite qōnis. ꝙ vȝ ſȝ fidē catholicā firmiter ſit tenēdũ ꝙ oēs hoīes ab Adā ſeminalr ꝓpagati ꝯ̄hūt de facto pctm̃ origiale/ꝓbabo rōnibꝰ efficaciſſimis/fūdatis ſuꝑ aptiſſimā ⁊ mltiplicē ſcrē mr̄is eccl'ie determinanem ī ꝯcilijs vl'ibꝰ ꝓmulgatā. Quinto. Proponent̄ ſeptē argumenta ꝯ̄ factā determinationem/atqȝ ſoluentur. Poſt hec auteȝ ſoluet̄ ⁊ illud qđ in frōte qōnis pro parte falſa ꝓponit̄. Poſtremo quaſdam ſacre ſcripture ſanctorumqȝ doctoꝝ ſnīas ⁊ auctoritates quas in ſui defenſioneȝ inducũt aduerſarij ꝯ̄ veritatē quā defendimus/nullatenus eidē aduerſari manifeſtabimꝰ/ſi nō falſariũ allegātē accuſent/aut ꝯ̄ mentē exponant̄ auctoris. Sexto determinate veritatis teſtes inducent̄ ſcti Doctores ex multitudīe copioſa/tm̃ viginti/ſingu-

A duerte lector. Nam poſtremo loco ordinanda ps ex errore premiſſa eſt.

las tantum



las tantũ ſinguloꝝ ex pluribus/ſententias ꝓponendo/veritatē hanc proteſtantes. Et q2 ſpecialiter minoritani contrariũ noſtre concluſionis principalis defenſare conant̄: vt ad veritatē fidei facilius deducant̄/ex multitudine copioſa ſuorũ patrum atqȝ doctorum veritatē hanc quā defendimus ꝓfitentiuȝ/ ſeptē primarios adducemus in teſtes/ſimul ac oſtēdentes non eis in hoc contraria Scotum ſentire/ſi mens eius in verbis inſpiciatur.

### Quid originalis iuſtitia importaret, aperitur ex ſacris litteris. Cap. III.

Primũ pricipale. **Circa** primũ igit̄ occurrit declarandũ qualr̄ ex ſacris literis ⁊ ꝑcipue ex cōpendioſa hyſtoria primeue prothoparentũ conditionis ⁊ ſtatus in ſacra Geneſi 2°.3°qȝ cap° recenſiti. q̄nqȝ concluſiones innocentie ſtatu/⁊ totideȝ de peccato/ qđ ex hoc ..acris Theologis originale dicit̄ ꝙ ꝑ naturalem originē a primo parente peccatore trahit̄/ manifeſte eliciant̄ atqȝ probent̄. Sed anteqȝ deducantur/ꝑnotanduȝ eſt ꝙ nomine iuſtitie originalis duo ſolent apud Theologos ſignificari. Prīo ſtatꝰ quidā perfectus per gratiaȝ ⁊ virtutes ⁊ facilitate conſequēdi finē ſupnaturalis beatitudinis ſine impedimento intrinſeco vel extrīſeco naturali/ꝑ hoc ꝙ rō erat deo ſubiecta: vires inferiores rōni: corpus aīe. ⁊ cetera toti homini. In quo felici ſtatu hō fuit a deo in pricipio cōditus. Scđo quoddā habituale anime donũ qđ talis ſtatus ⁊ ꝑfectionis principiuȝ erat vna cũ gratia/⁊ prima cauſa intrinſeca. Erat autē tale donũ vis quedam ſupnaturalis in anima reſidens/per quā ⁊ corpus a corruptione/⁊ vires inferiores a rebellione/⁊ rō ab omni īordinatione cooperante etiā gratia gratũ faciente preſeruabat̄. Si enim grã ſufficiens per ſe fuiſſet ad hec oīa munera conferenda. in nobis ēt idem facere poſſet: cuȝ ſit in oībus vnius rōnis. ⁊ in qbuſdaȝ perfectior ⁊ fortior qȝ fuerit in primis parentibus. ſalteȝ in btā virgine. Cuius tñ anima q2 tali vi fuerat deſtituta/corpꝰ a corruptione ꝑſeruare nō poterat. Huius doni meminit ſpecialiter.s.D.pa.q.97.ar.3°.ad primum.

De iuſtitia originali. Prima cōcluſio. ¶De iuſtitia igit̄ originali primo mō ſumpta cōiter dicũt ſacri Theologi p°. ꝙ neceſſariũ eſt ſm fidē cōfiteri prothoparētes humani gñis a deo conditos fuiſſe in tali originali iuſtitia. Cuiꝰ ordo rectiſſimꝰ erat: cũ naturalr etiā inferiora queqȝ ſuperioribus ſubiecta ſuapteqȝ natura ſubſeruiētia ⁊ obſequētia ſint. Ratio aũt humana/volũtaſqȝ in hoc deo ſubiecta erat/ꝙ in nullũ bonum inclinabat̄ qđ dei beneplacito ꝯ̄tiret. ⁊ hoc erat homini delectabile. Uires aũt inferiores ſenſitiue ſic a rōne moderabant̄ ⁊ eidem obtēperabant/ꝙ in ſua obiecta nullatenus ferebant̄ niſi quantuȝ/qũo/qñ/⁊ vbi/rōni/recteqȝ ꝑ eam volũtati placebat. Corpus deniqȝ ſic aīe ſubijciebat̄ dominio/vt ipm̃ a corruptiōe ſenectaqȝ preſeruaret / ſupnaturalr accepta ꝑdicta virtute: concurrēte nihilominus ciboꝝ ⁊ ꝑcipue ligni vite vſu. Hunc aũt felicem ſtatũ non naturalē fuiſſe/ſed ſupnaturale dei munus/id oñdit. ꝙ naturalia licet per peccatũ qñqȝ debilitent̄: non tñ funditus auferunt̄. Priuatus autē hō fuit originali iuſtitia vtroqȝ mō accepta ꝑꝑ peccatuȝ primoꝝ parentũ. vt experientia docet ⁊ catholica fides. Cōueniētiſſimũ aũt fuit hoīeȝ a deo in tali ſtatu creari: qppe cum dei ꝑfecta ſint opa/Deut̄.32°. Uniuſcuiuſqȝ aũt rei ꝑfectio in hoc precipue attendit̄/vt fini ꝓprio cōſequendo coaptetur. Ea.n. que ſunt ad finē/ſm rationē finis inſtituunt̄: ⁊ ſm eius neceſſitatē diſponunt̄ ab eo qui res ipſas ordinat in finem. vt ēt Phs 2° Phẏ' libro docet. Eſt aũt hō a deo in finē eterne btītudinis ordinatus/que naturalē facultatem excedit humane cōditionis/iuxta illud Iſa.64. Oculus nō vidit deꝰ abſqȝ te q̄ preparaſti diligentibus te. Et Apl's. ait. Oculus nō vidit neqȝ auris audiuit neqȝ in cor hominis aſcendit q̄ preparauit deus diligentibus ſe. Conueniens igit̄ fuit vt homini ſupnaturalis ēt a deo facultas daret̄/per quā facile ⁊ ſine īntrinſeca repugnantia in finē ſuum peruenire poſſet. Apparet enim tā in naturalibus qȝ in artificialibus actionibus ⁊ rerũ productionibus/impedimenta atqȝ defectus/quo minus effectus finē vel ſimplr̄ vel nō facile conſequat̄/non ex intētione agētis prouenire: ſed vel ex defectu virtutis actiue qui in ꝓpoſito dari non pōt cum virtus dei creantis prepotentiſſima ſit. vt pote infinita. Uel ex defectu mãe ⁊ ſubiecti. qui in propoſito nō poterat eſſe niſi peccatum: eo ꝙ deus ipſam materiā/ſubiectum/⁊ omnē eius diſpoſitionem ipſe cōdiderat in debita ꝑfectione. Nō facile aũt in finem ſuũ tendit hō per rectam etiam rationem ⁊ voluntatē/ſi eis vires ſenſitiue ex aduerſo reſiſtunt/⁊ in ea q̄ contraria fini ſunt pro poſſe conent̄ inclinare. Si corpus ēt corruptibile fuerit/cuȝ ex hoc anime graue ſit/⁊ in multis intētionē eius a diuinoꝝ contemplatione retrahens ⁊ īpediens. prout nos expimur felici illo integritatis ſtatu priuatis qñ modo corpus qđ corrumpit̄ aggrauat animaȝ: ⁊ terrena inhabitatio ſenſuȝ deprimit multa cogitantem. vt dicit̄ Gen.7. Decens ēt erat vt in integritatis ſtatu ex hoc corpus eſſet incorruptibile/ quo aīe humane que naturalr incorruptibilis eſt/ſaltē ſupnaturali virtute ipſius anime proportionaret̄. ⁊ ſic in finē facilius (vt dixi) ambo inuicē coaptata tenderent ꝑ efficaciſſima virtutũ opera. ¶Conuenientiſſimum igit̄ fuit in hoc rectitudinis ſtatu creatuȝ fuiſſe hominē a deo. Quod ⁊ ſacre lr̄e pandunt. Et primo quidē gñali rectitudinis verbo/dicente Salomone Eccleſiaſtes 7°. Fecit deus hominē rectuȝ. Quod quidē verbũ de corporali rectitudine interpretari/ridiculũ eſt/cum ēt non cōcordet ſententie ſubſequenti contrariũ rectitudini ſtatũ preferenti: que dicit ꝙ ipſe hō factus rectus/īmiſcuit ſe infinitis qōnibus. Qđ qōnis nomen/ ad diſſidiũ tā rōnis qȝ voluntatis ſe extēdit/ex infinitis in quē tendere pōt extra deũ/quibus tñ homo ſatiari non pōt aut quietari. Rectitudo igit̄ oppoſita in qua creatꝰ eſt/ debitum ordinē ſm omnia que in hoīe ſunt ad deũ/ acceptũ per creationē importat. Ratio igit̄ ⁊ voluntas hominis qñ primo cōditus eſt/deo ſubiecta fuerat munere dei. Specialr aũt ex ſacris lr̄is in prin° libri Gen. habet̄ primos parētes ante deſcriptā ibi tranſgreſſionē precepti ne cōmederent de fructu ligni ſciētie boni ⁊ mali fuiſſe deo ſubiectos: nec a rectitudine naturalis aut diuine legis vllatenus declinaſſe. Naȝ ſi ante peccaſſent/ante ēt priuati fuiſſent ſupnāli illo munere iuſtitie originalis/ſic poſt deſcriptā trāſgreſſionē illo priuati ſunt: vt patebit.

## Iuſtitia originalis ſm aliam acceptionem intellecta proditur. Cap. IIII.

Conclu/ ſio 2ª. De iuſtitia vero originali iuxta ſecundam acce/
ptiones/dicunt cōiter ſacri Theologi/ꝙ pri/
maria ꝛ intrinſeca cauſa origoqꝫ felicis illiꝰ ſtatus/
erat quedam ſupernaturalr̄ anime collata virtus
atqꝫ poteſtas/qua tota ferebatur in deum:ꝛ ad hoc
omnes eius potentias ꝛ corpus ipſum abſqꝫ mini/
ma reſiſtētia dn̄io eius ſubactū/cū ſumma iucūdita
te ordinabat/ꝛ obſequētiſſimū reddebat.Qđ qdeꝫ
ſuppoſita fide feliciſſimi ſtatus hoīs iam deſcripti.
cogimur cōfiteri.Neqꝫ.n.ſtatus ille homini ꝯuenit
ex nā.Naturalia qppe munera ſicut in angelis ſplē
dida ēt poſt pctm̄ manſere ſm Dion.4º.caº.de di.
no.ſic ꝛ in hoībus ꝓpria permāſerunt:qđ de iuſtitia
illa origīali dici nō pōt.Ex gr̄a igiť felix hō fuerat/
que cū duplicis gn̄is ſit/vna quidē que dr̄ gratū fa/
ciens/alia gratis data/nō pōt illius ſtatus rō cauſa
ue ſufficiēs aſſignari gr̄a gratū faciens.Hec.n.vniꝰ
rōnis cū ſit in oībus hoībus/eiuſdē etiā generis eſſe
virtutis/ꝛ ad eiuſdē rōnis effectus ſe extendere ne/
ceſſe eſt.In nobis aūt iſta gr̄a ſtatum illū felicē/ꝛ re
ctitudinis illiꝰ gradū perfectiſſimum cauſare non
pōt.Quāuis.n.rectitudinē mentis ad deū hec nr̄a
gratia cauſet/nō ſic tn̄ qn ad oppoſitū ab intrinſe/
co hoc eſt a fomite qui eſt ſubiectiue in ꝯcupiſcibili
mens ipſa nata ſit inclinari:vt ex hoc effectu vulne
ris illius grauiſſimi/originalis pctī.infirma ſit ꝛ ad
malū prona.niſi deus ſpāli munere gr̄e aliquā per/
ſonā ꝓueniat. Qđ factū tenemus in ſola btā virgi/
ne.Fuit.n.in prima ſua ſctificatione fomes hic pctī
ī ea ligatus.ꝛ in 2ª demū/qn̄ inquaꝫ Chriſtū Dn̄m
cōcepit/funditus eradicatꝰ atqꝫ ſublatus ſm ſctōs
doctores.Nō preualet igiť gr̄a hec/innata ſola ſua
virtute/originalis iuſtitie munus ꝯferre:ſꝫ ad ipſaꝫ
ſicut ꝛ ad p̄dictā rectitudinē mentis neceſſario req
ratur.Aliā igiť virtutē(vti ſuperius etiam dictuꝫ
eſt/de mēte ſancti Tho.)ſortita fuerat aīa ſe decorā/
tem ſup p̄dicte gratie ſplendore/qua totus hō felici
illo ſeruabať in ſtatu.Que quidē virtus atqꝫ ſuper
naturalis ptās/cū a deo gratis primis ipſis parenti
bus data ſit/gr̄a gratis data merito dr̄:non eiuſdem
quidē ſed elegātioris valde gn̄is ab his qbus a deo
ſepius decorant̄ hoīes poſt pctm̄/in propriā vel ſal/
tem cōeꝫ hoīm ſalutē.Supernaturalē aūt fuiſſe do
num iuſtitie originalis vtroqꝫ mō accepte/ꝯſignāt
ex hoc ſacre lr̄e ſm ſanctorū expoſitionē/ꝙ ad ſup/
naturalē ameniſſimi loci habitationē dn̄s trāſtulit
primū hoīeꝫ ex loco vili noſtre cōis habitationis vbi
primo formatū eſt corpus eius.Locus.n.locato con/
formari dꝫ atqꝫ cōgruere.Supnaturalē igiť virtutē
ꝛ ſtatū homo diuinitus obtinuerat originalis iuſti/
tie.A quo cū ex demerito ꝓpe actiōis defecit:ad ſta
tum naturalis tantūmodo cōditionis deflexus/me
rito deiectus eſt:ꝛ ad priſtinā nature ſue conuenien
tem habitationem reductus.

## Felicitas ſtatus iuſtitiæ originalis præmonſtratur. Cap. V.

Conclu/ ſio 3ª. Ex hoc aūt felici ſtatu ſequiť manifeſte ſm ſan/
ctorū doctoꝝ ſententiā nihil homini tūc po
tuiſſe nociuū occurrere.ſꝫ oīa ei exteriora obſequū/
dabāt ꝛ ad vota parebant.Neqꝫ.n.decebat eū qui
tota mente ferebať in deū/moleſtijs exterioribꝰ per
turbari.Uires ēt ſenſitiuas que rōni veluti dn̄e ſue
parebant/īproportionatas ab obiectis ſuis paſſiōes
perferre/cōueniens nō fuerat.Corpus deniqꝫ ſic ab
aīa prepotenti dn̄io ex ipſo iuſtitie originalis dono
prouenienti/atqꝫ vigilātiſſima prudentia/ ſeruaba
tur indemne/vt nihil ab intra ſibi contrariuꝫ pate/
retur.Hec oīa ſacre littere pandunt.Celos.n.homi
ni nil tūc attuliſſe influxus aduerſi/locus exprimit
temperatiſſime regionis/aeris amenitatis / fontiuꝫ
limpidiſſimorū affluentie/terre vbertatis/ꝛ deniqꝫ
deliriarū plenus.Quē qui negat corpeū cuꝫ ſacris
litteris/cuꝫ ſanctis oībus doctoribus aptiſſime con
tradicit.Et neceſſe hꝫ pari licētia ꝓſumptuoſa val/
de/dicere ꝙ cetera que de prima hoīs cōditione nar
rantur atqꝫ trāſgreſſiōe/ſpūali tantū capienda ſint
ſenſu/vt ſic in plures elabať hereſes/ꝛ nihil in fide
firmū ex loco illo vix poſſit hēre.Cum tn̄ eccleſia et
preceteris Apl̄s ex illa ſacra hiſtoria/ fundamēta fi
dei ſummat/de peccato inquā primi hoīs/ de eiuſ/
dem peccati vniuerſali tranſfuſione in poſteros:de
eiuſdē peccati pena/de neceſſitate redemptionis fa/
cte p xp̄m a tali pctō ꝛ a captiuitate diaboli/ ꝛ p̄rie
celeſtis exilio qđ pp ip̄m peccatū īcurrimꝰ.Hec di/
xerim cuiuſdā libri gr̄a de Armonia totius mundi
intitulati/nuper qꝫ īpreſſi/cuius auctor ſatis ꝓſum/
ptuoſe/imo erronee nedū paradiſuꝫ voluptatis fuiſ
ſe corporeū ꝛ ꝯn̄r narrationē illā hyſtorialr̄ eſſe iter
pretandam negat: verū ēt eos ſciolos appellat qui
contrarium affirmāt.ꝛ oīa que in deſcripto illo pa/
radiſo vel de eo facta legunť/ſuo modo ꝓuertit my/
ſtico ſenſu falſitatibꝰ abundante.Sicut ēt per totuꝫ
liber ille periculoſus eſt valde/oīa confundens/ ſciē
tiam inquā reuelatā naturali cōmiſcens quaſi cōeꝫ
Phis/quorū dogmata erroꝝ plena ſunt/ꝛ in mul/
tis male ſentiens circa ea que ſancta fides p̄dicat.
Diuus Auguſtinꝰ.Ambroſius.Hieronymus.Gre
gorius.Iſidorus.Thomas.Bonauētura.ꝛ innume
ra Theologoꝝ illuſtrium turba locū illum ſacre ſcri
ptura literalr̄ ꝛ hiſtorialr̄ exponendū affirmāt:quo
etiā modo gloſa ordinaria.tū propria ſnīa.tum au/
ctoritate ſanctoꝝ illum exponit:ꝛ cōis hec eſt conce/
ptio totius eccleſie:ꝛ vnus hō viliſſimus nō niſi (vt
liber ille pre ſe fert)vndiqꝫ vanitate plenus/ſciolos
appellat qui nō ſecū in hoc a veritate declināt.Sed
de his nos ſatis.Ad ſummū quippe Pontificē cuꝫ
eideꝫ hec innotuerint pertinebit.ruine animarū ma
xime per librū illum preparate/occurrere.Ad pro/
poſitum redeamus.vt etiaꝫ animantia queqꝫ ex ſa/
cris literis oſtēdamus homini fuiſſe ſubiecta.Tale
quippe dominiū ei traditū a dn̄o nouimus cum di/
xit primis parētibus.Dominamini piſcibꝰ maris
ꝛ volatilibꝰ celi/ꝛ vniuerſis animantibus q̄ mouē/
tur ſuper terrā.ꝛ addit.Ecce dedi vobis oēꝫ herbaꝫ
afferentē ſemen ſup terrā/ꝛ vniuerſa ligna que ha/
bent in ſemetipſis ſementē generis ſui.ꝛc.Hoc ip̄m
poſtmodum effectu patefecit animaliū omnium ad
Adam conuentus/dn̄ico quidem precepto/ſed an/
gelico miniſterio atqꝫ ducatu celebratꝰ. vt propria
ſortirentur ab homine noīa /quaſi ſeipſa omnēqꝫ
ſuam facultatē ꝛ opera offerendo domino ſuo.Que
enim naturalr̄ fera ſunt aīalia.erga hoīeꝫ mitiſſima
obſequentiſſima
obſequētiſſimaqꝫ ſe ꝓſtabāt.Qđ ꝛ ſerpētis qui aīa/
lium homini exitialiū modo peſſimū eſt/familiaris
aperit alloquutio:qua ēt mulierē decepit. Terram
etiā non niſi delitias homini tūc ꝑparaſſe/cū para/
diſi nomen ꝛ locus oſtēdat/tū ex oppoſito pādit ſpi
narum ac tribuloꝝ productio in pctī penā.Neqꝫ la
borem eiuſdē terre demandata cultura ante pctm̄/
ſed ſummā corporis ex moderato exercitio volupta
tem/ꝛ indicibileꝫ mentis iocunditatē ex varietate
fructuū ſua ſpāli cura naſcentiū/afferebat.Specia/
li quoqꝫ ꝓuidentia dei ſeruatus hō fuiſſet ab omni
contraria paſſione.vt nec gladius eū ſcindere/nec
ignis adurere/nec aqua mergere/vel ſaxa ꝓmere po
tuiſſent:vt ſanctiſſimi eccleſie Doctores affirmant.
Auguſtinus inquā.13.de Trin.ꝛ.15.de ciui.dei. Iſi
dorus.in lib.de ſummo bono.s.Tho.ēt in 2º ſnīarū
d.19.ar.4º.ꝛ alibi.

## Perſeuerātes in originali iuſtitia,poſt præfinitum a deo tempus, cœleſti beatitudine fuiſſe donandos non prægustata morte. Cap. VI.

Conclu/ ſio 4ª. Dicunt vlterius ſacri doctores primos nr̄os
parentes gr̄a fuiſſe p̄ditos copioſe/ꝛ
omni virtutū genere:ſapīa quoqꝫ tum humanaruꝫ
tum ēt diuinarū reruꝫ/plurimū decoratos:quibus
facile poterāt bonis actibꝰ ſupernā ſibi cōparare fe
licitatem.quā ꝛ eis repromiſſam fuiſſe a deo nō eſt
dubitandū:cum ſe ad illā ordinatos diuina reuela/
tione cognoſcerēt : ad quā ēt gr̄a ꝛ virtutes infuſe
trāſmittebāt.Decens qppe fuerat primū hoīem.vt
pote principiū humani gn̄is/ ea cognoſcere que hu/
manū genus perficiūt ſue quodāmodo cure cōmiſ/
ſum.Perficiunt aūt hoīeꝫ multa naturalr̄:ſꝫ vltra
hec ad vltimā ſupnaturalē ꝑfectionē ꝛ felicitatē cō
ſequendā ꝑ media ordinať. Oīa igitur tā naturalr̄
q̄ꝫ ſupnaturalr̄ hoīs ꝑfectiua/ſiue rōnē finis hēant
ſiue medioꝝ in finē primus hō cognouit/vt tā ſe q̄ꝫ
alios ſic dirigere poſſet riteqꝫ gubernare/vt ad vltī
mam felicitateꝫ oēs ſuo ducatu ꝑtingere valerent.
Obtinuiſſent aūt eam ſi ꝑſtitiſſent/poſt ſtatutum ex
dei bn̄placito tp̄s aptum/ non ꝓguſtata morte nec
carne ſpoliati:ſed viuētes ꝛ in celū manibus ange/
licis tranſlati/ſupueſtiti fuiſſent gloria ꝛ felici vita
viuerēt in eternū.Hec oīa ratio dictat fide ſuppoſi/
ta ſupnaturalis btītudinis nobis exulibꝰ repromiſ
ſe.Sꝫ ꝛ hec ipſa myſtico ſub ſenſu ſacre lr̄e pandūt.
Naturali quippe rōne quiſqꝫ cognoſcit/vniꝰ natu/
re conditioniſue eſſe finē vltimū in quē tendāt oēs
cōicantes in eadē ſpē ſeu nā.Nec quēquā latet me/
liori feruētiuſqꝫ operāti/nō minora deberi premia/
q̄ꝫ debeanť ſegniter agēti.Qui.n.potior eſt in meri
to/potior ēt ꝙ in ꝓmio ſit/eqſſimū eſt.Status autē
innocētie/ nature hūane diſtinctionē nō ponit eſſen
tialē.Magiſqꝫ deo acceptus tūc hō erat/magiſqꝫ
grata opa eius/eiuſdē operis abſoluta quātitate ꝑē
ſata/q̄ꝫ opa hoīs poſt peccatū.vt docet.s.Th.pª.q.
45.ar.4º./ꝛ 2º.d.29.ar.4º. Ante quidē toto īpetu
ferebať in deū impturbatꝰ hoīs amor.vt dicit Augˢ
in 14º.de ciui.dei/nulla ſiniſtra cōcupiſcentia ſicut
mō(proh dolor)euenit īpeditus.Melioris igiť hō
cōditiōis exn̄s/haudquaquā ꝑpetuo fuiſſet illa ſup/
naturali btītudine priuatꝰ quā poſt peccatū hoīes
cōſequunť.ſed poſt ꝓfixū a deo tp̄s/de terrena habi
tatione ad celeſtē ꝓculdubio trāſlati fuiſſent oēs(vt
diximus)viuētes.cuꝫ mors pctī pena ſit/ꝛ non niſi
pctōribus infligenda.ꝓter xp̄m qui mortē elegit vt
mortē noſtrā deſtrueret ꝛ pctā tolleret mūdi.Hanc
hoīs ad celeſtes delitias ſi ſtetiſſet in innocētia/trāſ
migrationē deſignāt ſacre lr̄e ſub figura qua forma
tum hoīeꝫ e cōi terre huius habitatione in delitiaꝝ
tranſtulit paradiſum/vbi lignuꝫ vite imortalitatis
vigorē ꝓſtans/eternā ex deo ꝛ in deo fruitionē perē/
nemqꝫ ſatietatē ꝛ vite incorruptibilitatē preſigna/
bat ad quā hoīs completa ſue huiꝰ habitationis pe/
riodo trāſlati fuiſſent.vt exponit diuus Augˢ/ꝛ ha
beť in gloſa ſup verbo illo.Ecce Adā factus eſt qſi
vnus ex nobis ꝛc.Propter hoc ēt ſancti Doctores
vnanimiter docēt exiliū nr̄m a celeſti p̄ria ex primo
rum parentū pctō cauſatū:ianuaſqꝫ celeſtes nobis
ſpūalr̄ ocluſas eſſe/ſpūalr̄ deſignari ꝑ expulſionē ꝓ/
thoparentū e māli paradiſo / ꝛ ꝑ eiuſdē vie perēnē
precluſionē ſtabilitā atqꝫ firmatam angeloꝝ cuſto/
dia.Niſi.n.redēptor de celo veniſſet ꝛ claue ſctē cru
cis/ſacratiſſime inquā paſſionis eiꝰ ꝛ mortis meri/
to/ianuas celi nobis aperuiſſet/ ꝑpetuo nobis ob/
cluſe manſiſſent.

## Iuſtitiam originalem fuiſſe transferendā in poſteros ſi ſtetiſſent primi parentes. Capitulum. Septimum.

Affirmant deniqꝫ ſctī Doctores p̄dicta oīa p̄clariſſima dona prothoparentibus nr̄is:nō pro ſe tm̄/ſꝫ vice totius huma/ Conclu/ ſio 5ª.
ni gn̄is fuiſſe collata cuius erāt ꝓgenitores.Sicut
enim naturā ita ꝛ nature ꝓprietates gn̄ans cōicat
gn̄ato.Et nō ea tm̄mō que nālia prinª cōſequuntur
donaria.verū ēt ſupnālia munera qualis erat ante
pctm̄/originalis illa p̄clara iuſtitia/cōueniēs fuerat
vt primis humane nature ꝓgenitoribus collata/cōi
carenť ēt poſteris ſuis.Qđ in propoſito factū eſſe/ſa
cris ex lr̄is eliciť loco ſupra īducto.Neqꝫ.n.filij coꝝ
(qn̄ parētes in innocentia ꝑſtitiſſent)mox nati/ab
ipſis parētibus fuiſſent ſeparati/ꝛ extra paradiſuꝫ
emiſſi. Filius qppe nāliſſima parētū poſſeſſio eſt/q̄
nullus dꝫ ſine culpa priuari.Paradiſus aūt ille lo/
cus erat hoī nō niſi originali iuſtitia ſupra nāleꝫ ho/
minum ſtatum eleuato cōueniēs.Eadē ergo iuſtitia
fuiſſent oēs eoꝝ filij paradiſi incole adornati.In pa/
radiſo aūt exiſtētes/poſſe nō mori ligni vite ſuffra/
gio/expulſionis hoīs poſt pctm̄ cā preſignat:qua di
ctū eſt.ne ſūmat de ligno vite ꝛ cōmēdat ꝛ viuat in
eternū.Qđ quidem verbū licet ſm nōnullos docto
res ſit quaſi ꝯ ſuperbū ex iuſtitia inſultātis dn̄i/vel
ad pniaꝫ ꝓuocantis patris ex pene rememoratiōe.
et qđ dr̄ in eternū/veritateꝫ vtiqꝫ ſortiať ex vi iuſti
tie originalis iūcta ligni vite virtute.licet ex dei di/
ſpōne qua ſtatuerat(vti diximus)poſt datū tp̄is ſpa
ciū ſingulos hoīes viuentes in empyreū celū tranſ/
ferre.qđ dr̄ in eternū.exponať pro diuturno tp̄e.ni/
hilominus ex hoc loco capiūt doctores vlr̄/ꝙ incole
loci illiꝰ ante pctm̄/ligni vite vſu a ſenecta preſerua
bantur ꝛ conſequenter a morte.quicquid ſit de alijs
qui ante peccaſſent/quales ſunt nunc Enoch ꝛ He/
lias ſm cōem chriſticolarū opinionem.Succeſſores

igitur prothoparentū/ligni illius virtute ſemper a morte ꝑſeruati fuiſſent. Non minus etiā habitatio illa ameniſſima cōuincit in ea genitos innocentes/ munere originalis iuſtitie ꝓueniri/ꝗ̄ ex parentum culpa exules factos eorū natiuitas cōtingens in exilio/cōuincat in peccato cōceptos. Neq; enī in deo magis feruet iuſtitia/ꝗ̄ ſeipſam diffundat miſericordia/⁊ bonitatem premonſtret munificentia. Et quo ad ſtatum innocentie/tanta ſint dicta/que p̄ncipaliter proſequuntur ſacri Theologi.

## Quid originale peccatum importet tam formaliter q̃ materialiter acceptum, declaratur. Cap. VIII.

De peccato originali. Concluſio pª.

Quo ad ſtatū etiā peccati ⁊ de ipſius originalis peccati natura penaq;/nōnulla a ſacris Theologis principalr̄ p̄dicata/oſtendere nūc libet in ſacris lr̄is apertiſſime cōtineri. Et primo quidem dicunt ꝙ prothoparētes nr̄i ex hoc ipſo ꝙ deo inobedientes fuerūt/peccati maculā incurrerūt/in eis quidē tunc actualē/in poſteris vero denoīatam originalē. Sed aduertendū ꝙ ſicut iuſtitia originalis duobus modis accipit̄ (vt.ſ.dictū eſt) ita ⁊ originale peccatū ſibi oppoᵐ duplr̄ a theologis accipi cōſueuit. Uno mō prout īportat ꝑuationē iuſtitie originalis primo mō ſumpte/hoc eſt feliciſſimi illiꝰ ſtatus interioris hoīs/⁊ decētiſſimi ordinis quo mens deo ſubiecta erat/⁊ ſenſus mēti ꝫm dei beneplacitū ſupernaturalr̄ regulare. Alio mō vt eſt priuatio iuſtitie originalis 2º mō ſumpte/hoc eſt gratie gratū facientis/⁊ ēt ſupnaturalis illiꝰ habitus ac virtutis qua aīa primo decorata ꝫm eſſentiā/oēs vires tam ītellectuales ꝗ̄ ſenſitiuas in rectitudine cōtinebat ⁊ in deū ſine difficultate tendere faciebat. Utramq; aūt priuationē incurrit primus hō per actualē rebellionē ad deū in tranſgreſſiōe dati ꝓcepti. Alij vero qui ab illo per naturalē generationē propagati ſunt/eādē priuationē ex hoc ipſo incurrūt ꝙ ſic corruptā naturā ab ipſo recipiūt. Inficit̄.n.pſona que in tali natura ſubſiſtit. Et niſi p ſacrā/vel quocūq; alio ſupnaturali ſanctificationis auxilio liberaret̄/ſemp tali macula deturpata maneret. Cū.n.vtroq; mō accepta priuatio iſta originalis/decentiā ⁊ pulchritudinē aīe tollat/ oppoſitā turpitudinem atq; maculā importet ⁊ ponat/neceſſe eſt. Hoc enim omni ſpirituali macule commune eſt vt priuationē importet nitoris illius ſpiritualis anime/ quem diuina gratia / ⁊ in propoſito originalis etiam iuſtitia vtroq; mō accepta cauſabat in primis parētibus/⁊ cauſare debebat in alijs. Sicut aūt pulchra ſunt q̄ viſa placēt/ita turpitudo diſplicet/⁊ abiectione reprehēſioneq; dignos ea reddit affectos. Primos igitur parentes turpitudine ſpūali defedatos ex tranſgreſſione fuiſſe q̄ deo opt.max. diſplicueit/ ſacre lr̄e īſinuāt manifeſte/cū ex hoc penas grauiſſimas īcurrerint cōminatas. Quā etiā turpidinē figuraliter hoc pretendit ꝙ ſeipſos a facie domini in paradiſo perambulatis abſcondiſſe narratur. Pulchra ſi quidem a facie patris aut domini nequaquam abſcondunt̄/ſed ei potius preſentant̄ vt viſa delectēt. Sola turpitudo ab eius oculis meret̄ abſcondi. Et ſi ſeipſam turpitudo cognoſceret/ſeipſam ab oculis oīm pro poſſe ſubduceret. Turpis ergo factꝰ homo poſt actum peccati cōuincitur/non corpore quidē ſed aīa ⁊ viriū ſuarū inordinatis actibus/cū ſe ſtatim a facie domini in paradiſo perambulantis abſcondit. Id.n.exprimit ſpūalr̄ ſcriptura/qȣ Adam factus carnalis maculā anime nō cogitabat: ſed de ſola nuditate corporis erubeſcat/ſtulte rn̄dēs. vt dicit Iſidorus/quaſi deo nudus diſpliceret quē nudū fecerat: ⁊ q̄ſi carnē dn̄o velit occultare. vt dicit Auguſtinus/cū corda inſpiciat. ¶ In hac aūt pcti turpitudine quiddā fuit quaſi formale/priuatio inquā debite ſubiectionis mētis humane ad deū per grām ⁊ originalē iuſtitiā ſcdo mō.ſ.acceptā. Aliud q̄ſi materiale/priuatio inquā ordinis debite ſubiectionis ſenſitiuaꝝ viriū ad rōnē rectā. In hac.n.rebellione pōt eſſe pctm̄: inquantū actus eaꝝ prorūpunt ſine regula rōnis qua nati ſunt regulari: ⁊ ꝫm ꝙ habitualr̄ nati ſunt irregulari prodire/dr̄ in eoꝝ principijs habitualr̄ manere pctm̄ quantū ad id qȣ in pctō materiale eſt. Formalr̄.n.pctm̄ ī volūtate reſidet recte rōni ꝯ̄ria/⁊ ab ea cetera q̄ in hoīe mouent̄ in opus/turpitudinē hn̄t vt a cā. Que vō a volūtate nō imperant̄ opera/pctō non ſubiacēt/vt ſunt vegetatiue ptis actiones. In mente igit̄ formalr̄ ⁊ p̄ncipalr̄ eſt originale pctm̄: ⁊ rōne nature infecte pſona quoq; inficit̄/⁊ pcti rea eſt/vt pſonalr̄ egeat redēptiōe. Que pſona ſi ꝫm ſe ſola vt pſona eſt cōſideret̄/talē priuationē iuſtitie originalis patit̄ etiā ꝫm mentē potiꝰ vt penā peccati nāe/ꝗ̄ vt pctm̄. vt ex doctrina colligit̄.s. Tho. Malo.q.4.ar.1º. In viribus aūt ſenſitiuis talis priuatio/culpe quidē rōnē habet/vt mouent̄ a voluntate maculata ⁊ grā deſtituta. ſed pene rōnē etiā habet inquantū cauſat̄ demerito rebellionis qua mens deo ſubijci contēpſit. Iuſtū eſt.n.vt inferiora ſibi rebellantia ⁊ aduerſantia patiat̄/qui ſupiori ſubiectꝰ eſſe recuſat. Inde lex in mēbris inuēta eſt legi mētis repugnās ꝫm Aplm̄ ⁊ captiuās hoīem in lege pcti. Sic ēt dr̄ caro cōcupiſcere aduerſus ſpūm/qn̄ ēt ſpūs conat̄ ad deū cōuerti. Hanc rebellionem in primis parentibus manifeſtarunt irregulati pudendoꝝ motus ad pᵐ aſpectū mire pulchritudinis corpee alterutrū poſt peccatū. Senſerunt.n.motū inobedientis carnis ꝫm Aug. tanq̄ reciprocā penam inobedientie ſue/ quos aīa rōnalis mox erubuit quaſi beſtiales. Artabant̄ enī duplici verecūdia ꝫm glo. Augⁿⁱ. q: tunc pᵐ obſcenum motū ſentiebant in mēbris: ⁊ q: pp tranſgreſſionem hoc contigiſſe videbant. Un̄ primis que manibus occurrerunt apta folia/operire pudēda ſtuduerunt: cum rōni confuſionē parerent ⁊ inobediētiam ꝓferrent. prout ſacre lr̄e manifeſte inſinuāt caſtiſſimis verbis. Et dū concupiſcibilē que in regno ſenſitiue aīe oībus preſtat ⁊ imperat/⁊ cuius motus circa pudenda ꝓcipui demonſtrant̄/ex hoc rōni aduerſaꝝ quiſq; cognoſcit. oēs ſenſitiuas vires ſub vexillo dn̄e contra rationem ꝯ̄ter ſuſcepiſſe bellum clariſſime conſtat.

## Indictam nobis ex peccato, moriendi neceſsitatem, ceteris paſsionibus comitatam. Cap. IX.

Concluſio 2ª.

Dicunt vlterius ſacri Theologi animam prepotenti illa virtute qua corpus immortale ſuffragante vitalis ligni fructu/poterat cō-

tinere

tinere per peccatum fuiſſe deſtitutam /vt iam non preualeat contrariarum qualitatum pugne ad interitum corpus trahentis obſiſtere: ligniq; vite negata refectio confirmat ipſius mortis indictam neceſſitatem. Hoc autem vite excidium/ ꝙ in peccati penam inflictum fuerit/ſacre littere promunt/dum precōminatam preferunt dato precepto mortem cuius poſtmodum ſententiam latā deſcribunt in tranſgreſſores/iuncto ꝑpetui exilij caſu cū erūna multiplici. Siquidē oēs defectus ac paſſiones nociue tā anime ꝗ̄ cōiuncto/quibus hō naturaliter ēt arctaretur qn̄ in puris naturalibus crearet̄/in penā nunc originalis peccati retribuuntur. Que.n.a nā humana nō ex ſe ſed bn̄ficio iuſtitie originalis fuerāt ammote paſſiones/iam in penā tranſeunt priuationis illius. vt.s. Doctor docet. 2º.d.30.ar.pº. Has autē cauſat ⁊ intrinſecus vitalis calor/ humidi radicalis continue cōſumptiuus/⁊ ex hoc ſenectā ⁊ mortē tandē inducens: ⁊ exteriorū tam nāliū ꝗ̄ a propoſito cōtrariorum agentiū impreſſiones aduerſe/quibus infirmata ⁊ omni ſupnaturali auxilio quo per iuſtitiā originalē preſeruabat̄/natura deſtituta propter peccatū/reſiſtere iam non pōt. Sicut enim oīa exteriora dum homo in iuſtitia perſtitiſſet/in omnibus obſequundaſſent eius ſaluti: ſic omnia poſt peccatum coniurarunt in eius interitum. Dignum eſt enim vt ſerui vlciſcantur pro viribus iniurias domini ſui. Quod primo quidem oſtendunt ſacre littere / dum exilium paſſos ex peccato primos parentes noſtros enarrant e loco voluptatis ⁊ deliciarum omniū celi munere / in locum hunc eque celo quidem ſubiectum / ſed non equa elementorum temperie delitioſum: quinimmo multipliciter animatis omnibus ⁊ inanimatis naturaliter/hominibus vero ēt in peccati penā infenſum. Premonſtrant ēt hoc ipſū ſacre littere/ dū pelliceas eis a domino factas tunicas deſcribunt in aliqualem defenſionem ab aduerſis elementorum ⁊ celorum incurſibus. Licet ⁊ hoc ipſum ſignet eos factos eſſe mortales/ quando pellibus ſunt induti que mortuis animalium corporibus detrahuntur. vt dicit glo. Terram quoq; contra hominem inſurrexiſſe manifeſtant tribuli ſpineq; producte/vel homini tū primo facte nociue. Indicta inſuper laboris neceſſitas vſq; ad ſudorem vultus/ad hoc vt homo vitā ad tempus vtcūq; ſubſtentet/ammiſſam filiationis inſinuat dignitatem. Filijs quippe prouidētur vltro neceſſaria vite/que ſibi ſerui non niſi laboribus parant. Beſtias etiam homini factas nedum rebelles/verū etiam exitialiter nociuas ⁊ aduerſas/ patefaciūt poſite nāq; infitē poſt peccatum inimicitie/inter ſerpentem vice beſtiarum omnium/⁊ mulierem: ⁊ vtriuſq; ſeminis adinuicē perſequutio. Dixit enim dominus ad ſerpentem ob id ꝙ peccati cā fuerat/mulierē decipiendo. Inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem: ⁊ ſemen tuum ⁊ ſemen illiꝰ. Illa conteret caput tuum: ⁊ tu inſidiaberis calcaneo illius. Quod quidem verbum licet de diabolo qui per ſerpentem alloquutus Euam decepit/⁊ de inimicitia eius ſpirituali etiā literaliter intelligatur: tamen ex ipſo nomine qȣ naturalem beſtiam eiuſdēq; beſtie corporeas ſonat conditiones/non incongrue ſublatū ab homine dominium quod ſuper beſtias habebat/accipitur poſt peccatum/non modo nobis nō obſequētes aut obtemperantes/verū etiam vite noſtre inſidiantes. Un̄ etiam Glo. dicit/dictū ei eſſe a dn̄o ꝫm alia tranſlationem / pectore ⁊ ventre repes. qȣ in colubro aduertitur naturali viſibiliq;: ⁊ ex ipſo ad inimicum inuiſibilem facta loquutio figuratur.



## Cœleſtis paradiſi ianuam, originalis peccati demerito, perpetuo clauſam humano generi. Cap. X.

Concluſio 3ª.

Aliam penam ſeu damnū maximū incurrit hō propter peccatū primorū parentum/perpetuū inqua exiliū a celeſti patria/⁊ impoſſibilitatē obtinendi ſupernaturalē felicitatem: ad quam tn̄ finalr̄ poſſidendā fuerat hō creatus. Licet.n. felicitas nobis in celeſti pr̄ia repromiſſa/ſic nature nr̄e facultatē excedat/ꝙ ꝓprijs eam ſit īpoſſibile viribus obtinere: eius tn̄ eſt capax anima nr̄a qn̄ ſibi ſupnaturalr̄ conferat̄. Eſt enim aīa nr̄a forma ſpūalis per ſe ſubſiſtēs/vires itidem ſpūales naturalr̄ habens: quarū altera velut quodā lumine naturalia queq; cōtueri poſſit/⁊ vocat̄ intellectus agens: altera ſpēs intentionales q̄bus in actū cognitionis prorūpere poſſit anima ſuſcipiat/retineat atq; ꝯſeruet indebilr̄. ⁊ intellectus poſſibilis in nobis nominat̄. Quantūm igit̄ in ſe eſt aīa/ſpūalis cuiuſcūq; creati luminis/ēt ſi ſuperioris ordinis videat̄ aut ſit/nequaquā incapax eſſe pōt. ſpūali quoq; pōt quacūq; ſpē velut informata cognoſcere: qn̄ ſupnaturali virtute grāq; participationis tanti luminis ac vnionis cum ſpē q̄ ſit ēt diuini ordinis digna fiat. tametſi nulla talis det̄ ſpēs qua deus ipſe ꝑ eſſentiā cognoſcat̄ preter ipſam dei eſſentiā. Deꝰ igit̄ qui diues eſt in oībus/ oēm noſtrā naturalē non mō facultatē verum ēt capacitatē quantum in ſe fuerit ⁊ ex nr̄is meritis nō defuerit/ ſupabūdātius atq; pfectius ꝗ̄ cogitare poſſimus vel ex natura cognoſcere/ſtatuit adimplere. Quo circa creatū hoīem ab initio gratia gratū faciente perfudit: virtutibus inſup atq; donis ſupnaturalr̄ infuſis decorauit ac ita muniuit/ vt hac ipſa ſua vi/meritoq; proprio potēs eſſet ſibi celeſte vendicare regnū/ac ipſam ſupnaturalē ad quā conditus ab initio felicitatē fuerat/adipiſci/cū omni ſua poſteritate pariter virtuoſa decoraq; ꝓcreanda. At ipſa poſtmodum grā/ virtutibus atq; donis ammiſſis pp peccatū/impotentie ſue naturali reſtitutus eſt hō in ſue penā tranſgreſſionis: vt nullatenus inde valeret deperdito ſue felicitatis pignore/paradiſi ſeu regni celeſtis hereditatē cōſequi prout an̄ valebat. Quo factū eſt vt ēt modo qui ſine lib.arb. vſu decedūt pueri nō purgati primorum parentū originali pctō/detrudant̄ in limbo/qui puerorū ob hoc ipſū dr̄ limbus/ ſola nāli felicitate/q̄ clariſſimā eis naturaliū oīm/⁊ quantum nālia ipſa ꝓmonſtrāt ſubſtantiarū ēt ſeparatarū atq; dei opt.max. cognitionē ꝓſtat ex nā cō-

rentiã ac de priuatiõe regni celeſtis ꝓpter ꝙ ad il/
lud idoneos ſe nõ viderẽt atqꝫ capaces/nequaquã
dolentes. Secus de decedẽtibus ante xp̄i paſſio/
nẽ cũ gratia/⁊ nullo peccati vinculo obligatis.
Hi nẽpe celeſti nihilominus arcebant a regno/ac
loco ſubterraneo qui limbus hac ipſa rõne dice/
batur ſanctorũ patrum detinebant inuiti. Fuiſ/
ſent aũt indicibili cõpreſſi triſtitia/niſi cognouiſ/
ſent/ac ſpe firmiſſima ꝓſtolarent ſe liberãdos me
rito illi⁹ intercedente qui tãte virtutis in conci/
liando foret/ quante fuerat dignitatis offenſus.
Equiſſimũ quippe factuqꝫ digniſſimũ erat/vt iu
ſtitia ꝑ ſatiſfactionẽ veri hoĩs innocentis pro hu/
mana natura peccatrice/ locũ haberet: ⁊ miſeri/
cordia ſimul reluceret ꝓ nobis ſatiſfacientis dei
veri: qua reſtitutã primũ in hac vita innocentia/
originaliqꝫ iuſtitia quantũ ad grãz ⁊ rectitudinẽ
volũtatis que potiora ſunt munera ſtatus illius.
poſt mortem demum omni ſublata peccati pena.
omniqꝫ miſericordia relegata. mox patriã cele/
ſtem hereditate poſſideamus: ⁊ poſt cõem reſurre
ctionẽ vera immortalitate vtriuſqꝫ hominis ve/
ſtitis/ oĩm malorũ occurſus funditus ſit a nobis
amotus. Patrie celeſtis per peccatũ obcluſio/
nem virtute humana irreſerabilẽ preſignant lit/
tere ſacre ſm ſanctorum Doctorum interpreta/
tionem. dum in eis collocatus ante paradiſum
voluptatis Cherubin: ⁊ flammeus eius gladius
atqꝫ verſatilis ad cuſtodiendam viam ligni vite
deſcribitur. Cherubin quippe ſcientiam ex no/
mine prefert: gladius vero iuſtitiam prefigurat:
ignis autem inſuperabilem virtutem omnia cõ/
traria debellantem ⁊ abſumentem. vt ex his om
nibus deſignari liqueat hanc ipſam penam ho/
mini ob peccatum inflictã eſſe ex equiſſima dei
iuſtitia/dirigente infinita ſapientia quibus nul/
la creata virtus valeat reſiſtere aut aliquatenus
reluctari. Eiectus eſt igitur homo ex ameniſſimo
loco in hanc vallem miſericordie: ⁊ filiali digni/
tate priuatus/non ſolum peccati/verum etiã dia
boli cuius fraude circũuentus ceciderat/ſeruitu
tem incurrit aſperrimam ⁊ crudelem/a qua nos
redemit ſaluator dominus Jeſus. vt qui per aliũ
cecidit/alterius quoqꝫ ſcilicet dei reſurgat auxi/
lio: qui nihilominus verus homo ſit. vt aſcriba/
tur homini victo victoria de hoſte ꝓſtrato a quo
victus fuerat: vt ſic etiam ianua celi eidem ape/
riatur: cui ⁊ paterna hereditas etiam reſtitua/
tur vt filio. Hanc etiam redemptionem ⁊ libera/
tionem a diabolica ſeruitute: patrieqꝫ felicis ha/
bitationis reſtitutionem nobis a deo fuiſſe repro
miſſam/tum figuris/tũ prophetalibus vocibus/
ſacra ſcriptura in omni ferme paſſu teſtatur aut
libro/quã mox exhibendã primis ſue predicatio
nis verbis ipſe ſaluator inſinuauit dicens. Peni
tentiã agite/appropinquabit.n.regnum celorũ.

## Omnes homines a primis parentibus ſeminaliter propagatos originale peccatum trahere. Cap. XI.

Concluſio 4ª.

Dicunt etiã ſacri Theologi ſm ſacras lit/
teras eſſe neceſſario confitendum
omnes homines ſeminaliter ab Adam propaga
tos pariter originale peccatum contrahere: ſicut
pariter perdiderunt debitam paradiſi volupta/
tis habitationem/vite ligni ſuffragium/immor/
talitatem/omniumqꝫ malorum preparatam ne/
gationem. Solumqꝫ ex hoc Chriſtum excipiunt
ꝙ non humano ſemine/ſed miſtico ſpiramine cõ/
ceptus ſit. Neqꝫ enim poteſt aliter intelligi quod
ait Apoſtolus per vnum hominem peccatum in/
traſſe in mundum/⁊ omnes homines in Adã pec
caſſe/niſi quia ab eo proceſſerunt per virtutẽ ſe/
minalem infectam. ⁊ naturam humanam ab eo
acceperunt iuſtitia originali voluntarie deſtitu/
tam. Jllam enim iuſtitiam quam primus homo
pro tota natura humana conſequutus fuerat ſi/
ne merito/ex proprio demerito perdidit etiã pro
natura. Et cum vnumquodqꝫ agat ſm faculta/
tem ſue nature: non potuit qui corruptã habuit
naturam/integram per generationem cõmuni/
care. Et qa in poteſtate nature erat iuſtitiam il/
lam ſeruare quam per voluntatem perſone in na
tura exiſtentis perdidit: ideo corruptio illa ſi ad
naturam etiam comparetur/culpe rationem ha
bet: vt ex hoc dum cõmunicatur natura corru/
pta/traducatur ⁊ culpa: ſicqꝫ natura infecta/pſo
nam etiam cui cõmunicatur ex hoc ipſo inficiat/
⁊ non ſua ſed primi parentis volũtate qua natu/
ra corrupta eſt/culpabilem reddat: vt peccatum
hoc in poſteris potius naturale dicatur q̄ʒ volũ/
tarium: ſm illud Apoſtoli Eph.2. Eramus na/
tura filij ire. Jn ꝓmo vero parẽte/⁊ actuale fuit
⁊ naturale: inquantum propriam etiam naturã
ſuo actu infecit. Semen autem humanum nõ eſt
huius culpe ſubiectum/ſed proxima cauſa inſtru
mentalis. Sicut enim in ſemine virtute manet
natura/ita ⁊ nature proprietates ⁊ quecunqꝫ cõ
munes conditiones ad defectum etiam pertinen
tes. Sicut cõtingit in ſemine leproſi naturã hu
manam lepra infectam contineri/vt proles inde
generetur leproſa. Sic igitur virtute ſeminis a
natura corrupta deciſi / generatur proles natu/
rali peccato infecta. eo vel maxime ꝙ naturam
perſe primo reſpicit vt terminum generationis
⁊ vt per ipſam generationẽ conſeruandam/ cu/
ius naturalis generationis ſemen principium eſt
actiuũ. Ex quo ita traducitur peccatum origi/
nale dum mox homo generatur/ꝙ nõ redit poſt
baptiſmum manente cõcupiſcentia/eo ꝙ ad con
ſeruationem eſſe huius perſone non autem natu/
re/primo pertinet coniunctio huius anime ⁊ cor
poris in natura humana. Talis enim cõiunctio/
infectionem originalis peccati non facit in ani/
ma niſi adiungatur aliquid quod perſe primo ad
naturam pertineat/cuiuſmodi eſt actus genera
tionis. vt dixi. Unde per generationem/in filiũ
culpa traducitur/qua non inficitur ex concupi/
ſcentia remanente poſt baptiſmũ anima. Ex his
autem ſequitur ꝙ ſi quis aliunde naturam hu/
manam accipiat / homoqꝫ fiat / q̄ʒ per actum
generationis ab Adam deriuate / peccatum
originale nequaquam contrahet /et ſi iuſtitiam
originalem non haberet / mortem communeſqꝫ
defectus non vt penales ſed vt naturales ſubi/
ret/preter



ret: preter exilium a regno celorum. Si enim gratia
informatus decederet: obtineret proculdubio mox
purgatus celeſtia regna/etiam ſi per caſum chriſtus
incarnatus non fuiſſet. Quãuis enĩ per chriſti paſ
ſionem redempti ſaluentur homines: non eſt tamen
arctata diuina virtus/quin in gratia a chriſti paſ/
ſione non dependente quis exiſtens in caſu / ſaluari
poſſet. Sicut etiam ſine redemptione chriſti ſaluati
fuiſſent homines in innocentia perſiſtentes/⁊ de fa/
cto ſine ea ſalutem cõſequuti ſunt angeli qui ad deũ
in principio ſunt conuerſi.

## Baptiſmus eſt medicina contra morbum originalis peccati. Cap. XII.

Concluſio 5ª.

Quomodo autem per baptiſmum tolla
tur originale peccatũ decla
rantes ſancti Doctores dicunt ꝙ quantum ad ſuũ
formale tollitur peccatum: quo ad priuationem in/
quam gratie ⁊ irrectitudinis voluntatis ex ratio/
ne auerſionis a fine cauſatam: non aũt quo ad ſuũ
materiale: quod diſpoſitionem quandam ad conſi
miles actus ex actu peccati ratione cõuerſionis cau
ſatam ⁊ relictã importat. Licet ⁊ iſta diſpoſitio per
gratiam ad contrarium inclinantem/⁊ per aſſuetu
dinem ad bona opera/continue minuatur ſeu refre
netur. Baptiſmus autem ſicut etiam cetera ſacr̃a/
perſonam purgant/non nature defectum tollunt.
Per baptiſmum igitur confertur gratia cuius vir/
tute illa infectio ab homine tollitur que ex ipſa na/
tura infecta/in perſonam deuoluebatur: ⁊ ſic libera
tur anima a peccato/necnon etiã a reatu totius pe/
ne/tam inquã eterne q̄ʒ temporalis abſoluitur. Di/
ſpoſitio autem ad malum q̄ conſequitur conditionem
nature/non ex toto tollitur per baptiſmum. Reſti
tuitur ergo per baptiſmum originalis iuſtitia quã/
tum ad gratiam ⁊ rectitudinem voluntatis ex cu
ius priuatione ratio culpe inerat: non autem quan/
tum ad rectitudinem virium inferiorũ/que potius
materiale quid erat in originali iuſtitia / ⁊ oppoſi/
tum eius in originali peccato/pene potius rationẽ
habẽs q̄ʒ culpe. que tamen pena non tollitur per ba
ptiſmum: ſicut tollitur alia que auerſionem conſe/
quebatur/⁊ celeſtem beatitudinem retardare pote/
rat. Quedam enim pena originali culpe debetur in
quantum perſonam inficit. ⁊ hec eſt priuatio diui/
ne viſionis. Viſio enim hec actũ quendam impor/
tat: actus autẽ omnis/perſone eſt. Sicut ergo per/
ſonam per ſe primo reſpicit actus iſte/ita ⁊ priuatio
eius: eo ꝙ oppoſita nata ſunt fieri circa idem. Alia
pena eidem culpe debetur inquantum naturam in
ficit. ſicut eſt virium ſenſitiuarum ad rationem re/
bellio/⁊ corporis ad animã ſublata ſubiectio: vnde
mors ſequitur/ ⁊ cetere vite huius corporee miſe/
rie/que omnia ex principijs nature corrupte cauſan
tur/totam ſpeciem conſequentes: quarũ reatus nõ
retardat introitum regni: cum nec etiam in morte
remaneat. nec animam primo ſed corpus tantum
dum viuit afficiat. Baptiſmus igitur cum origina/
lem culpam tollat ſm ꝙ nature infectio in perſonã
redundat/non autem ſm ꝙ in ipſa natura virtuali
ter inuenitur/vt dictum eſt. primam penam conſe/
quenter tollit/que ad perſonam perſe refertur: non
autem eam que culpe debetur vt naturam inficit/
cuiuſmodi eſt fomes pcti/⁊ cetere vite hui⁹ penali/
tates. Sʒ hoc erit in patria quando natura nedum
perfecte curabitur/ verum etiam glorificabitur. Ex
quibus omnibus etiaʒ clare ſcitur vnde proueniat
ꝙ licet homo ſit purgat⁹ a peccato originali ꝑ Ba
ptiſmum/nihilominus prolem generat in peccato.
Hoc enim ideo eſt/quia per baptiſmũ tollitur pec/
catum originale ⁊ reſtituitur iuſtitia originalis quã
tum ad hoc ꝙ datur gratia/per quã ſuperior pars
anime deo coniungitur: non autem reſtituitur iu/
ſtitia originalis quo ad hoc ꝙ poſſit conſeruare cor/
pus abſqꝫ corruptione: aut etiã poſſit ſuperior pars
conſeruare inferiores abſqꝫ omni rebellione. Unde
manet poſt Baptiſmũ ⁊ neceſſitas moriendi/⁊ con
cupiſcentia que eſt materiale in originali peccato.
Manifeſtum eſt autẽ ꝙ baptizatus non generat ſm
ſuperiorẽ partem anime/ſed ſm inferiores ⁊ ſm cor
pus. Et propter hoc licet non habeat peccatum ori/
ginale inquantum eſt culpa. tranſmittit tamẽ pec/
catum originale in prolem. Et ſicut quilibet pecca/
tum originale trahit particulari generatione pa/
tris ſui. ita etiam oportet ꝙ emundationem ab eo
conſequatur per ſpecialem regenerationem ſuam/
⁊ non per hoc ꝙ pater ſuus regeneratus eſt.

## Quomodo prædicta omnia ſint de intẽtione ſanctorũ Doctorũ. Cap. XIII.

Predicta omnia ſunt de mẽte ſancti Do/
ctoris 2º.d.29./3º.⁊.31. Jn que/
ſtionibus etiã de Malo.q.4ª. preſertiʒ articulo pri
mo.⁊ alibi pluries. Et quantum ad id precipue qđ
in q̄ſtione verſatur/vnanimi conſenſu doctores om
nes eccleſie ſancte predicant omnes homines cõiter
ab Adã progenitos originali peccato ſic naſci cor/
ruptos ⁊ infectos/vt niſi per chriſti ſanguinem me/
dijs ſacramẽtis purificentur/a delitijs paradiſi ſem
piternum ſubeant exilium/tametſi alioquin eſſent
ſine peccato quocunqꝫ actuali. Huius veritatis te/
ſtis irrefragabilis eſt Auguſtinus qui in quodã li/
bello intitulato quando cur ⁊ quomodo deus ho/
mo/hanc omnium ſanctorum patrum eſſe ſenten/
tiam proteſtatur dicens. Sciebant ſancti patres ꝙ
poſt primi parentis lapſum nemo ex eius ſtirpe mo
re naturali propagandus erat qui ſe vel alios erige/
re valeret/niſi ille deſurſum veniret qui virtute di/
uinitatis de carne peccatrice humanitatẽ ſine pec
cato acciperet/cum qua homines peccato proſtra/
tos erigeret. hec ille. Et in eodem libro capitulo ſe/
xto. ſic ait. Si forte alicui per hominem purum re/
demptionem fieri potuiſſe videtur/conuenit vt in/
telligat ꝙ de ſtirpe Ade nullus naturaliter propaga/
ri poterat qui illius delicto nõ teneretur aſtrictus.
Et ideo quilibet tanto minus vniuerſale chyrogra
phũ delere poſſet/quanto vniuerſali vel ꝓpria cul
pa minime careret. hec ille. Et in 2º libro de baptiſ
mo paruulorum. ſic ait Auguſtinus. Non eſt in fi/
lijs hoĩm nec fuit nec erit / qui nullo vnq̄ʒ peccato

fuerint obſtrictus/ aut ad iuſtitiam non ex peccato peruenerit/ excepto vno mediatore per quem finitis peccatorum inimicitijs reconciliamur deo. Solus ergo ille etiam homo factus manens deus/ peccatum nullum vnquã habuit/ nec ſumpſit carnem peccati quãuis de materna carne peccati. Qđ enim inde ſuſcepit: illud profecto ſuſcipiendo mundauit. hec ille. Ambroſius etiam vt refert Auguſtinus in libro de nup. ⁊ concu. idem confirmat. Unde ſic ait. Auguſtinus. Dicimus omnes eos qui de cõmixtione maris ⁊ fermine naſcuntur/ que ſine pudenda libidine non poteſt etiam quod honeſtũ eſt operari/ trahere originale pctm̃: eoſqꝫ de parẽtibꝰ qualibuſcũqꝫ naſcantˀ non negamus adhuc eſſe ſub diabolo niſi renaſcãtur in chriſto qui de eadẽ ſexus vtriuſqꝫ cõmixtione naſci noluit. Dixit enim beatiſſime memorie Ambroſius epũs cum chriſti carnalem natiuitatem inſinuaret/ ideo chriſtum expertem eſſe delicti: quia conceptus eius/ ſexus vtriuſqꝫ expers fuit. Nullum autem hominum dixit eſſe ſine delicto qui de illa conceptione conceptus eſt. Nam eius verba iſta ſunt. Omnis enim homo mendax: ⁊ nullus ſine peccato niſi vnus ſolus deus. Seruatum eſt igitˀ vt ex viro ⁊ muliere. ideſt per illam corporum commixtionem nemo conceptus expers ſit delicti. qui autẽ expers eſt delicti/ expers eſt etiam huius conceptionis. hec illi. Diuus etiã Anſelmus in libro de conceptu virginali ſic ait. Quoniã de ſpiritu ſancto ex virgine conceptus eſt chriſtus/ non incongrue ꝓ originali iniuſtitia quã omnes filij Ade habent a ſua origine: iuſtitiam originalem habuiſſe ipſe virginis filius dicendus eſt. Quoniam itaqꝫ Adam in tanta gratie celſitudine poſitꝰ/ bona que ſibi ⁊ alijs qui per naturam ab ipſo propagandi erãt ſeruanda acceperat ſponte deſeruit/ idcirco filij perdiderunt. qꝛ pater qui predicta bona ſeruãdo illis dare poterat/ ea non ſeruando abſtulit. Si enim Adã nequiuiſſet ad eos quos naturaliter generaturꝰ erat iuſtitiã ſuam perducere/ nequaquã poſſet in eis ſuã iniuſtitiam tranſmittere. In hoc enim ſunt omnes naturaliter iniuſti: quia nullam habent quã omnis homo debet habere iuſtitiam. Propter hoc enim Apoſtolus omnes filios Ade excepto virginis filio/ peccatores ⁊ filios ire in ſcriptis ſuis eſſe pronunciat. hec ille: qui in eodem libro hanc eandem doctrinã multotiens ⁊ multipliciter aperit. Ex his oĩbus cuiqꝫ patere poteſt ꝙ predictis cõcluſionibus in ſacris litteris aperte contentis/ ⁊ a ſanctis Doctoribꝰ predicatis/ nullus poteſt contraria ſentire vel dogmatizare abſqꝫ ꝑiudicio veritatis catholice fidei: vt pateat cõſequenter veritas affirmatiue partis queſtionis propoſite. Que nihilominꝰ propter ſui difficultatem apud multorũ intellectus ſerioſius ⁊ accuratius diſcutienda eſt ⁊ declaranda/ falſis opinionibꝰ confutatis. Et hec de primo.

# Pars Scđa Principalis.

## Opiniones falſæ proponuntur damnandæ cum ſuis motiuis. Cap. Primum.

q Uo ad $2^{m}$ principale ſciendũ eſt ꝙ Caietanus ſup $p^{a}$ $2^{e}$. S. Th. q. 81. art. 1. opinatˀ non pertinere ad fidem vtra q̃ſtionis huius pars teneatˀ: ⁊ ꝯñr ꝙ abſqꝫ preiudicio fidei catholice teneri poteſt ꝙ non omnes homines ab Adam ſeminaliter propagati contrahunt originale peccatũ de facto: ſed aliquis ex ſpeciali ꝓrogatiua gratie poteſt non incurrere actualiter originale peccatũ. Licet omnes tales habeant neceſſitatem contrahendi illud: ita ꝙ neceſſarium eſt ſm catholicam fidẽ ſolum credere ꝙ omnes tales ſint obnoxij peccato originali ex modo ſue originis. nõ autem ꝙ omnes illud de facto contrahant. Et ſic id quod Sco. 3°. d. $3^{a}$. reliquit ſub dubio/ iſte determinat. hoc inquam/ ꝙ ſic preſeruari non repugnat ſacris literis aut determinationi eccleſie: alias non poſſet dici oppoſitũ abſqꝫ preiudicio catholice fidei. vt tamen iſte affirmat. Quod etiam probare nititur ex eo ꝙ nõ eſt magis hoc contra ſacras literas ⁊ conſequenter cõtra fidem q̃ꝫ ꝙ non omnes homines de facto moriãtur/ cum vtrunqꝫ ſimul Apoſtolus promulget. ad Rom. 5°. dicens: Per vnum hominem peccatũ intrauit in mundum ⁊ per peccatũ mors: ⁊ ſic in omnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt. Non eſt autem contra fidem tenere ꝙ non omnes homines de facto morituri ſunt: cum multi hoc opinantes / non ſint vt heretici ob hoc habiti: vt patet per Magiſtrum 4°. d. 43. connumerantem etiam Hieronymũ hoc aſſerentem in quadam epiſtola: vel ſaltem ex aliarum opinione quã non damnat hoc pronunciantem. Quin etiã. S. Tho. ea. d. q. 1. ar. 4°. ad $3^{m}$. dicit ꝙ ſic teneri poteſt ſine errore. ergo pari ratione nec illud eſt contra fidem. Sed ſolum hoc neceſſarium eſt tenere ſm fidem ꝙ omnis ſeminaliter ab Adam propagatus ex ipſa ſua generatione ſit obnoxius peccato originali/ ita ꝙ ex hoc incurrit neceſſitatem peccandi niſi ſpeciali priuilegio preſeruetur: ſicut etiam incurrit neceſſitatẽ moriendi: niſi a morte ipſa ex ſpeciali gratia liberetur. Et addit Caietanus/ ꝙ ad hunc ſolum ſenſũ de vniuerſali contractione peccati contra Pellagianos hoc negantes diſputat Auguſtinus: ⁊ ꝙ in ꝓdicto ſenſu ſolo interpretanda ſunt verba ſancti Tho. ſupra inducta: ⁊ ſi qua ſimilia ſunt in doctrina eiꝰ. Dicit tamẽ ꝙ nullũ illo modo preſeruari eſt probabile propter doctrinam ſanctorũ doctorum/ in hoc Scoto conſentiens qui in $2^{o}$. d. 32. dicit tenendum eſſe ſm ſanctos de cõiter propagatis ab Adã ꝙ incurrant originale peccatum. ⁊ patet ibi clariſſime ꝙ intendit de facto. Addit etiam Caietanus ꝙ ſub predicto ſolo ſenſu ſancti Tho. inducta ratio militat: ex vniuerſali inquam redemptione facta per chriſtum ſumpta. Nam (vt dicit) non ſolum eget redemptione actualiter captiuus: ſed etiã captiuitati obnoxius. Solum autem chriſtum ab hoc excipiendum dicit: quia ſolus ipſe ex ſua generatione/ nulli obnoxius eſt peccato: iuxta verbũ Angeli ad Beatam virginem ante filij conceptionem in vtero / dicentis. Quod enim ex te naſcetur ſanctum ⁊c. ex quo datur intelligi ꝙ omnes alij ab eo ex ſua generatione peccatum incurrere neceſſario debuerant ſm fidẽ/ non aũt ꝙ omnes incurrerint. Cõfirmat etiã hanc opinionẽ/ ex eo ꝙ ſedes Apoſtolica ĩ extrauag. Graue nimis. decreuit donec fuerit deciſũ abſqꝫ hereſis criminiſqꝫ labe vtrãqꝫ cõtradictionis partẽ teneri poſſe/ quo ad preſeruationem Beate virginis ab originali pctõ/ ſiue inquam hoc negando iuxta dicta ſanctorũ: vel affirmãdo iuxta nouitias aſſertiones. Ex quibus patet ꝙ pars negatiua queſtionis teneri poteſt abſqꝫ preiudicio fidei ⁊ ſine macula hereſis.

*Opinio Caietani falſa.* — *Motiuũ Caietani $p^{m}$.*

Declarat etiã Caietanus modũ quo poſſit hoc cõtingere/ vt vꝫ in ipſo inſtanti conceptionis munus preſeruantis gratie ꝓueniat non tempore ſed natura maculã culpe: quam ex modo generatiõis neceſſario genitus ĩcurreret/ niſi talis gratie munere preueniretur. In quo modo a Sco. diſcordat/ qui in 3° d. $3^{a}$. hunc dicit eſſe preſeruationis poſſibilis modũ ꝙ prius natura in primo inſtanti conceptionis peccatum inſit q̃ꝫ gratia. Nec ſequatˀ ꝙ vtrunqꝫ ſimul inſit. qꝛ ſm eum priuatio dicitˀ conuenienter prius ineſſe q̃ꝫ habitꝰ/ etiã ſi ſolus habitus inſit: qñ priuatio ineſt ex natura rei/ habitus aũt ab extrĩſeco cauſatur. Sicut materia hñs formã hominis/ prius natura eſt ſub priuatione eius/ qꝛ hoc habꝫ ex ſe/ q̃ꝫ ſit ſub forma etiã in primo inſtanti animationis quã habet a generante. Prius eniꝫ natura vnũquodqꝫ cõparatur ad ſe q̃ꝫ ad quodcũqꝫ aliud. Utriuſqꝫ autem poſitio falſa eſt/ ⁊ modus ponendi malus. vt infra probabitˀ. Sed primo oſtendendũ eſt Caietani poſitionẽ non eſſe de intẽtione ſcti Tho. aut Auguſtini. immo doctrine eorum penitus aduerſam.

*Modus preſeruationis ſm Caietanum. Modus preſeruationis ſm Scotum.*

## Opinionem nouam eſſe contra intentionem ſancti Tho. & Auguſtini probatur primo ſex rationibus. Cap. II.

1°. Sic igitur nouũ hoc Caietani placitũ ꝙ doctrine ſcti Tho. ⁊ ẽt $Aug^{ni}$ repugnet/ multipl'r ꝓbatˀ. Et arguitˀ ſic ꝑmo. De illo peccato intendit. s. Tho. dum dicit ꝙ ſm fidem catholicam firmiter eſt credendũ ꝙ omnes ab Adam ſeminaliter propagati cõtrahunt originale peccatũ ⁊ ꝙ cõtrariũ eſt hereſis pellagiana/ qđ peccatũ ipſi qui tal'r propagantˀ neceſſario contrahũt per talem propagationẽ. vt pꝫ ex verbis eius/ ⁊ eorũdem ſenſu manifeſtiſſimo. Sed neceſſitas cõtrahendi peccatũ ex mõ generationis/ nõ eſt illud qđ homines ſic neceſſario cõtrahunt. ergo ⁊c. Probatˀ minor. licet ex terminis etiã clara ſit. tum qꝛ illud quo aliqđ ſm. s. Tho. contrahitˀ/ non eſt illud/ ſm eum/ qđ cõtrahit. Sed predicta neceſſitas eſt illud quo peccatũ cõtrahitur. vt patet ex terminis. tũ qꝛ modus rei non eſt ipſa res. Sꝫ neceſſitas cõtrahendi peccatũ dicit modum contractionis eiuſdẽ peccati. ergo non eſt ipm̃ peccatũ contractũ. S. Th. aũt dicit ꝙ oẽs ab Adã carnal'r propagati neceſſario ꝯhunt originale peccatum. ergo nõ intendit per peccatũ neceſſitatẽ cõtrahendi peccatũ. Omnia clara ſunt cognoſcentibꝰ rationes terminorꝫ.

2°. Preterea. Contrahere peccatum plus ĩportat abſolute acceptũ q̃ꝫ habere neceſſitatem vel obligationẽ contrahendi illud. Sicut et contrahere matrimoniũ plus importat q̃ꝫ habere neceſſitatẽ contrahendi illud/ quacũqꝫ lege/ ratiõe/ vel quocũqꝫ pacto. Stat enim $2^{m}$ ſine primo. Sed s. Tho. in oĩbus ſupra inductis locis dicit ꝙ oẽs cõtrahunt originale peccatũ ſm fidẽ catholicam. ergo non põt interpretari ꝙ tantũ intendat oẽs contrahere neceſſitatẽ contrahendi illud ex modo ſue originis. vt facit Caietanus. Et confirmatˀ. qꝛ cũ ſenſus auctoris nõ niſi ex verbis hẽri poſſit: qđ abſolute a. s. Thoma proferˀ/ abſolute etiã ⁊ non cum reſtrictione intelligendũ eſt. Sed abſolute. s. Tho. dicit oẽs ſeminal'r propagatos ⁊c. cõtrahere peccatũ originale/ ex intentione ⁊ verbis ſacrarũ literarum ⁊ ſanctorum doctorũ. ⁊ maxime Auguſtini. ergo nõ debet arctari dictũ eius ad neceſſitatẽ contrahendi ex modo generationis quaſi poſſit actu quis peccatum tale nõ contrahere ſtãte illo generationis mõ. Alias fuiſſet etiã. s. Tho. valde diminutus nunq̃ꝫ exprimẽs hunc peregrinũ ⁊ a verbis alienũ ſenſum. ⁊ prebens ꝯñr in re tanti põderis ex verbis ſuis occaſionẽ errandi.

3°. Preterea. De illo peccato intẽdit. s. Tho. in ꝑallegatis verbis eius/ quo is qui peccatum incurrit dicitˀ formal'r peccator. Sed illa neceſſitate ſola nõ dicitˀ quis peccator aut peccaſſe. Iniuria enim fieret cuicũqꝫ preſeruato a quocũqꝫ peccato puta furto vel adulterio. ſi diceretˀ ei ꝙ eẽt fur vel adulter/ etiã ſi quantũ in ſe erat ⁊ niſi fuiſſet diuinitus ꝑſeruatꝰ/ neceſſario cõmiſiſſet illud. Patet aũt oẽs de qbus loquitˀ. s. Th. dici pctõres. ⁊ ꝙ oẽs peccauerũt. vt pꝫ etiã per auctoritates Apl'i quas in confirmationẽ inducit ex ep'la Ro. 5°. ⁊ per alias qbus Apl's dicit xp̃m eſſe mortuum pro impijs/ pro iniuſtis/ pro inimicis ⁊ filijs ire ex natura ſua. i. a natiuitate ſua. qđ non dicitˀ niſi ratione pcti originalis ab oĩbus contracti/ quales non ſunt dicendi niſi qui de facto peccatum incurrerunt. ergo ⁊c.

4°. Preterea. Si verba Apl'i ſuper que fundatˀ. s. Tho. poſſunt ĩterpretari de illa neceſſitate tantũ/ ⁊ propter illã poſſent oẽs dici peccatores/ non obſtante gratia que peccato contrariatˀ/ multo magis neceſſitas habẽdi iuſtitiã ⁊ innocentiã/ ⁊ abſtinendi a peccatis ex lege diuina nobis ĩpoſita ſufficiet ad verificandũ ꝙ oẽs ſint iuſti ⁊ innocentes: etiã ſi cõtrarium de facto eſſet ex nr̃a volũtate. Patet aũt ꝯña. qꝛ maior ẽ hec neceſſitas/ maior obligatio/ magiſqꝫ nos aſtringens. qñ a potentiori obligante/ ⁊ cui magis tenemur/ maioreqꝫ cum eo vt pote cum cã prima vnionem habemus q̃ꝫ cum Adam/ originetur. Nec valet dicere ꝙ qꝛ nos opponimus volũtarie tali obligationi nõ poſſumus dici iuſti/ ſed magis iniqui. nõ valet inquam/ niſi etiã in propoſito valeat ꝙ qꝛ gratia illa infuſa opponitˀ directe peccato/ nõ pñt ex ꝑdicta ſola neceſſitate dici hoĩes peccatores. Cum ergo Apl's ⁊. s. Tho. dicãt ꝙ omnes ſunt aliqñ peccatores. pꝫ ꝙ aliqñ non habuerunt gratiã/ ſed de facto pctm̃ propter originẽ vitiatã.

5°. Preterea. De illo pctõ intendit. s. Tho. ex intentione Apoſtoli/ qđ opponitur iuſtitie originali vt priuatio ꝓprio habitui. vt pꝫ per eũ $p^{a}$ $2^{e}$. q. 82. ar. 1. Sꝫ habere ſolũ neceſſitatẽ peccãdi ex mõ ſue ĝnationis non opponitˀ iuſtitie originali formalitˀ ſeu quo ad ſuũ formale vt priuatio habitui: qꝛ tale formale in iuſtitia originali eſt rectitudo mentis q̃ deo ꝑ grãꝫ ſubijcitˀ: que ſtare põt ſimul cũ illa neceſſitate ẽt ſꝫ opinãtẽ. ergo ⁊c.

6°. Preterea. De illo pctõ intẽdit

ſanctus Tho. in preallegatis verbis cuius ſtatus cõ
trariatur ſm intẽtionẽ. s. Tho. ⁊ Apoſtoli/ſtatui iu
ſtificationis facte per chriſtum. Sed talis neceſſitas
non cõtrariatur ſm opinantẽ predicto ſtatui iuſtifi
cationis/qꝛ dicit redẽptione indigere non ſoluꝫ ſer
uum ſed ẽt ex modo ſue originis ſeruituti obnoxiuꝫ
etiam ſi ex gratia ſeruiturẽ non incurrerit. ergo ⁊c.
Patet autẽ maior per Apoſtolũ ad Ro. 3° dicẽtem.
Oẽs peccauerũt ⁊ egent gratia dei/iuſtificati gratis
per gratiã ipſius ⁊ per redemptionẽ que eſt in chri
ſto Jeſu: queꝫ propoſuit deus propitiatorẽ per ſan
guinem ipſius ad oſtenſionẽ iuſtitie ſue propter re
demptionẽ precedentium delictoꝝ. hec ille. Ex qui
bus verbis habetur ꝙ gratia ⁊ iuſtificatio facta per
chriſtum tollit peccatum quo oẽs peccauerũt/ſicut
oppoſitũ ſuum oppoſitũ. Sed talem neceſſitatẽ con
trahendi peccatũ ex modo originis gratia nõ abſtu
lit in primo inſtanti ſm opinantẽ: cum nõ abſtulerit
Euaſio ipſum originis modum. ergo ⁊c. ¶ Nec valet ad hec
duo argumenta dicere ꝙ. s. Tho. non pro eodẽ acce
pit ſignificato nomen peccati/cum dicit ipſum eſſe
priuationẽ aut etiam maculam gratie oppoſitã ⁊c.
⁊ cum dicit oẽs peccaſſe in Adam: ſed ꝙ peccatũ in
Impu- hoc ſcdo dicto põt accipi ſub duplici ſignificato. in
gnatio. primo autẽ ſub vno tm̃. ¶ Contra. qꝛ tunc. s. Tho. in
equiuoco pceſſiſſet in toto tractatu de peccato ori
ginali/⁊ in eadẽ etiam ſniã: ⁊ nunq̃ꝫ equiuocationẽ
intentã aperuiſſet. qd deceptoris atqꝫ ſophiſte pro
prium eſt nõ ſanctiſſimi Doctoris. Uoluntaria eſt ẽt
hec duplex acceptio nois peccati/ex ſacris litteris
auctoritatem non trahens ⁊c.

## Eadem falſa opinio reprobatur quo ad idem ſeptima ratione: que etiam multipliciter roboratur. Cap. III.

Septio. Preterea de illo peccato intendit. s. Tho.
in pdictis verbis pro quo in oẽs
pertrãſiit neceſſitas moriendi. vt patet per auctori
tatẽ Apoſtoli ſup qua fundatᷣ intentio. s. Tho. Sed
mors non ptranſiit in oẽs propter neceſſitatẽ illam
cõtrahendi peccatũ ex modo illo/ſed ppter peccatũ
de facto contractũ. qd probatᷣ. Nam mors pertrãſiit
in oẽs in penã: ſed pena nõ debetur niſi ppter culpã.
cuꝫ ergo neceſſitas illa ꝯhendi peccatũ non habeat
rõnem culpe/ſed ſolũ id qd tali neceſſitate ꝯhitur.
pꝫ ꝙ de illa nõ intendit Apoſtolus neqꝫ. s. Tho. in
predictis locis. Penam aũt originalis peccati mor
tem cõſequentesqꝫ penalitates eſſe/nullus xpianus
negat/cum in ſacris litteris apertiſſime hoc conti
neatur Geñ. 5°. in ſuprainducta auctoritate. ⁊ Ro.
6°. vbi dicitᷣ. Stipendia peccati mors. ⁊ Ro. 8. Cor
pus noſtrum mortuũ eſt propter peccatũ. Et decla
ratur anathema ⁊ hereticus in cõcilio millenitano
de cõſec. di. 4 c. placuit. el 3°. qui ꝯtrarium ſenſerit.
Euaſio ¶ Et ſi forte quis dixerit ꝙ mors ⁊ relique penalita
tes relicte ſunt in vtilitatẽ etiaꝫ pſeruati a peccato/
ſicut ẽt liberati ab eo per baptiſmũ: vt vꝫ mereatur
per patientiã/tãetſi de ſe peccati pene ſint. ¶ Cõtra
Impu- prio. Mors nãlis vt diſtinguitᷣ cõtra violentiaꝫ/non
gnatio. cadit ſub merito ſicut nec ſub electione. Jn natura
P°. libus enĩ neqꝫ meremur neqꝫ demeremur. Ergo nõ
potuit relinqui mors naturalis in penam ad profe
2°. ctuꝫ meriti. Secũdo. Plurimi predictas penas pa
terentur etiam qui preſeruati ponerentᷣ/ante vſum
liberi arbitrij quo ſolo quis meretᷣ: ⁊ poſſent in tali
ſtatu decedere. ergo rñſio vim argumenti nõ tollit.
Tertio. qꝛ non ſolum pena corporea ſed ẽt ſpiritua 3°.
lis. ſ. priuatio regni celeſtis ad tẽpus manet etiã in
preſeruatis. Nam ante ſolutũ precium per xpi paſ
ſionem/oẽs deſcendiſſent in limbũ etiam qui pone
rentur pſeruati/vt Scotus ẽt docet 3°. d. 3ª. que tñ
pena ſpũalis/in vtilitatem ⁊ meritum/precipue in
ſtatu termini cedere non põt. ergo rñſio inualida.
Neceſſe eſt igitur talem penã ob propriam culpam
pati hominẽ. Nemo. n. pena ſpũali punitur pro pec
cato alterius/ſed ſolũ pro peccato pprio. vt concor
danter docent ſacri Theologi ex verbo Ezech. 18°.
Pater non portabit iniquitatẽ filij/neqꝫ filius por
tabit iniquitatẽ patris ⁊c. Quarto. Licet ſuppoſito 4°.
pctõ ⁊ ẽt ſuppoſita corruptione nature tam per fo
mitem q̃ꝫ per mortalitateꝫ/alique pene corporales
qñqꝫ cedant in vtilitatẽ/⁊ poſſint eſſe meritorie: ſta
tus tamẽ integer qui ſtatus erat ſine penalitatibus
ſcꝫ ſtatus innocentie/magis erat aptus ad meren
duꝫ q̃ꝫ iſte ſtatus corruptionis per penas. vt patet p
magiſtrum ⁊ doctores in. 19. d. 2ª. ⁊ precipue p ſan
ctum Tho. ibi. ar. 4°. ⁊ 1ª. q. 95. ar. 4°. Nihil enim ad
intra tunc patiebãtur homines virtuti contrariuꝫ
aut ad peccatum inclinans/ſicut nature fomes fle
ctit in malum: ſed gratia ⁊ virtutes in eis inclina
bant in bonum ſine vlla reſiſtentia. Ex his autẽ pa
tet ꝙ abſolute melius ⁊ facilius eſt mereri ſine pe
nis q̃ꝫ cum penis/cum deus cuius perfecta ſunt ope
ra/hominẽ creauerit in optimo ſtatu merendi finẽ
ſuum ad quẽ illum ordinauerat. Non ergo mereri/
eſt cauſa relictarũ penarum poſt remiſſionem pec
cati/niſi preſuppoſita corruptione nature/⁊ peccati
etiã/in patiente. ¶ Quinto. Predicta reſponſio nõ 5°.
ſoluit adhuc argumentũ. quod in ratione pene fun
datur. Jniuſte eniꝫ pena vt ſic/ſine preuia culpa in
fligitur. Nõ poteſt ergo infligi a deo qui iuſtiſſimus
eſt/niſi ſuppoſita culpa/quocunqꝫ bono fine hoc fie
ret. Actus enim malus ex genere/non poteſt quo
cunqꝫ bono fine rectificari. Eſt autẽ hoĩbus inflicta
mors in penã peccati. Unde nec deus (hoc ſtãte) põt
iuſte alicui homini mortẽ infligere niſi ppter pecca
tum ſuũ vel alterius/qñ vnus hõ pro peccato alte
rius mortẽ ſubire vellet. ſicut xps innocens pro no
bis peccatoribus mori voluit. Hec a ſanctis docto
ribus pdicantᷣ. Unde Gregorius in 3°. Moraliuꝫ ſic
ait. Chriſtus inter hoĩes ſolus iuſtus apparuit: ⁊ ad
penã culpe ſolus ſine culpa puenit. Auguſtinus q̃ꝫ
ſcribens ad Sabinũ Comitem ſic ait. Chriſtus mor
tuus eſt pro pctõ non ſuo ſꝫ alieno. Ceteri vero oẽs
non alieno ſed ſuo moriuntᷣ peccato. Qui ẽt in 6° li
bro ꝯ Julianũ ⁊ in libro Hyponoſticon. dicit/ꝙ ſe
queretᷣ deum eſſe inualidũ vel iniuſtũ ſi paruuli nõ
contraherent originale pctm̃/⁊ eoſdẽ mori pmitte
ret. Et reddit huius rõnẽ in 2° de baptiſmo paruu
lorum dicẽs. Nulla pena alicui debetᷣ niſi ppter pec
catum/excepto illo qui in flagella paratus eſt abſqꝫ
peccato. Et intendit de xpo. Jn eodẽ quoqꝫ lib° ar
guens cõtra pelagianos/talẽ fugam pcludit dicens.
Uos aũt negantes originale pctm̃/pfecto cogimini
dicere deũ vel inualidũ vel iniuſtũ ſub cuius prãte
imago eius in paruulis ſine vllo vel pprij vel origi
nalis



nalis peccati merito tantis affligitᷣ malis. Non enĩ
per hoc exercetᷣ virtus. qd recte de bonis hoĩbus ma
iorib⁹ dicitᷣ in qb⁹ rõnis eſt vſus. hec ille. Ex quo va
lidũ ſummitᷣ argm̃ pro opinione quã defendimus/cũ
b. v. ẽt ante vſuꝫ lib. ar. multa ſit mala ppeſſa. vt pꝫ.
Jmmo Scot⁹. 2°. d. 5ª. q. 2ª. ĩ reſp. pricipali. §. 2. ſine
tali exceptione ſtatus in vſu lib. arb. dicit in propo
ſito. ꝙ deus eſſet iniuſtus in caſu pdicto. Sic enim
habet. Si deus ab initio feciſſet hominẽ in pena/nõ
eſſet ppter hoc vituperandus deus nec iniuſtus. Sꝫ
ſi ab initio non fuiſſet in pena/⁊ poſtea feciſſet eũ in
pena ſine ſuo demerito/vituperandus eſſet. hec ille.
Cuꝫ ergo ab initio nõ fecerit hominẽ in pena/infli
gens homini poſtmodũ penam ſine pctõ/ſaltem ori
ginali/eſſet iniuſtus ſm Scotũ Augno conſentien
tem. Nulla eſt igitᷣ data reſponſio. ⁊ principalis ra
tio manet inuicta.

## Ad idem propoſitum quatuor aliæ rationes afferuntur. Cap. IIII.

8°. Preterea. Sanctus Tho. expreſſe tenet in
b. v. fuiſſe pcti fomitem ſed liga
tum vſqꝫ ad xpi conceptionem in qua fuit totaliter
ſublatus. Sed fomes eſt effectus originalis peccati
actualr cõtracti. ergo ⁊c. Pꝫ maior per eundẽ Do
ctorem ſanctum. 3ª. q. 27. ar. 3°./⁊ 3° d. 3. q. 1. ar. 2°.
Quod ẽt aduerſarij negare non pñt/qui cõcedunt
ob meritũ conſequendum ex patiẽtia vel pugna/re
manſiſſe peccati penas in b. v. nõ obſtante ꝙ a pctõ
fuerit preſeruata. Penarũ autem originalis pecca
ti/prima fomes eſt. ⁊ magni meriti cã vel occaſio.
Proptᷣ qd voluit de⁹ vt angel⁹ Sathane Paulũ co
laphizaret/nec ab eo diſcederet. vt ĩ ĩfirmitate virt⁹
pficeretᷣ. Minor võ pbatᷣ: qꝛ rectitudo mẽtis q̃ deo
ſubiecta fuit in innocẽtie ſtatu/fuit pſe cã ſubiectio
nis virium inferiorũ ad rõnẽ. vt probat. s. Th. pª. q.
95. ar. 1. Ergo oppoſita irrectitudo eſt cauſa ſaltẽ in
fieri oppoſite rebellionis ⁊ repugnãtie carnis ad ſpi
ritum. ⁊ ꝯñr ipſius fomitis. Perſe nãqꝫ oppoſitoꝝ
cauſe ſunt oppoſite. Et ſic affirmatio eſt cã affirma
tionis ita negatio negationis. ex p° Poſteriorum.
9°. ¶ Preterea principalr. Jlle ſenſus in verbis ſupra
dictis ſancti Tho. non debet afferri/quem ipſe ſan
ctus Doctor expreſſe deſtruit ⁊ vt hereticuꝫ dãnat.
ſoluens rationẽ qua Caietanus inducitᷣ expoſitionẽ
hanc erroꝛtam in Apľi verbis afferre. Hoc aũt fa
cit. s. Tho. in loco allegato vꝫ 4°. d. 43. q. 1. ar. 4ª. ad
3m. Sic enim ibi ait verſus finẽ ſolutionis. Non ſe
quitur ꝙ ſi põt ſine errore poni ꝙ aliqs nõ moriatᷣ/
poſſit ẽt ſine errore poni ꝙ aliqui ſine originali pec
cato naſcantᷣ (ſupple in vtero) q̃ꝫuis mors ſit pena
peccati originalis. qꝛ de⁹ poteſt ex miſericordia ali
cui relaxare penam ad quã obligatur ex culpa pre
terita. ſicut adulterã ſine pena dimiſit Jo. 8°. Et ſi
militer poterit liberare eos a morte qui reatũ mor
tis cõtraxerunt cum originali naſcẽdo/⁊ ſic non ſe
quitᷣ ꝙ ſi non morientᷣ ꝙ naſcantᷣ ſine originali. hec
ille. Jdem dicit. 2°. d. 31. ar. 2°. ad 2m. Unde pꝫ ꝙ ad
intentionẽ. s. Tho. non ſic eſt interpretandũ indu
ctuꝫ Apľi verbũ quo dicit ꝙ in omnes hoĩes mors
pertranſiit in quo omnes peccauerunt. vt interpre
tatur Caie. dicens/ꝙ eodẽ modo Apľs intẽdat ne
ceſſarium eſſe oẽs peccaſſe/ſicut etiã omnes moritu
ros eẽ. vt ſicut ſine piudicio fidei põt teneri aliquos
non morituros/ita ⁊ aliquos nõ peccaſſe. Pꝫ enim
ſm. s. Tho. verba ꝙ primũ poteſt affirmari ſine erro
re/non aũt 2m. Et notãda ſunt valde verba. s. Th.
quibus deũ dicit poſſe ex miſericordia relaxare pe
nam ⁊c. ad differentiã huius qd eſt aliquẽ homineꝫ
ab Adam ſeminalr propagari ſine peccato. Jnnuitᷣ
enim hoc deũ non poſſe. Quod tñ ĩtelligitur de po
tentia ordinaria ⁊c. Sicut etiam non põt infligere
penã non preuia culpa. Et rõ diuerſitatis eſt/qꝛ pe
nam quã deus gratis relaxare põt/nõ poteſt alicui
infligere ſine culpa illius vt pena eſt. Eſſet. n. hoc
iniquũ. Unde etiã Auguſtinus (vt. ſ. tactũ eſt) di
cit in libro yponoſticon ꝙ ſm errorẽ pellagianoruꝫ
(qui dicebãt paruulos nõ contrahere originale pec
catũ/⁊ nihilominus mori) iniuſtus eſſet deus ſi mo
ri paruulum patiatᷣ nullum habentẽ peccatum per
qd poſſit vita priuari. Hoc idẽ affirmat Scotus vt
ſ. recitatũ eſt. Patet igitᷣ ꝙ opinantis expoſitio in
verba etiã. s. Tho. eſt contra mentẽ illius. Jnfra ve
ro ad probationẽ ſue falſe expoſitionis in Apľi ver
ba ſuo loco rñdebim⁹ ſicut ⁊ ad alia eiuſdẽ motiua.
¶ Preterea. Eo modo intelligenda ſunt dicta. s. 10°.
Tho. quõ exigit dictorum eiuſdem pbatio. Sed ꝙ
omnes hoĩes contrahant peccatũ originale. s. Tho.
probat ex hoc ꝙ oẽs egent redẽptione facta p xpm
ad hoc vt ſaluẽtur: ⁊ ꝙ oẽs quantũ eſt ex parte xpi
ſufficienter ſunt redẽpti a peccato qd de facto ĩcur
rerunt. non aũt ſic ꝙ oibus vel aliquibus preſtitum
ſit peccatũ non de facto trahere/qd tñ ex modo cõce
ptionis trahere debuiſſent. immo hoc ipſuꝫ redem
ptioni facte per xpꝫ opponi declarat. Qd patet 4°
vbi ſupra ſic dicens. Erroneũ eſt dicere ꝙ aliqs con
cipiatur ſine peccato originali preter xpm. qꝛ talis
non indigeret redẽptione facta per xpm: ⁊ ſic chri
ſtus nõ eſſet omniũ hominũ redemptor. Nec poteſt
dici ꝙ talis ſine peccato ꝯceptus. chriſti redemptio
ne indiguerit qꝛ preſtitum eſt ei ꝙ ſine peccato con
ciperetur. qꝛ illa gratia facta eſt parentib⁹ vt in eis
virium nature ſanaretᷣ/quo manente ſine origina
li peccato generare nõ poſſent. vel facta eſt ipſi na
ture que ſanata eſt. Oportet aũt ponere ꝙ quilibet
perſonaliter redẽptione chriſti indigeat. ⁊ non ſolũ
ratione nature. Liberari aũt a malo/⁊ a debito ab
ſolui non põt/niſi qui debitũ incurrit/vel in maluꝫ
deiectus fuit: ⁊ ideo nõ poſſent oẽs fructum domini
ce orationis in ſeipſis percipe/niſi oẽs debitores na
ſcerentur ⁊ malo ſubiecti. Unde dimiſſio peccatoꝝ
⁊ liberatio a malo non põt intelligi/ſi aliqs ſine de
bito/vel immunis a malo naſcatᷣ: ſed qui cum debi
to natus/poſtea per gratiaꝫ chriſti liberatᷣ. hec ille.
Ex quibus verbis clariſſimũ eſt non ſolũ ꝙ opinio
aduerſa/verba ſcti Tho. directe cõtra eius intentio
nem exponit/verũ etiam ꝙ ipſa talis opinio ⁊ aſſer
tio/ab ipſo ſancto Tho. vt heretica condemnatur.
¶ Preterea. Quia Caietanus ipſe dũ ſcti Tho. do 11°.
ctrinaꝫ circa pec. orig. ⁊ circa ſanctificationem b. v.
pertractat 3ª. q. 27. ar. 3°. inter alia dicit ꝙ aſſerere
quẽquã eſſe preſeruatũ ab originali/contrariatᷣ do
ctrine ſanctorũ Doctorũ antiquorũ. Sed ſancti do
ctores antiqui cũ. s. Tho. inter eos cõnumerato vt
patet per auctoritatẽ. ĩ. ponendã Domini Aluari
Epi ordinis minorũ. non aſſerũt oppoſitũ illius opi

nionis niſi fundati ſuper verbis Apoſtoli inductis ⁊ alijs auctoritatib⁹ ſacre ſcripture. ergo opinio illa eis ꝯtria ꝯtrariatur ſacre ſcripture. ergo oportet ꝙ concedant. s. Tho. cum ſanctis alijs eccleſie doctoribus intendere ꝙ ſm fidem catholicam eſt tenẽdum omnes de facto contrahere originale peccatum. ⁊ nullũ omnino ab hoc preſeruari.

## Eandem falſam opinionem non eſſe de mente Auguſtini probatur multipliciter. Capitulum. V.

Quod autē dicit iō eſſe dctm̄ b. ṽgini de xp̄o. Qđ. n. ex te naſcet ſanctū ⁊c. vt innuat in hꝫ ſꝫ fidē diſtigui ꝯceptionē xp̄i a ꝯceptiōibꝰ alioꝝ ꝙ ipſe ex mō ſue ꝯceptionis nō ſolū pctm̄/ verū etiā neceſſitatē peccādi nō incurrit: alij aūt incurrerunt dictā neceſſitatē peccādi/ vt huius ꝯtriū tm̄ eē ꝯ fidē ex illo xp̄i ꝑuilegio inferat: ſi aliqua rōne vel auctte ſacre ſcripture aut ſcti alicuius doctoris ecclie ꝯfirmaſſet/ ⁊ nō ꝓpria intuliſſet volūtate ſine vlla penitus rōne: ſue pſtitiſſet opīoni fauorē. Sed nō ſolū ea facilitate dctm̄ hoc ſuuꝫ deſpicit/ qua ſine ꝓbatione ꝓponit: veꝝ ēt tā rōne q̄ȝ auctoritate validiſſime reprobat. Et ꝑ qdē ꝯcedit vtiqꝫ ꝑuilegiuꝫ xp̄i eē ꝙ ex ſua gn̄atione ſctūs natus eſt. Sꝫ ex hoc efficaciſſima rōne deducit/ ꝙ oēs alij ꝯtxerūt de facto pctm̄: ⁊ nō ſolū habuerūt ex mō cōceptionis neceſſitatē ꝯhendi illud. Nā qđ ꝑ priuilegiū xp̄o ꝯuenit: nō dꝫ alijs attribui. Sed ex pdicta auctte ſacre ſcripre hr̄ ēt ꝑ opinantē ꝙ xp̄s ſic natꝰ eſt in vtero ſanctꝰ ꝙ nec habuit pctm̄ nec neceſſitatē peccandi ex mō ſue gn̄ationis/ hac rōne qua nō ex virili ſemine ſꝫ ſpiritꝰ ſcti ṽtute cōceptio illa facta eſt/ vt ibidē ꝑ virginis interrogationē ⁊ angeli rn̄ſionē expꝛimit. ergo nullū alterū a xp̄o aſſerendū eſt eē ꝯceptū/ nō ſoluꝫ ſine neceſſitate ꝯhendi pctm̄ ex mō gn̄ationis/ veꝝ ēt ſine actuali ꝯtrctione pcti. cuꝫ nulli ꝯueniat dicta rō ſed oppoſita: qꝛ oībus ꝯuenit ꝯceptio ex ſemine virili. Et ſic exponunt ſcti doctores iuxta planū ſenſum ſacraꝝ lr̄aꝝ. Un̄ Grego. xg. moraliuꝫ. ſic ait. Nullus ſctōꝝ q̄ȝtūlꝫ virtutibus plenus exiſtat pōt vllo mō equari ei de q̄ ad diſtinctionē nr̄e ſctitatis dctm̄ ē. Qđ ex te naſcet. ſctm̄ ⁊c. Nos. n. ⁊ ſi ſancti efficimur: nō tm̄ ſcti naſcimur. i. cōcipimur. qꝛ ipſa nāe corruptibilis ꝯdōne cōſtrigimur/ vt cū ꝓpha dicamus. Ecce. n. ī iniqtatibꝰ cōceptus ſum/ ⁊ in pctis ꝯcepit me mr̄ mea. Ille aūt ſolus veraciter ſanctꝰ natus eſt/ q vt ipſam ꝯditionē nāe corruptibilis vinceret/ ex cōmixtione carnalis copule ꝯceptus nō eſt. hec ille. Ex qbus vbis ꝑ clariſſime ꝯſtat/ nos oēs ad diſtinctionē xp̄i ſic eſſe non in ſcitate ꝯceptos/ ꝙ in iniqtatibꝰ ⁊ pctis ſicut Dauid ꝯcepti ſumꝰ. quē Dauid ꝯtxiſſe pctm̄ originale de facto: nullus fidelis negat. Dicit aūt in plurali. pctis ⁊ iniqtatibꝰ: qꝛ pctm̄ originale totuplex eſt/ ⁊ tot hꝫ deformitates/ quot hūit pctm̄ Ade. ſ. ſupbie/ gule/ curioſitatis ⁊c. Uel ēt qꝛ ex eo ꝓcedunt oīa peccata actualia: in q̄ȝtū fomes ad oīa inclinat. Effectꝰ autē virtute ſunt in cā. Cōſtat 2o cā q̄re ſic ꝯceptio xp̄i a nr̄a diſtincta eſt: qꝛ nos vꝫ ab Adā ꝓceſſimus ex cōmixtione carnalis copule: ille vo virtute ſpiritꝰ ſcti ex btā virgine. vt innuat expſſe/ ꝙ alr nō potuit expers eē pcti/ ſi nō exps fuiſſet illius ſeminalis ꝓpagatiōis. Propt hoc. s. Th. ſup eplaꝫ Ro. 5o. dicit ꝙ cā quare xp̄s pctm̄ originale nō traxit eſt/ qꝛ ex ſola femina ſine viriliꝰ ſemine carnē accepit. Et btūs Ambro. ſup eplam ad Ro. 8. c. ait. Iō virginalis vterus electꝰ eſt ad ꝯceptū dn̄icū/ vt in ſcitate differret caro dn̄i a carne nr̄a. Et ſup Eſa. vt allegat ab Aug. ꝑ ꝯ

Iulianuꝫ ſic ait. Seruatum eſt vt ex viro ⁊ muliere
per illam coꝛpoꝛum cõmixtionem nemo conceptus
expers ſit delicti. qui autem eſt expers delicti: ſcꝫ in
conceptione/ expers eſt huiuſmodi cõceptionis. hec
ille. Immo in 2° de nup. ⁊ conc. Auguſtinus refert
⁊ appꝛobat verba diui Ambꝛoſij in hunc modum.
Dixit beatiſſime memoꝛie Ambꝛoſius epiſcopus.
ideo chꝛiſtuꝫ experteꝫ eſſe delicti: quia ꝯceptus eius
vtriuſqꝫ ſexus cõmixtionis eſt expers. Nullum aũt
hominem eſſe ſine delicto qui de illa cõmixtione cõ-
ceptus eſt. hec illi. Et ꝙ intendant de peccato actua
liter contracto/ ⁊ non tantum de neceſſitate peccan
di ex modo oꝛiginis. lꝫ manifeſtum ſit ex terminis
ipſis: magis tamen ex ipſa eadem pꝛobatione patet
qua hoc ipſum pꝛobauit etiam ſupꝛa Gregoꝛius.
Quin etiam idem Ambꝛoſius in libꝛo cõtra noua-
tianos pꝛout ad hoc ipſum inducit Auguſtinus 2°
contra Iulianum ſic dicit. Omnes homines ſub pec
cato naſcimur: ⁊ ipſe noſter oꝛtus in vitio eſt. dicen-
te Dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus
ſum/ ⁊ in peccatis concepit me mater mea. Chꝛiſti
autem caro dãnauit peccatuꝫ qđ in ſe nõ ſenſit. hec
ille. Que pꝛobatio eſt inuicta eo ꝙ non ſit maioꝛ ra
tio de vno puro homine q̃ꝫ de alio/ ꝙ in ſua ꝯceptio-
ne incurrat peccatum. Senſus enim verboꝛuꝫ eſt ꝙ
inquantuꝫ conceptus a matre ſua vt alij homines/
contraxit etiam vt ceteri peccata ⁊ iniquitates. Et
pꝛopterea ſancta mater eccleſia ex hac auctoꝛitate
vniuerſaliter interpꝛetata/ ſicut ⁊ vniuerſalis eſt ra
veritatis eius/ infert ſicut ex alijs pluribus/ omnem
hominem eſſe conceptum in oꝛiginali peccato. Ad
cuius emundationeꝫ neceſſarius eſt baptiſmus etiã
in paruulis. Si autem aliqua diſcretio eſſet fienda/
magis fienda videretur de Dauid q̃ꝫ de multis alijs
hominibus. vt dicit idem Ambꝛoſius in libꝛo de ar
cha Noe/ eo ꝙ quando verba illa dixit/ pꝛe ceteris
iuſtus putabat̃/ ⁊ ab eterno fuerat a deo electus ad
hanc pꝛecellentem iuſtitiaꝫ. Sic igitur ex his omni-
bus patet quomodo verba illa angeli quãdo dixit.
Quod enim ex te naſcetur ſanctum/ Caietani dog-
mati non fauent: ſed eidẽ potius ſm expoſitionẽ ſan
ctoꝛum doctoꝛum omnimode aduerſantur. ⁊ iſthec
eius dogmata penitus eliminant ⁊ ſubuertunt. Et
iſta ſufficiant quantum ad deiectionem opinionis
pꝛedicte. Aliud autem opinantis motiuum parte ſe
quenti pꝛimo loco ſoluitur.

## Quarta Pars.

### Omnes homines de facto cõtraxiſſe peccatum originale præter Chriſtum, ꝓbatur per determinationes eccleſiæ in ſacris cõcilis. Cap. Primum.

4m principale.

q

Quo ad quartum pꝛincipale pꝛo-
poſitum nũc abſolute ve-
rum eſſe ⁊ indubitatũ in fide/ per ſacra
concilia generalia manifeſtandum eſt.
quod ſupꝛa tñ ex intẽtione ſancti Tho
me ⁊ Auguſtini ⁊ ex rationibus eoꝛuꝫ pꝛo parte de-
clarauimus. Que intentio eoꝛum per dicenda etiaꝫ
manifeſtius aperietur. Pꝛincipale autem pꝛopoſi-
tum nũc pꝛobandum abſolute ꝙ vꝫ ſm fidẽ catho-
licam firmiter ſit tenendum ꝙ omnes homines ab
Adam ſeminaliter pꝛopagati contrahant de facto
oꝛiginale peccatum. ita ꝙ tenere oppoſitum ſit here
ticum. deducendum eſt ex ſacris litteris ſm declara-
tionem ſancte matris eccleſie factam ⁊ ꝓmulgatam
in ſacroſanctis concilijs generalibus/ vt ãmodo nul
la in mentibus fidelium heſitatio remanere poſſit.
Nihil enim ſic cogit chꝛiſtianoꝛuꝫ mẽtes ad aliquid
ſupernaturale credendum/ ſicut determinatio eccle
ſie. Cum etiam Auguſtinus ſcribens contra epiſto-
lam fundamenti/ dicat ꝙ euangelio non crederet/
niſi quia eccleſie catholice credit. Quia vero ſancti
doctoꝛes pꝛo veritate iſta/ pꝛincipaliter inducunt/ ⁊
ſepiſſime tanq̃ꝫ clariſſimam repetunt auctoꝛitatem
Apoſtoli ad Ro. 5°. rationem quoqꝫ ſumptaꝫ ex re-
demptione facta per chꝛiſtum. ideo pꝛimo per con-
cilia pꝛobabimus auctoꝛitatem illam Apoſtoli eſſe
vniuerſaliter intelligendam de peccato foꝛmaliter
⁊ de facto contracto ſm fidem catholicam. Secũdo
ꝙ redemptio facta per chꝛiſtum/ hoc peccatũ ⁊ hoc
modo peccaſſe omnes pꝛeſupponit/ immo ſm fidem
pꝛeexigit in redemptis. Tertio pꝛopoſitum quod ex
his duobus pꝛobatis ineuitabiliter infertur/ omnes
inquam homines ad Adaꝫ oꝛiginaliter pꝛopagatos
de facto contraxiſſe oꝛiginale peccatum in ſui cõce-
ptione ſm fidem catholicam etiam ſm ſe deducetur
inuicte per plures alias determinationes ſacroꝛum
concilioꝝ. Pꝛimo igit̃ ꝙ ꝑinducta auctoꝛitas Apo
ſtoli de peccato foꝛmaliter cõtracto interpꝛetãda ſit
⁊ vniuerſaliter/ ſuppoſitis vocabuloꝛum ſignificatis
omnium ſapientum conſenſu cõmunibus/ ſic ꝓba-
tur. Quicunqꝫ enim indigent mundari ab aliquo
peccato/ habuerunt de facto aliquod peccatuꝫ quo
foꝛmaliter fedarentur ac deturparẽtur. Patet hoc
ex cõmuni ſignificatione huius verbi. mundare. qđ
ſicut in coꝛpoꝛalibus pꝛeſupponit turpitudinẽ illaꝫ
coꝛpoꝛeam de facto ineſſe a qua ſit emũdatio: ita in
ſpiritualibus pꝛeſupponit de facto illi ineſſe turpi-
tudinem illam ſpiritualem a qua quis dicitur emũ-
dari. Sed eccleſia determinauit ſic per vnum homi
nem peccatum intraſſe in mundũ ⁊c. ꝙ omnes pꝛo-
pter hoc egent mundari a peccato quod carnali ge-
neratione traxerunt ab Adam ſm pꝛedictã Apo-
ſtoli auctoritatem. ergo pꝛedicta auctoꝛitas Apo-
ſtoli non eſt aliter interpꝛetanda ſm eccleſiaꝫ q̃ꝫ ꝙ
omnes de facto habuerunt vere peccatum ⁊ non ſo-
lum ex modo generationis neceſſitatem peccandi. ⁊
conſequenter hoc eſt tenendũ ſm fidem: ⁊ tenere op
poſitum eſt hereticum. vt pote cõtrarium ſacris lit
teris ſm eccleſie expoſitionem. Qꝫ vero eccleſia ſic
illa verba Apoſtoli intelligenda eſſe decreuerit. pa-
tet in ꝯcilio milleuitano/ cui interfuit Auguſtinus
⁊ quidaꝫ Anſelmus eccleſie Ro. legatus ſub Boni-
facio pꝛimo/ eiuſqꝫ auctoꝛitatẽ celebꝛato. Sic enim
in eo determinatum eſt inter alia/ vt refert ⁊ Gra-
tianus de conſe. di. 4. c. placuit. el pͥmo. Placuit vt
quicunqꝫ paruulos recentes ab vteris matrum/ ba
ptizandos negat/ aut dicit in remiſſioneꝫ peccatoꝝ
eos non baptizari/ ſed nihil ex Adam trahere oꝛigi
nalis



nalis peccati/ vnde ſit vt foꝛma baptiſmatis in
remiſſionem peccatoꝛum non vera ſed falſa intel
ligatur/ anathema ſit. Quoniam non aliter intel
ligendum eſt quod ait Apoſtolus. per vnum ho-
minem peccatum intrauit in mũdum: ⁊ per pec-
catuꝫ moꝛs/ ⁊ ita in omnes homines pertrãſijt in
quo omnes peccauerunt/ niſi quemadmodum ec
cleſia catholica vbiqꝫ diffuſa ſemper intellexit.
Pꝛopter hanc enim regulam fidei etiaꝫ paruuli
qui nihil peccatoꝛum in ſemetipſis adhuc cõmit-
tere potuerunt/ ideo in remiſſionem peccatoꝛum
veraciter baptizantur/ vt in eis regeneratione
mundetur quod carnali generatione traxerunt.
hec ibi. Ex qua ſacri cõcilij determinatione ⁊ de-
claratione/ vltra virtutem fidei circa baptiſmuꝫ
⁊ peccatum paruuloꝛum quod expiatur: hoc etiã
quod eſt pꝛincipale noſtrum pꝛopoſitum in hac
ratione patet: ꝙ vꝫ Apoſtoli verba non ſunt ali-
ter interpꝛetanda q̃ꝫ de peccato qđ actualiter ⁊
foꝛmaliter omnes contrahunt ex Adam: eo ꝙ ab
hoc ſolo quod vꝫ foꝛmaliter peccatum eſt/ ⁊ non
a quocunqꝫ aliter impꝛopꝛie dicto peccato/ dica
tur quis emundari ſpiritualiter. Omnes ergo ho
mines ab Adam deſcendentes habuerunt de fa-
cto ⁊ foꝛmaliter turpitudinem oꝛiginalis peccati
ſm fidem catholicam. ⁊ cõtrarium dogmatizans
aduerſatur ei quod ſemper intellexit eccleſia in
pꝛedictis verbis Apoſtoli. Et cõſequenter here-
ſim apertiſſimam ſapit ipſa poſitio ꝯtraria. Ideꝫ
deducitur vniuerſaliter ex ꝑdictis verbis: qꝛ cuꝫ
omnes homines teneant̃ baptizari. omnes egue-
runt aliquando mundari per ipſum baptiſmum
vel actu vel ſaltem voto ſuſceptum.

### Idem quod ſupra, ex redemptione facta per Chriſtum probatur per determinationẽ ſacri concilii. Cap. II.

Quod vero ſecundo pꝛopoſitum eſt/
redemptionem inquam
factam per chꝛiſtum pꝛedicto modo peccaſſe foꝛ-
maliter ⁊ de facto omnes redemptos exigere ne-
Rõ 2a. ceſſario. ſic pꝛobatur. Quicunqꝫ fuit vere per pec
catum captiuus/ habuit foꝛmaliter ⁊ de facto pec
catum/ ⁊ non habuit ſolũmodo ex modo ſue gene
rationis neceſſitatem peccandi. Patet iſta per
terminos excludentes omnem impꝛopꝛium mo-
dum captiuitatis ſpiritualis: ⁊ conſequenter illũ
quo quis diceretur ex antiquoꝛum conditione ſo
la/ peccato captiuus ſtaut ex modo ſue generatio-
nis obnoxius ſeruituti: ⁊ tamẽ de facto liber eſſet
⁊ nulli vnq̃ꝫ ſeruituti addictus. Sed ſancta ma-
ter eccleſia determinauit redemptionem factam
per Chꝛiſtum impoꝛtare ꝙ omnis homo alius a
Chꝛiſto fuit vere per peccatum ante redemptio-
nem ipſam participatam captiuus. ergo peccatũ
quod redemptio facta per Chꝛiſtuꝫ pꝛeſupponit/
pꝛeexigit vt neceſſarium/ omnem hominem ab
Adam ſeminaliter deſcendentem incurriſſe foꝛ-
maliter ⁊ de facto. Qꝫ autem ſancta mater eccle-
ſia ſic decreuerit/ patet per eius determinationeꝫ
concilio generali in Affrica celebꝛato/ de quo mẽ
tionem facit diuus Auguſtinus in quadam epi-
ſtola/ quam ſcribit ad Optatum epiſcopum di-
ſputans de oꝛigine anime. vbi inter alia ſic dicit
Auguſtinus. Te igitur frater chariſſime admo-
neo/ ne nouam hereſim minus cautus incurras/
que antiquiſſima fidei ſtabilita molit̃ fundamen-
ta conuellere aduerſus dei gratiam diſputando
quam dominus Ieſus puſillis ⁊ magnis ineffabi
li bonitate largitur: cuius auctoꝛes vel certe acer
rimi notiſſimiqꝫ ſuaſoꝛes cum Pellagius ⁊ cele-
ſtius extitiſſet: conciliorum epiſcopalium vigilã-
tia in adiutoꝛio ſaluatoꝛis qui ſuam tuetur eccle
ſiaꝫ/ a duobus venerabilibus antiſtitibus apoſto-
lice ſedis papa Innocentio ⁊ papa Zozimo/ niſi
coꝛrecti egerint penitentiaꝫ/ toto chꝛiſtiano oꝛbe
damnati ſunt. Et poſt nõnulla ſic ſequitur. Nam
vt iam verbis vtar que in ipſa epiſtola beati An
tiſtitis Zozimi leguntur/ Fidelis dominus in ver
bis ſuis: eiuſqꝫ baptiſmus re ac verbis/ opere ⁊
confeſſione ⁊ remiſſione vera peccatoꝛuꝫ in omni
ſexu etate conditione generis humani/ eandẽ ple
nitudinem tenet. Nullus enim niſi qui peccati
ſeruus eſt liber efficitur/ nec redemptus dici po-
teſt/ niſi qui vere per peccatũ fuit ante captiuus.
Sicut ſcriptuꝫ eſt. Si filius vos liberauerit/ vere
liberi eritis. Per ipſum enim ſpiritualiter rena
ſcimur/ per ipſum crucifigimur mundo. Ipſius
moꝛte moꝛtuis ab Adam omnibus introducte
atqꝫ tranſmiſſe vniuerſe anime contractum cyro
rographum rũpitur/ in quo quilibet omnino na-
toꝛum anteq̃ꝫ per chꝛiſti gratiam liberetur/ tene-
tur obnoxius. Hec pontifex. Et imediate ſubiun
git Auguſtinus. In his verbis Apoſtolice ſedis
tam antiqua atqꝫ fundata certa ⁊ clara eſt catho
lica fides: vt nephas ſit de illa chꝛiſtiano dubita-
re. Et longe ante in eadẽ epiſtola ſic dixerat Au-
guſtinus. Illud enim vbi vel maxime fides chꝛi-
ſtiana conſiſtit ꝙ per hominem moꝛs ⁊ per homi
nem reſurrectio moꝛtuoꝛuꝫ: ⁊ ꝙ per vnum homi-
nem peccatum intrauit in mundum ⁊ per pecca-
tum moꝛs: ⁊ ita in omnes homines moꝛs pertrã-
ſijt in quo omnes peccauerunt. ⁊ ꝙ iudiciũ qui-
dem ex vno in condemnationeꝫ/ gratia autem ex
multis delictis in iuſtificationẽ: ⁊ ſiqua ſunt alia
teſtimonia: neminem naſci ex Adam/ niſi vincu
lo damnationis obſtrictum: neminemqꝫ inde li-
berari niſi renaſcendo per chꝛiſtum: ita incõcuſſe
tenere debemus: vt ſciamus eum qui hoc negaue
rit/ nullo modo ad fideꝫ chꝛiſti ⁊ ad eam per chꝛi-
ſtum datur puſillis ⁊ magnis dei gratiam perti-
nere. Et poſt nonnulla ſic ait. Mediatoꝛis tamen
animam nullum traxiſſe ex Adam peccatuꝫ/ du
bitare nephas eſt. Si nulla/ ſupple anima/ eſt pꝛo-
pagata ex altera/ vbi omnes tenentur pꝛopagata
carne peccati. quãto minus credenduꝫ eſt ex pꝛo-
pagine peccatricis animaꝫ venire potuiſſe/ cuius
caro venit ex virgine/ non ex libidine concepta.
Hec ille vbi ſupꝛa.

### Idem quod ſupra, multipliciter ex eadem eccleſiæ determinatione declaratur. Cap. III.

Declaratur. Ex predicta autem determinatione eccleſie iunctis verbis Auguſtini patet intenta veritas multipliciter. Unde ſic arguitur ex ea ad propoſitum oſtendendum.

Primo dum. Primo. Peccato tantuꝫ ex modo generationis obnoxius / non eſt vere peccati ſeruus aut vere per peccatū captiuus. vt patet ex terminis. Tum quia talis eſt tantum obnoxius peccato ſm quid: ⁊ imperfectiſſimo etiam modo quo aliquid dicitur tale ſm quid. quia non per id qd̄ ſibi conuenit quando eſt / ſed potius quādo non eſt. Modus enim ille generationis non eſt / q̄ꝫ primum genitus eſt homo. Tum quia talis habet gratiā gratum facientem ſemper / vt ſupponitur / immo ponitur ab opinante: vnde nunq̄ꝫ eſt vere per peccatum captiuus: neqꝫ indiget vera remiſſione peccatorum ſeu vera liberatione a peccatis. Patet autem conſequentia iſta ſm cōmunia. Cum ergo omnis redēptus a chriſto fuerit vere peccati ſeruus / ſeu per peccatum vere fuerit ante captiuus: ⁊ eguerit vera remiſſione peccatorum / ſm fideꝫ ⁊ predictam determinationem concilij. ſequitur ꝙ peccato tantum ex modo generationis obnoxius non egeat redemptione facta per chriſtum: neqꝫ ſit redemptus a chriſto. quod eſt hereticū ſm omnes.

2°. Secundo arguitur ad idem ex chriſti verbis in confirmationem / immo fundamentum inductis huius eccleſie determinationis. vꝫ. Si filius inquam vos liberauerit / vere liberi eritis. Hoc enim verificari non poſſet niſi liberatio iſta ſit ab omni prorſus ſeruitute. Sꝫ nō liberauit aliquem ab hoc quod eſt eſſe ex modo ſue generationis obnoxium ſeruituti. quantuꝫ enim eſt ex iſta ratiōe / omnes adhuc ſunt obnoxij ſeruituti. Neqꝫ enim per paſſionem chriſti factum eſt / vt alius ab alio non ſit / modo illo generationis. ergo ſic eſſe obnoxium / nullam penitus ſeruitutem importat ob quam poſſit aliquis dici per chriſtum redimi

3°. redemptione ſubleuatiua. Tertio arguitur ad idem ex eadē determinatione eccleſie. Omnis anima liberata ⁊ redempta per dei filium / ⁊ conſequenter omnis anima humana excepta ſola anima chriſti / contraxit cyrographum peccati quod non niſi per chriſti gratiaꝫ rumpitur. Dicit enim pontifex ꝙ quilibet natorū anteq̄ꝫ per chriſti gratiam liberetur / tali cyrographo tenet̄ obnoxius. Excipiendum tamen chriſtum ſolum ſanctam eccleſiam preſupponere / ſanctus Auguſtinus exprimit ibi / eo ꝙ de ſpiritu ſancto ex virgine ꝯceptus ſit / ⁊ non ex libidine ſeu ſeminaliter ab Adam proceſſerit. Qui autem ex modo tantum generationis / non autem formaliter ⁊ de facto ſunt obnoxij peccato / nullum habent peccati cyrographum qd̄ per chriſti paſſionem rumpatur ⁊ mortem. Neqꝫ enim rumpitur quod non dum eſt in reruꝫ natura / tametſi poſſit aut potuerit eſſe / aut etiam ex modo generationis debuerit eſſe: vt patet ex cōmuni vocabulorum ſignificato / quod precipue ⁊ pre omnibus in ſacris litteris ⁊ eccleſie determinationibus attendendum eſt. Alioquin omnibus hereticis patentiſſima pararet̄ fugiendi via: nec quicq̄ꝫ eſſet in fide ſtabile / ſi pro voluntate liceret cuilibet dimiſſis proprijs verboruꝫ ſignificationibus / ad methaphoricas ⁊ improprias fugere. Omnis ergo homo preter animam chriſti / vel non eſt redemptus per chriſtum. quod eſt contra fidem: vel contraxit originale peccatum de facto / ſi ſeminaliter ab Adam proceſſit.

4°. Quarto Nullus poteſt dici aſtrictus vinculo peccati ⁊ dānationis ⁊ indigens ſpiritualiter renaſci ad hoc ꝙ a tali vinculo liberetur / qui nō de facto ſed tantum ex modo generationis vinctus eſſet ⁊ peccato damnatus: ⁊ tali modo tantum egens renaſci. Sed per determinationeꝫ eccleſie ⁊ per illud vbi maxime fides noſtra cōſiſtit / quilibet omnino natorum ab Adam preter chriſtū eſt aſtrictus vinculo peccati ⁊ damnationis ⁊c. vt ex ſententia eccleſie aſſerit Auguſtinus. ergo nullus talis fuit qui non de facto habuit originale peccatū. Quis enim vnq̄ꝫ fuit obſtrictus vinculo: quod nunquā habuit vel tetigit. etiam ſi ex progenie ſua illo debuiſſet aſtringi? Quis etiā dici poteſt renatus per gratiam / qui non ante natus eſt q̄ꝫ gratiam haberet? Patet ergo ex cōmuni vocabulorū ſignificatione veritas manifeſte.

Euaſio. Nec patet opinanti fuga ad prioritatem nature / vt dicatur ſufficere ꝙ prius natura ſit quod eſt animale / ⁊ deinde quod eſt ſpirituale.

Preclusio. Uana profecto ⁊ admodum pernicioſa eſt iſta reſpōſio. vt infra plenius oſtendetur in loco ſuo. Ubi eniꝫ de fide catholica tractatur / ⁊ abſolute proponitur in determinationibus conciliorꝫ aliquid ante fuiſſe factum vel dictū. ſemper prioritas temporis ſignificatur / ſicut vere tēporalia ſunt aduerbia quibus ſancti patres veritatem promere intendunt. Neqꝫ ſm aliam prioritatem aliqua ratione a ſapientibus ſummūtur aut ſummi debēt / niſi forte propria limitatio addatur. vt dicatur quid prius natura vel ratione vel perfectione ⁊ huiuſmodi: vel certe ex cōtextu ſermonis additum aut ſubintellectum manifeſte cognoſcatur / vel a ſanctis eccleſie doctoribus ſubintelligendum doceatur. Alias in his que fidei ſunt / magna confuſio cauſaretur.

## Intentio Aug. pura in p̄dictis omnibus circa propoſitū aperitur. Cap. IIII.

5°. Aduertendum eſt etiam attentiſſime in premiſſis ſententijs: quomodo Auguſtinus beate virginis memor ex nomine: non eam ſed ſolam filij eius animam a predicta damnatione excepit. Cum enim eſſe cōceptum ſine peccato / ſit donum excellentiſſimum: etiam ſi ex modo ſue generationis illud quis debuiſſet incurrere. vbi omnes excepto chriſto peccatum incurriſſe de facto ſm fidem aſſeritur: ⁊ ipſa beata virgo nominatur / non ſine graui iniuria ſi preſeruata fuit: ab alijs non excipit̄ / quaſi cum alijs obſtricta peccati vinculis: ⁊ vere peccati ſerua connumeretur. Et eo magis inexcuſabilis erit iniuria / cum eius filius excipiatur de quo minus fuerat dubitandū eo ꝙ ex ſimbolo notiſſimum ſit omnibus / eum eſſe conceptum de ſpiritu ſancto / quem non habitare in corpore vel anima ſubiecta peccatis / apud omnes fideles vel mediocriter



mediocriter ſapientes manifeſtum eſt ex ſacris litteris. Unde tam excellentiſſimum priuilegium immunitatis peccati ſi collatum fuit etiaꝫ beate virgini: tametſi modo inferiori q̄ꝫ chriſto: non debuerat ſubticeri: immo proliori / exactioriqꝫ ſermone pro honore etiam filij / matris gratia debuerat explicari / vꝫ ꝙ non obſtante vitioſa origine / non fuit vitiata Maria. Maius enim hoc fuiſſet miraculum q̄ꝫ ex non vitiata origine naſci ſanctū filium eius. Feciſſet hoc vtiqꝫ / deuotiſſimeqꝫ feciſſet ⁊ alacriter Auguſtinus / ſi ſm fidem / quinimmo ſi non contra fideꝫ catholicam ⁊ eccleſie ſancte implicitam determinationem id ſe facere poſſe iudicaſſet. nō minus q̄ꝫ deuota ratione deduxerit eam excipiendaꝫ ab actuali peccato. quod non contra fideꝫ eſſe cognouit. Quia ergo illam hic non excepit ſed ſolum chriſtum: clariſſime patet / ꝙ illam ſm fidem tenuit eſſe ceteris annumerandam hominibus de quibus vniuerſaliter loquitur Apoſtolus ⁊ concilium. Quod etiaꝫ exprimit nedum pluries repetita vl̄is aſſertio dum dicitur. Uniuerſe anime: in omni ſexu etate conditione generis humani: Nullus eniꝫ niſi qui peccati ſeruus eſt ⁊c. nec redemptus dici poteſt ⁊c. ſed ſpecialiter etiam aduerbiū illud / omnino. vbi dicit̄. Quilibet omnino natorum ⁊c. Dat enim intelligere ꝙ nullus prorſus excipiatur niſi Chriſtus. Fundatur enim iſta eccleſie determinatio ſuper verba que chriſtus alijs dixit ⁊ non ſibi: ⁊ conſequenter pro alijs ⁊ non pro ſe. hec inquaꝫ / ſi filius vos liberauerit / vere liberi eritis. Ex quibus etiam ſpecialiter cognoſcitur ꝙ liber eſt ipſe filius / qui alios liberauit. Alioquin alios quomodo liberaret ſi captiuus ⁊ ipſe teneretur. Ratio quoqꝫ reddita poſtmodū ab Auguſtino quare chriſtus eſſet in hoc inter mortuos liber / hoc eſt inter homines ſolus ſine peccato / quia vꝫ ex virgine ꝯceptus eſt ⁊ de ſpiritu ſancto / concludit omnes alios ex concubitu genitos / in peccato cōceptos. Et aduertendum eſt etiam in propoſito. quomodo ſacrum cōcilium ſententiam a chriſto indefinite propoſitam / ⁊ quibuſdam tantum hominibus prolata verba / ſub vniuerſali ſenſu concepit. vt doceamur omnes ſimiles in hac materia vniuerſaliter interpretandas eſſe vel intentam vniuerſalitateꝫ inferre. Sicut ex illa. Lu. 2. Benedictus fructus ventris tui / in qua preferṫ hoc eſſe priuilegium chriſti. clauditur vniuerſalis iſta ſm expoſitionem ſanctorum doctorum / ꝙ aliarum omnes filij non ſint cōcepti benedicti: ſed potius in peccato. Dicit enim Theophilus ⁊ ponitur ibi in glo. continua. Quia vero alie ſancte mulieres fuerunt que genuerunt filios peccato inquinatos / ſubiungit dicens / ⁊ benedictus fructus ventris tui. Gregorius quoqꝫ eandem confirmat expoſitionem / ⁊ habetur in eadem glo. dicens. Solus ergo hic fructus eſt bn̄dictus: qui abſqꝫ viro ⁊ abſqꝫ peccato producitur. Similiter verbum Joānis baptiſte Jo. 2. Ecce agnus dei ⁊c. claudit eandem vniuerſalem ſm ſanctos doctores: quia volunt importare hoc eſſe priuilegiuꝫ chriſti. Unde glo. Auguſtini ſic ibi dicit. Jeſus ſingulariter dicit̄ agnus / non cuius macule abſterſe ſint / ſed cuius macula nulla fuit. Beda quoqꝫ in homelia que legitur in vigilia ſancti Andree. dicit. Cognouimus quare Jeſum precurſor ſuus agnum dei vocauit: quia vꝫ eum pre ceteris mortalibus ſingulariter innocentem / hoc eſt ab omni peccato mundum nouit. Ex eodeꝫ verbo ſimul ac ex alio prophete Dauid indefinite / quin etiam ſingulariter prolato. vꝫ. Ecce. n. in iniquitatibus conceptus ſum ⁊c. infert Auguſtinus vniuerſalem quaꝫ ſm expoſitionem ſanctorum doctorum defendimus. Nam ſuper allegato Jo. baptiſte verbo ſic ait in glo. cōtinua. Si agnus dei eſt innocens / ⁊ Joannes agnus / nonne ⁊ ipſe eſt innocens? Sed omnes ex illa progenie veniunt de qua cantat gemens Dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum ⁊c. Solus ergo ille agnus / qui nō ſic venit. Non enim in iniquitate conceptus eſt / quia non de mortalitate conceptus. Nec in peccatis mater eius eum in vtero aluit / quem virgo cōcepit / virgo peperit. hec ille. Idem ex eadem Dauid auctoritate cōfirmat Auguſtinus in libro de fide ad Petrum circa principiū. Uide tu ſi vis. Eodē modo Gregorius eandem prophete auctoritatē in quarto moralium exponit dicens. Quia vnuſquiſqꝫ primi parentis in culpa concipitur / propheta teſtatur dicens. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum ⁊c. Ex qua etiam auctoritate prophete probat Anſelmus beatiſſimā dei matrem fuiſſe in originali cōceptam / ſic dicens in libro 2°. Cur deus. ca. 15°. Sic eorum que ſupradicta ſunt rationem oſtendas. primum. ſ. de maſſa peccatrice qualiter. ſ. de humano genere quod totum erat infectum peccato / homineꝫ de peccato quaſi azimum de fermentato deus aſſumpſit. Nam lꝫ ipſa eiuſdem hominis conceptio munda ſit ⁊ abſqꝫ peccato carnalis delectationis. virgo tamen ipſa vnde aſſumpta eſt / in iniquitatibus concepta eſt: ⁊ in peccatis concepit eam mater eius: ⁊ cum originali peccato nata eſt (. ſ. in vtero / vel etiaꝫ extra vterum ratione fomitis qui poſt primam ſanctificationē in ea remanſit.) Quoniā ⁊ ipſa in Adā peccauit in quo omnes peccauerunt. hec ille. Ex alia ſententia chriſti indefinite vel potius ſingulariter prolata vꝫ. Matth. 19. Uenit princeps mundi huius ⁊ in me nō habet quicquā / Auguſtinus ſuper ps. 145. elicit vniuerſalem quam defendimus. ſic dicens in verbo. pone cuſtodiaꝫ ori meo. Quō hoc dici poteſt de domino Jeſu chriſto / de illo agno immaculato in quo ſolo non eſt inuentū mendacium / qui ſolus veriſſime dicere potuit. Ecce venit princeps mūdi huius ⁊ in me nihil inuenit. i. nullam culpā / nullum reatuꝫ. qui ſolus que non rapuit exoluebat: hec ille. Secundum hanc enim ſententiam Auguſtini in illis ſententijs ſacris clauditur iſta vniuerſalis. omnis alius a chriſto habuit quod de ſuo inueniret diabolus. ⁊ rapuit quod ſoluit. ſ. id quod appetēdo vel fruendo / peccauit. Ideꝫ proteſtatur in ſermo. 12. de paſſione dn̄i ſanctus Leo papa dicens. Quia primi hominis vitiata poſteritas vno ſimul vulnere ſauciata corruerat / nec vlla ſanctorum merita conditionem poterant illate mortis euincere / venit de celo medicus ſingularis / multis ſepe ſignificationibus nuntiatus: ⁊ prophetica diu pollicitatione promiſſus: qui manens in forma hominis: ⁊ nihil ꝓprie maieſtatis amittens / in carnis noſtre animeqꝫ natura ſine contagione antique preuaricationis oriret̄. Solus enim beate virginis natus eſt filius ſine delicto / non extraneus ab hominuꝫ genere / ſed alienus

s crimine:in quo illius ad imaginem ꝛ ſimilitudinē
dei conditi/ꝛ perfecta eſſet innocentia ꝛ vera natu/
ra cum Ade ꝓpagine vnū exiſteret:in quo diabo/
lus qḋ ſuū diceret nō hēret.hec ille.In quibus ver/
bis patet beataꝫ virginem etiam ex nomine citatā/
ab illa vniuerſalitate non excipi que includitur in
chriſti ſententia qua dicit ꝙ diabolus in ſe quicquā
qḋ ſuum eſſet non haberet.hoc eſt ipſum peccatum.
Cū enim ſit hoc priuilegium chriſti ſm expoſitionē
predictorum ſanctorū/ſequitur diabolum in omni/
bus alijs a chriſto peccatum habuiſſe. ¶Sub eodeꝫ
ſenſu eadem xp̄i verba diuus Aug.exponit ſup ꝑs
141.in verbo.pone cuſtodiā ori meo.dicens.Quō po
teſt hocītelligi de dn̄o Jeſu xp̄o/de illo agno īmacu/
lato/de illo in quo ſolo nō eſt inuentum mendaciuꝫ:
qui ſolus veriſſime dicere potuit. Ecce venit prin/
ceps mūdi huius:ꝛ in me nihil inuenit.i.nullam cul
pam/nullū reatum.qui ſolus que nō rapuit exolue/
bat:hec ille.¶Aliam xp̄i ſniam indefinite ꝓlatam/
vl̄eꝫ quā intēdimus claudere ꝓfitetᷣ in ſermone p̄ de
paſſione dn̄i Leo papa dicens. Poſt illā p̄uaricatio/
nis primā ꝛ vl̄em ruinā/ex qua per vnū hoīem pec/
catum intrauit in hunc mūdum ꝛ per pctm̄ mors:ꝛ
ita in oēs hoīes pertrāſiit in quo oēs peccauerunt.
nemo dānationē diaboli/nemo vincula dire capti/
uitatis euaderet:nec cuiquā recōciliando aut venia
aut reditus pateret ad vitā/niſi coeternus ꝛ coequa
lis deo patri filius/dei ꝛ hoīs ēt filius dignaretur ve
niens querere ꝛ ſaluare quod perierat.hec ille quaſi
ſubintellecta in hac extrema/xp̄i ſnīa qua Math.
16.dicit.Uenit filius hoīs querere ꝛc.¶Eiuſdeꝫ ve/
ritatis vl̄em eliciūt ſancti doctores ex verbo chriſti
Math.18.Si fuerint alicui centuꝫ oues ꝛ vna ex eis
errauerit ꝛc. Non obſtante.n.ꝙ indefinita videatᷣ/
eam vl̄r exponit Hilarius ꝛ habetur in glo.dicens.
Quis aūt vna/hō intelligēdus ē eſt. Et ſub hoīe vno/
vniuerſitas ſentienda eſt.In vnius.n.errore omniū
hoīum genus errauit.Idem ꝯfirmat in glo.Grego.
ꝛ Ambro.¶Illā quoqꝫ xp̄i ſniam qua Luc.9.dicit.
Nō eſt opus ſanis medicus ſed male hn̄tibus.ſcḋm
prefate catholice ſnīe vl̄is veritatē quā defendimus
Aug.in liᵒ de ꝑfectione iuſtitie.c.32.exponit dicēs.
Quiſqs ergo eſſe vel fuiſſe aliquē hoīem vel aliquos
putat excepto vno mediatore dei ꝛ hoīum qbus ne/
ceſſaria non fuerit remiſſio peccatoꝝ.contrarius eſt
diuine ſcripture vbi Apl̄s dicit.per vnū hoīem pec
catum intrauit in mundū ꝛ per pctm̄ mors ꝛc. Se/
quitur.Et neceſſe eſt vt impia ꝯtentione afferat eſſe
vel poſſe hoīes qui ſine mediatore xp̄o liberāte atqꝫ
ſaluante ſint liberi ſaluiqꝫ a pctō. Cum ille dixerit/
non eſt opus ſanis medicus ſed male habētibus.hec
ille.Ex qua ſnīa ꝓpoſitum noſtrū principale tā abſo
lute q̄ꝫ cōtra Caietanū oī ex parte clariſſime relucet
oculo colūbino. In liᵒ quoqꝫ de natura ꝛ gr̄a ſic ait.
Augu. Quicūqꝫ non putatᷣ pertinere ad oēs hoīes
q peccauerūt ꝛ egent gr̄a dei:ꝑfecto nullā neceſſita/
tem hn̄t vt xp̄iani fiant:q2 non eſt opus ſanis medi/
cus ſed egrotantibus. hec ille.¶Alia indefinita vel
etiaꝫ ſingul̄r exp̄ſſa duplex ſnīa ab Apl̄o Ro.8.qua
dicit xp̄m veniſſe in ſil̄itudinē carnis pcti. non aūt
eſſe carnē peccati.Et alibi/aliā ſe legē videre in mē/
bris ſuis repugnantem legi mentis ſue/ claudit ſm
Augu.ꝛ alios ſanctos oēm aliam carnē eſſe carnem
peccati/hoc eſt oēm alium hoīem eſſe ꝯceptū in pec/
cato.ꝛ in oī alio hoīe a xp̄o fuiſſe legē carnis/hoc eſt
fomitē qui eſt ſequela originalis pctī in oībus.vt in
auctoritate in p̄nᵒ.6.partis reponēda ꝑ parte decla
rabitᷣ.Sed ꝛ in p̄ contra Julianū. ad mentē etiam
Hilarij.declarat idē/dicēs in p̄.Ex pctō dicit Hila/
rius eſſe oēm carnē preter illā que venit in ſil̄itudi/
nem carnis pctī.In 2ᵒ vero ſic ait.Ex hac lege car/
nis repugnāti legi mentis corpus xp̄i ꝯtxit:q2 nō ex
illa virgo ꝯcepit.Et infra.Eandē legē p̄ᵃ natiuitate
nemo nō traxit:q2 niſi ex illa mulier nulla concepit.
hec ille.¶Idē per oīa docet Jo. Chriſoſto.in tracta
tu ꝯ Academicos dicēs.Solus dn̄s venit in ſil̄itudi
nem carnis pctī:ſolus peccatoribus ſil̄is nā carnis
aſſumpte:non tn̄ cōuerſatione pctōr. Et infra.Eius
eſt.n.pctī ſil̄itudo/qui pctī neſcit veritatē.i. qui nō
fit peccator.Et infra.Qḋ cuꝫ ita ſit/vnus ꝛ ſolus eſt
dn̄s noſter qui carnē cum ſpū pro carnis ſalute ꝯiun
xit:ꝛ ſil̄itudinem carnis pctī illeſa inuiolataqꝫ ſpūs
ſanctitate geſtauit.hec ille.¶Sed aduerſarij neduꝫ
indefinitas p̄fatas/ꝛ alias plures:quaꝝ ad hoc ipm
propoſitū in alio nr̄o libello dū iuuenis eſſem edicto
mentio fit p ſingulas accuratius.nolunt in vl̄i ſen/
ſu acceptare:verū ēt vl̄r exp̄ſſas in ſacris lr̄is. ꝛ ſub
ipſa vl̄itate ſine vlla prorſus exceptione niſi xp̄i/ in/
terpretatas a ſctis doctoribus/ipſi non niſi particu/
lariter audent interpretari.Sicut eſt illa.Oēs enim
peccauerūt ꝛ egent gl̄ia dei.Et illa.Sicut per vnuꝫ
hoīem pctm̄ intrauit in mundū.ꝛ alie plures.Uerū
tn̄ tam apta eſt in hmōi eoꝝ rebellio ꝯ ſctōs/vt non
ſint digni vt eoꝝ peruerſe exp̄ōnes in mediū etiam
inducantᷣ.Cum p̄cipue ab alijs auctoribus iam cele
bratis funditus ſint euulſe/ꝛ ab auribus ſapientum
ꝓcul eiecte/ vt aſcultatione fideliū prorſus indigne.
¶Ex p̄dictis oībus pꝫ principale ptis huius ꝓpoſi/
tum/rōnē inquā illā.s.Tho.ꝛ longe prius ēt Augu.
ſumptā ex redēptione xp̄i/eſſe inuictiſſimā: ꝛ ꝯnter
affirmatiuā qōnis ꝓpoſite ptem ꝛ ꝯcluſionē princi/
paleꝫ/que tali rōne efficaciſſime ꝓbatᷣ/eſſe veriſſimā.
Patet etiā diſtinctionē aduerſarioꝝ de redēptione
preſeruatiua ꝛ ſubleuatiua/non eis poſſe in ꝓpoſito
deſeruire/niſi aptiſſime ſe opponāt determinationi
eccleſie:que ſola redēptione ſubleuatiua a vera ca/
ptiuitate pctī xp̄m dn̄m oēs hoīes redemiſſe decer/
nit.vt exp̄ſſe pꝫ ex p̄inducta determinatione cōcilij
prout ēt in parte 3ᵃ plenius eſt inductum.

## Idem quod ſupra probatur ex determinatione concilii Epheſini. Cap. V.

3°. Nunc tertio ꝓbatur oēs hoīes p̄ter ſoluꝫ xp̄m
aliqḋ incurriſſe peccatū ex determina/
tione quadā primi cōcilij Epheſini cōtra Neſtoriuꝫ
hereticū celebrati. Sic.n.in ep̄la p̄fati concilij dicto
Neſtorio directa/cōtinetur. De noſtro ſacratiſſimo
ſacerdote dicimus ꝙ obtulit ꝓpriū corpus non pro
ſe ſed pro nobis in odorē ſuauitatis.Nam qua pro ſe
oblatione vel ſacrificio indigeret ab oī pctō liber vt
deus exn̄s. Qꝫ ſi oēs peccauerūt ꝛ egent gl̄ia dei:ſm
hoc ꝙ ſumus ad mutabilitatis exceſſum ꝓniores ef/
fecti:ꝛ pctis egrotauit humana nā:ipſe vero nō ita:
idoneiqꝫ nos gl̄ie eius efficimur:Cur erit vltra iaꝫ
dubiuꝫ ꝙ agnus verus pro nobis ſit imolatus. Qui
dicit aūt q2 ſemetipſum tā pro ſe q̄ꝫ pro nobis obtu
lerit/



lerit/nullatenᵘ īpietatis crimē effugiet:cū nihil iſte
deliq̄rit:nec vllū fecerit oīno pctm̄. Qua ergo egue/
rat oblatiōe nullo ſuo exn̄te facinore/ꝑ quo geſto ſa
tis admodū ꝯueniēter offerret.Et ifra. Qui dr̄ eū.ſ.
xp̄m.ꝛ ꝑ ſe obtuliſſe ſemetipꝫ oblationē/ ꝛ nō potiᵘ
ꝑ nobis ſolis:nō.n.ꝑ ſe eguit oblatiōe q pctm̄ oīno
neſciuit/Anathema ſit.Hec p̄fatū Cōciliū. Sup q/
bus v̄bis p̄ncipal̄r ſic arguitᷣ ad ꝓpoᵐ oſ̄dendū.Oīs
ꝑ quo xp̄s obtulit ſeipꝫ in ſacrificiū ꝛ hoſtiā deo pr̄i
habuit aliqḋ pctm̄. Sꝫ oīs ab Adā ſeminal̄r ꝓpa/
gatus eſt hmōi.ergo ꝛc. Maior eſt fundamentū vniᵘ
ꝯn̄e facte ī p̄dicta determinatiōe Cōcilij.vꝫ xp̄s nul
lū habuit oīno pctm̄.Ergo nō obtulit ſeip̄m hoſtiaꝫ
deo ꝑ ſeipſo/ſꝫ ꝑ nobis ſolis. Iſta.n.ꝯn̄a nulla eſſet/
niſi oēs ꝑ qbus xp̄s obtulit ſe hoſtiā habuiſſet aliqḋ
pctm̄.Falſitas ergo illiᵘ maioris/tolleret illā ꝯn̄am
in ꝯcilio approbatā. Diceretᷣ.n.ꝙ q2 ꝑ alijs a xp̄o q
nō peccauerūt obtulit ſe xp̄s/iō nō ſeq̄tᷣ ꝙ ꝑ ſe nō ob
tulerit ſe hoſtiam xp̄s/q2 nullū oīno pctm̄ incurrit.
Stat.n.ꝙ pari rōe imo maiori erga ſe amoris indi/
cio ꝑ ſe obtulerit nō pctōre/ſi ꝑ alio nō pctōre ſe ob/
tulit. Uel ſic ꝓbatᷣ illa maior ex p̄dicta determiatio
ne. Illa.n.ꝯn̄a fcā in dcā determinatiōe ſꝫ fidē/iuio
labilē ꝯtinet veritatē.ergo oppoᵐ cōſequētis infert
oppoᵐ an̄tis.ꝛ ſic iſta ꝯn̄a erit bona. Chriſtᵘ obtulit
ſacrificiū ꝑ a.ergo a.peccauit.Hec āt ꝯn̄a ſicut ꝛ cō
ditiōalis in ea cōtēta eq̄pollet illi maiori tanq̄ꝫ vni
vl̄i affirmatiue neceſſarie in fide catholica. ergo ꝛc.
Minor ēt pꝫ ex eadē cōcilij determinatiōe ī q̄ exp̄ſſe
hr̄ ꝙ cū nō niſi ꝑ pctōribus hoſtiā ꝛ ſacrificiū ſeip̄m
obtulerit/excludēdo ſolū xp̄m ab huiᵘ oblatiōis in/
digētia ꝛ neceſſitate/ꝛ oēs hoīes alij a xp̄o ab Adā
ſint ſeminal̄r ꝓpagati.vt pꝫ.ſeq̄tᷣ ꝙ ꝑ eis oībus ho/
ſtiā ꝛ ſacrificiū ſe xp̄s obtulerit.Ex quo paritᷣ neceſ
ſario ſm fidē catholicā quā ſacri Cōcilij determina/
tiōes exprimunt.infertᷣ firmitᷣ eſſe tenēdū/oēs hoīes
ab Adā ſeminal̄r ꝓpagatos aliqḋ vel feciſſe vel ſal/
tē ꝯtxiſſe pctm̄.vt ēt in dcā determinatiōe ꝓditᷣ per
vniuerſalē illā apl̄i ſniam. Oēs peccauerūt ꝛ egent
gl̄ia dei.ꝛ in hoc diſtiguit nos oēs a xp̄o ſacrū Cōci/
liū/dicēs Chriſtū n̄ egere ſacrificio. Qua.n.eguerat
inq̄t oblatiōe ꝛc. Nos autē dicit egere gr̄a dei/ex eo
ꝙ egrotauit peccatis humana nā. ¶Qꝫ autē neqꝫ
beata virgo excipiatᷣ/ſed vniuerſalitas iſta compre
hendat eaꝫ/pꝫ ex hac eadē determinatione concilij.
q2 in ea ſolus xp̄s excipitur ab vtroqꝫ/ a cā vꝫ ꝛ ab
effectu. A peccato inquā ꝛ ab oblatione q̄ vt emun
demur a pctō facta eſt per Chriſtum. Nec puto quē
quam fidelē id eſſe negaturū pro ea ēt xp̄m obtuliſ/
ſe ſeip̄m.cum ſacre lr̄e proteſtentᷣ xp̄m eſſe propitia/
tionem pro pctis noſtris:nec pro nr̄is tm̄ ſed etiā to
tius mundi.pᵉ Jo.pᵒ.Et ad Eph.1.dr̄ ꝙ ipſe tradi/
dit ſemetip̄m pro nobis oblationē ꝛ hoſtiā in odorē
ſuauitatis. Propter qḋ ꝛ ipſa beata virgo vocat eū
in cantico/ſalutare ſuū:nec ꝑfecto ad alium ſenſuꝫ
q̄ꝫ ad eum quē angelus exp̄ſſit dum eius futurū no/
mē publicauit eſſe Jeſuꝫ.exponēs quare vocari ſal/
uator debuerat:q2 ipſe inq̄t ſaluū faciet populū ſuū
a peccatis eoꝝ. Non dicuntᷣ aūt aliqua eſſe pctā ali/
cuius/ſi ea non cōmiſit aut contraxit.Et ſic intelle/
xerunt deuotiſſimi Doctores eccleſie. Et ꝓpterea
Hugo de ſancto Uictore ſup predicto verbo cantici
beatiſſime virginis in ꝑſona eius ſic loquitᷣ. De ſal/
uatione quā humano generi nūc video/totis precor
cordijs exulto. Uideo nāqꝫ de me aſſumi/qḋ ꝛ cre
do pro me debere offerri. Simil̄r Euſebius emiſſe/
nus de oblatione facta per xp̄m etiā pro beata virgi
ne/ipſam alloquēs in 2ᵒ ſermone Dn̄ice natiuitatis
ita loquitᷣ. Initiator oīm rerū abſte initiatᷣ. ꝛ ꝓfun/
dendū pro mūdi vita ſanguinē de corpore tuo acce/
pit:ac de te ſumpſit vnde ēt pro te ſoluat. A pecca/
ti.n.veteris nexu nō eſt īmunis nec ip̄a dei genitrix
redēptoris.Solus ille lꝫ ex debitrice naſcatᷣ:lege tn̄
veteris debiti non tenetᷣ.hec ille. Qui ēt in alio ſer/
mone eiuſdē ſolēnitatis ſic ait.Sanguinē quē etiaꝫ
pro matre obtulit/de ſanguine matris accepit. Pꝫ
igitᷣ ꝓpoſitū principale ex fundamēto p̄fati Cōcilij.

## Idem ex plurium Conciliorum Sanxionibus, Beatiſsimi Leonis Pape teſtimonio irrefragabili cōprobatᷣ. Cap. VI.

Hoc ipſuꝫ in pluribᵘ aliis ſacroſanctis Cōcilijs
vl̄ibus eſſe multipl̄r determinatū ſanctiſ 4°.
ſimus Leo papa preſtatᷣ in illa Ep̄la quā de fide ad
Flauianū conſcripſit.de cuius auctoritate in capᵒ
Sctā Romana eccl̄ia.d.15.ſic hr̄.Ep̄la beati Leo/
nis Pape ad Flauianū Ep̄m deſtinata in Concilio
Calcedon̄.(ſupple Recipitᷣ ab eccl̄ia)cuius textū ſi/
qs vſqꝫ ad vnū Jota diſputauerit: ꝛ non eū venera
bil̄r acceperit. Anathema ſit.In ea igitᷣ Ep̄la ſic ha
betᷣ inter cetera.Si hō ad imaginē ꝛ ſil̄itudineꝫ dei
factus in ſue nature honore ꝑmāſiſſet:nec diabolica
fraude deceptus a lege ſibi īpoſita ꝑ concupiſcentiā
deuiaſſet:creator mūdi creatura nō fieret: nec ſem/
piternus tꝑalitatē ſubiret/nec equalis deo pr̄i filiᵘ
dei:formā ſerui ꝛ ſil̄itudineꝫ carnis pctī aſſumeret.
Sꝫ q2 inuidia diaboli morsītrauit in orbē terre:tal̄r
ſolui captiuitas humana nō potuit/niſi cām noſtrā
ille ſuſcipet ſine maieſtatis ſue dāno/ꝛ verus hō fie/
ret:ꝛ ſolus pctī cōtagiū non hr̄et. Et infra dicit. No
ua natiuitate gn̄atus(ſupple/eſt filius dei)q2 inuio
lata virginitas ꝯcupiſcentiā neſciuit/ ꝛ carnis māꝫ
miniſtrauit. Aſſumpta eſt de mr̄e dn̄i natura nō cul
pa. Et adhuc.ī.in eadem Ep̄la ſic ēt dr̄. Natiuitas
dn̄i ſm carnē quāuis hēat quedā ꝓpria qbus huma
ne cōditionis vitia trāſcēdat.ſiue ꝙ ſolus ab īuiola
ta virgine ſine ꝯcupiſcētia eſt cōceptus ꝛ natus.ſiue
ꝙ ita e viſceribus mr̄is eſt editus/vt fecūditas pare
ret ꝛ virgītas ꝑmaneret:nō alteriᵘ tn̄ nāe erat eius
caro q̄ꝫ nr̄a:nec alia q̄ꝫ ceteris hoībus aīa eſt inſpira
ta p̄nᵒ q̄ excelleret nō diuerſitate gn̄is ſꝫ ſublimitate
virtutis. Itē.ī.quaſi in fine ep̄le.ſic ait. Fides autē
cathoᶜᵃ ſingl̄aris atqꝫ v̄a iuſtificās īpiū/ꝛ creans iu
ſtū ad hūilitᵗⁱˢ ſue tracta ꝑticipē/in illo acq̄rit ſalutē
in q̄ ſolo hō ſe īuenit innocētē. Eā fidē ſꝫ ꝓpheticā/
euāgelicā/apl̄icā/ꝛ ſalutaris ſymboli doctrinā/Ni/
cena Synodus īſtituit/examē Calcedonēſe cōfirma
uit/orbis terraꝝ celebrat atqꝫ veneratᷣ. Hec in ep̄la
p̄fata fidei cathoᶜᵉ. In q̄ quatuor ꝓpōnes lecte ma/
nifeſtū videntᷣ facere ꝓpoſitū noſtrū.p̄ᵃ ꝙ ſolus xp̄s
contagiuꝫ peccati nō habuit. 2ᵃ ꝙ de btā virgine nā
ſit aſſumpta nō culpa. 3ᵃ ꝙ ſolus xp̄s ſine ꝯcupiſcen/
tia ſit conceptus. 4ᵃ ꝙ in ſolo xp̄o ſe hō inuenit inno
centē. Qḋ idē valet ac ſi dicatᷣ. Solus xp̄s fuit inno/
cens. He aūt ꝓpoſitiones fidei tam ꝓphetice q̄ꝫ euā
gelice ꝛ apl̄ice/ ꝛ triū generaliū concilioꝝ vꝫ Nice/
ni Calcedonen̄.ꝛ eius in quo Gelaſius papa p̄dictā

Epiſtolam tantopere commendauit / ac tam excel/ lenti veneratione ſuſcepit. quinimmo terrarum or/ bis confirmate doctrinis/ inferunt apertiſſime ſm fidem catholicam eſſe firmiter credendum/omnem alium hominem preter ſolum Chriſtū/⁊ conſequen ter omnem hominem ab Adam ſeminali propaga tione deſcendentem habuiſſe aliquod peccatum. Saltem peccatum originale.

## Idem quod prius probatur ex concilio florentino. Cap. VII.

5°. **Preterea.** In concilio Florentino ſub Eu genio 4°. inter alia dogmata fi/ dei que a principio ſancta Mater eccleſia ꝓ funda mētis ⁊ gñalibus eiuſdē fidei ſancte regulis/hoc an numeratum eſſe quod modo defendimus ⁊ per con/ cilia ſacra probamus. his verbis affertur. Firmiſ/ ſime credit profitetur ⁊ docet ſacroſancta Romana eccleſia neminem vnq̄ꝫ ex viro feminaqꝫ conceptuꝫ a diaboli dominatu fuiſſe liberatum niſi per fidem mediatoris Jeſu Chriſti domini noſtri qui ſine pec/ cato conceptus/natus/⁊ mortuus humani generis peccata delendo ſolus ſua mortalitate proſtrauit/⁊ regni celeſtis introitum qꝺ primus homo peccato proprio cuꝫ omni ſua ſucceſſione perdiderat/reſera uit. Hec ibi. Super que verba primo conſiderandū eſt contra Caietanum omnem hominem liberatuꝫ a dominiatu diaboli fuiſſe aliquādo ſub diaboli do minio/ſm intentionem Cōcilij. Si enim hoc nō in/ tenderet ſed liberationem vocaret preſeruationem ne aliquis ſub illo dominio veniret. iam non poſſet per hanc determinationē inferri quēquam ſub tali dominio de facto fuiſſe. quod nullus auſit inferre. Scđo conſiderandum eſt per hec verba concilij ha/ beri/ꝙ Chriſtus ſolus proſtrauit dominatuꝫ diabo licum/qꝛ fuit ſine peccato conceptus: natus ⁊c. in/ nuens alios omnes in peccato fuiſſe conceptos. Ter tio conſiderandum eſt regni celeſtis introitus nega tionem ⁊ perditionem/cauſatam ex proprio pecca/ to Ade cum omni ſua ſucceſſione: ita ꝙ negatio ta/ lis introitus fuit pena peccati. Pena autem maxi/ me ſpiritualis non infligitur ſine culpa eius cui in/ fligitur/qꝛ filius non portabit iniquitatem patris. Ezech. 18. ergo cunctis quibus regni celeſtis aper/ ta eſt ianua per Chriſtuꝫ/ habuerunt aliquod pecca tum de facto. Clauſa vero ſic erat etiam beate virgi ni ianua regni celeſtis/ꝙ ſi añ Chriſti paſſionē mor/ tua fuiſſet/deſcendiſſet in limbū ſanctorum patrū. vt tetrantur etiam aduerſarij: ⁊ vſqꝫ ad mortem fi/ lij ſui/ibi captiua detenta fuiſſet. ergo habuit ⁊ illa peccatum ſaltem originale ſicut omnes alij ex viro feminaqꝫ concepti. Quāuis autem Conciliuꝫ/pro prium. i. propria voluntate commiſſum Ade pecca tum inducat cāꝫ perditionis: ſuo tñ pueri ēt non ꝓ pria volūtate ſed carnali gñatione ex Adam ꝯcto arcebanť a Regno. Dicit. n. Auguſtinus ad Sabi/ num comitē Chriſtus ꝓ peccato mortuus eſt nō ſuo ſed noſtro. Quiſquis aūt noſtruꝫ eſt/non oīm moriť peccato ſed ſuo. Ex predictis omnibus patet con/ cluſio principalis quomodo vꝫ ſm doctrinam eccle/ ſie in ſacroſanctis cōcilijs publicatam/pro fidei ca/ tholice regula firmiſſima tenendum eſt oēm ex con/ cubitu viri ⁊ mulieris conceptum hominē contra/ xiſſe de facto peccatum originale.

## Principale propoſitum per aliam eccle/ ſiæ determinationem apertiſsime dedu/ citur. Cap. VIII.

**Eandem** concluſionem in ſe probare libet per alterius ſacri concilii decre/ tum. Sic autem formatur ad hoc ipſuꝫ ex eo ratio. 6°. Secundum fidem catholicam firmiter eſt tenendū: quicquid de fide catholica ⁊ condēnatione heretico rum determinant cōiter ſancti Doctores antiqui. Athanaſius. Jlarius. Baſilius. Gregorius nazan/ zenus. Theophilus. Gregorius nicenus. Ambroſiꝰ Auguſtinus. Chriſoſtomus. Hieronymus. Cirillus. Leo. Proculus. Sed iſti omnes tenent ſm fidem ꝙ ſeminaliter propagati ab Adam contraxerunt om nes de facto originale peccatum. ergo hoc ipſum eſt firmiter in fide tenendum. Patet autem huius ra/ tionis fundamentum primum/eo ꝙ predictoꝝ ſan ctorum doctrina vbi de recta fide ⁊ cōdemnatione hereticorum pertractant ⁊ exponunt/eſt per eccle/ ſiam acceptata in determinationibus. 5°. Concilij Uniuerſalis. vbi ſm q. s. Tho. 4°. contra capº. 24°. recitat/ſic habeť. Sequimur per omnia ſanctos pa tres ⁊ doctores eccleſie. Athanaſium. Jlarium. Ba/ ſilium. Gregorium. Theophilum. Gregorium nice/ num. Ambroſium. Auguſtinū. Joannem Conſtan/ tinopolitanum. Hieronymum. Cirillum. Leonem. Proculum. ⁊ ſuſcipimus omnia que de recta fide ⁊ condemnatione hereticorum expoſuerunt. hec ibi. Quicquid autē acceptatur ab eccleſia vt verū per/ tinens precipue ad fidem vel bonos mores: non pōt ab aliquo fidelium ſine periculo hereſis negari: nec reprobatum ab ea vt falſum/pōt niſi hereticus affir mare. quia eccleſia non poteſt circa talia errare. 24. q. 1. A recta. Acceptata quoqꝫ eſſe ab eccleſia nunc etiam omnia q̄ in ſacris octo concilijs generalibus ſancita ſunt: ⁊ eadem ratione in omnibus alijs/cuꝫ equalis ſint auctoritatis: patet primo. Ex profeſſio/ ne Greg. Pape. d. 25. ca. Sicut ſancti. Ubi ꝑmiſſa cōmendatione quinqꝫ Conciliorum generalium ſic ſubſequitur. Cunctas vero quas prefata venerāda Cōcilia perſonas reſpuunt/reſpuo/que veneranť/ amplector. hec ibi. Patet 2° ex profeſſione quaꝫ re/ gulariter facit Romanus Pontifex vice totius ec/ cleſie. d. 16. ca. Sancta octo. Ubi ſic habeť. Sancta octo concilia. Primū Nicenum. 2m Conſtantinopo litanum. 3m Epheſinū. Calcedonenſe 4m. ⁊ 5m. Jtem Conſtantinopolitanū 6m. Jtem Nicenum 7m. Octa/ uum. quoqꝫ Conſtantinopolitanum / vſqꝫ ad vnuꝫ apicem immutilata ſeruare: ⁊ pari honore ac vene/ ratione haberi: ⁊ que ꝑdicauerunt ⁊ ſtatuerunt mo dis omnibus ſequi ⁊ predicare: ⁊ quecūqꝫ condem/ nauerunt: ore ⁊ corde condemnare profiteor. hec ibi. Qꝫ autem predicti ſancti Doctores teneant omnes homines ab Adam ſeminaliter propagatos/eſſe de facto conceptos in originali peccato/manifeſtatur auctoritate ⁊ relatione Diui Auguſtini: qui poſtq̄ꝫ dixit in primo contra Julianum. Una eſt omnium catholicorum firma fides / qui per vnum homi/ nem peccatum intraſſe in mundum/in quo omnes peccauerunt / vno corde credunt / vno ore faten/ tur: ⁊ veſtras nouitias ꝓſumptiones catholica antiquitate ſubuertunt. Jtem poſtq̄ꝫ in eodē li/ bro induxit plurimorum doctorum qui. s. nomi/ nati ſunt: ⁊ aliorum etiam auctoritates ad ean/ dem veritatem comprobandā: tandem in 3° con tra Julianum libro maiori parti predictorum ſanctoꝝ qui ante ſe fuerūt annumerās alios ma/ xime auctoritatis in eccleſia: ſic proteſtať ⁊ dicit. Propter quam catholicam veritatem ſancti ac beatiſſimi in diuinoꝝ eloquioꝝ pertractatione clariſſimi ſacerdotes. Hyreneus. Cyprianus. Re/ thicus. Olympius. Jlarius. Ambroſius. Grego/ rius. Jnnocentius. Joānes. Baſilius. quibus ve/ lis nolis addo Hieronymum preſbyteruꝫ/vt eos obmittam qui nondū dormierunt: aduerſus vos proferunt de omnium hominum peccato origina li obnoxia ſucceſſione ſententiā. Et addit. Unde nemo eripitur/niſi ſolus ille quē ſine lege peccati virgo concepit. Hec ibi. Cum ergo Auguſtinus dicat omnium catholicorum hanc eſſe firmam fi/ dem: quodcūqꝫ autem de recta fide predicti ſan/ cti patres docuerūt ſit auctoritate concilij deter/ minatum atqꝫ firmatū. Patet ꝙ nullus pōt ſal ua fide ꝑdictis ſanctis patribus ⁊ eccleſie ſancte luminibus/ in ſapía ⁊ doctrina tali cōtradicere. Sicut. s. Tho. hac ipſa ratione probauit 4° ꝯ. ca. 24. ꝙ ſm fidem catholicam firmiter eſt tenendū ſpiritum ſanctuꝫ procedere a filio. pro eo ꝙ ſan/ ctus Auguſtinus ſic docet eſſe tenenduꝫ/in mul tis locis. adducēs ibi ꝙ auctoritas Auguſtini in his que pertinent ad fidem eſt acceptata ab eccle ſia in 5° Concilio vniuerſali. vt dictum eſt. Qua/ propter Hieronymus etiam vt habetur. 24. q. 1. cap. hec eſt fides. Scribens ſummo Pontifici. ſic ait. Si noſtra cōfeſſio apoſtolatus tui iudicio cō/ probetur/quicūqꝫ me culpare voluerit. ſe impe/ ritum vel maliuolum/vel etiam non catholicum ſed hereticum comprobabit. hec ille. Qꝫ autē pre dicti ſancti patres non niſi de actuali cōtractio/ ne peccati intendant/non autem de ea quam in/ ducit Caietanus/patet tam ex terminis q̄ꝫ ex in tentione Auguſtini referētis in primo cōtra Ju lianum ſententias eorūdem ſanctorum patrum. qui poſtea ſubiūgit. De peccato primi hominis. cui omnis carnalis natiuitas obligatur/qꝺ cre/ dunt/credo: quod tenēt/teneo: qꝺ docent/ doceo: quod predicant/predico. Quem autē ſenſum in his habeat Auguſtinus/ex omnibus ſupra indu/ ctis eius ſententijs plenius manifeſtum eſt. Sin/ gulas autem immo multiplices auctoritates pre dictorum ſanctorum doctoruꝫ quorum doctrinā acceptat eccleſia: hic inducere nolo/ſed. j. in loco ſuo alique proponentur: remittēdo pro reliquis ad plures cōpilatos libros de Materia cōceptio/ nis: precipue per. D. Jo. de Turre cremata/⁊ per Bandellum. Sufficiat hic cuiliber catholico te/ ſtimonium Auguſtini iam inductum/⁊ eorū qui proxime ſubijcienť in teſtes/ſanctos pariter ⁊ il/ luſtres doctores de ſanctorum omniū in hac opi/ nione noſtra cōi ſententia.



## Quod omnes ſancti doctores eccleſiæ affirmatiuam propoſitæ quæſtionis par tem teneant. duo ſancti Doctores poſt Auguſtinum inducuntur in teſtes. Capitulum. IX.

**Non** ſolum autem predicti ſancti Doctores eccleſie/veritateꝫ principalis huius cō cluſionis affirmant ⁊ approbāt: ſed vniuerſaliter ſanctorum doctorum hoc ipſum eē cōe placitum ꝙ ſm fidem ſit tenenduꝫ/omnes homines preter ſolum Chriſtum primorum parentum maculam incurriſſe. Et ꝙ nullus vnq̄ꝫ inter doctores ſctōs inuentus eſt qui contrariuꝫ auſus fuerit predica re. Huius vniuerſalis doctorum ſanctorum con/ ſenſus/fideliſſimus poſt Auguſtinū teſtis eſt Ber nardus: qui in Epiſtola quadam ad Jnnocentiū Pontificem contra quēdam hereticum. ſic ait. Omnes doctores noſtri poſt Apoſtolos in hoc cō/ uenerunt/ꝙ hac neceſſitate dei filius incarnatus eſt/vt homo qui aliter redimi non poterat / per mortem innocentis. iure a diaboli iugo liberare/ tur. Non poteſt quis cum redemptis gratias age re/qui captiuus non fuit. Non enim querit redi/ mi/qui ſe captiuum non cognoſcit. Siue ergo re conciliatio ſiue redemptio/liberatio eſt de vincu lis diaboli a quo captiui tenebamur. Hec ille. Manifeſtum eſt ergo ſm Diuum Bernardū ꝙ cum Chriſtus fuerit redemptor omnium ſm fi/ dem catholicam: neceſſe eſt fateri ꝙ omnes homi nes captiui fuerint ſub iugo ⁊ vinculis diaboli ſꝫ cōem omnium doctorum eccleſie ſententiā. Non ergo eſt redēptus a Chriſto aliquis qui captiui/ tatem non incurrerit/licet de ſe eā incurrere de/ beret/vt Caietanus aſſerit. ſed ſolum qui de fa cto captiuus fuit/ſm ſanctos omnes doctores.

¶ Eiuſdem etiam vniuerſalis ſanctorum docto/ rum conſenſus/fideliſſimus teſtis eſt Diuus Bo/ nauentura/qui in 3°. d. 3a. de beatiſſima dei geni/ trice/ ( de qua magis videreť ſi aliquis foret exci piendus )loquens/poſtq̄ꝫ propoſuit concluſionē ꝙ beata virgo ſimul cum alijs omnibus fuit con/ cepta in peccato originali: ⁊ ꝙ eius ſanctificatio ſubſequuta eſt peccati originalis contractioneꝫ. ⁊ probauit hoc eſſe verum: qꝛ hic modus dicendi eſt cōior ⁊ ratinoabilior. probat vltimo ꝙ ſit ſecu rior in hec verba. Securior etiaꝫ eſt/qꝛ magis cō ſonat fidei pietati: ⁊ ſanctorū auctoritati magis concordat: pro eo ꝙ ſancti cōiter cum de hac ma teria loquuntur/ſolum Chriſtū excipiunt ab illa generalitate qua dicitur. Omnes peccauerūt in Adam. Nullus autem inuenitur dixiſſe de his quos vidimus ⁊ audiuimus auribus noſtris bea tam Uirginem fuiſſe ab omni peccato immuneꝫ in ſui conceptione. hec ille. Ex quibus verbis pa/ tet ſm Diuum Bonauenturam quomodo ge/ neraliter a ſanctis exponantur verba Apoſtoli ſine omni exceptione puri hominis/etiam per/ ſonam beate Uirginis ſpecificando de qua ma gis videretur / ſi hoc munus alicui preterq̄ꝫ ſo/ li Chriſto concedendum eſſet. Ab ipſa quoqꝫ ve ritate coactus / hoc idem teſtatur ⁊ Scotus 2°. d. 32. vt. s. inductum eſt : dicens abſolute tenen/ duꝫ eſſe ſm ſanctos. ꝙ omnes cōiter ab Adā pro pagati contrahunt originale peccatum. Hoc idē

atteſtatur Magiſter ſententiarum in 3°.d.3ª.de
conuenientia ſanctorum doctorum in hac ſenten
tia dicens ſpecialiter de beata virgine / ⁊ de car/
ne eius/de illa etiam quam aſſumpſit ex ea ver/
bum/ꝙ oportet credere ſm ſanctorum atteſtatio
nez ꝙ fuerit peccato obnoxia ſicut ⁊ reliqua vir
ginis caro. Non dixiſſet autem abſolute ſm ſan/
ctorum atteſtationem. ſi aliquis ſanctus eccle/
ſie doctor alicubi vel quando teſtaretur oppoſi/
tum. Sic igitur deinceps contrarius error atqꝫ
preſumptio merito ceſſare debet: quando de hoc
ipſo plurima ⁊ multiplex maiorū emanauit ſen/
tentia. de conſec. di. 2. ca. Cum omne crimen. Nō
ſolum autem omnes ſancti Doctores hoc dicūt:
ſed etiam neceſſarium eſt vt omnes de ſeipſis ho/
mines hoc ipſum fateantur/niſi dicant eis eſſe p
hibitum dicere pſalmum Miſerere mei deus. Fa
tetur enim qui ſic orat/ſe in iniquitatibus ⁊ pec
catis eſſe conceptum. Unde omnes qui menda/
ces ex hoc verbo non ſunt / vere in iniquitati/
bus fatendum eſt eſſe conceptos. Non minus aūt
prohiberetur ſic preſeruatus orationem domini/
cam dicere/ne debita ſibi dimittēda falſo fateret
haberet: mala quoqꝫ a quibus in ea petit libera/
ri/cum non niſi mali culpe principaliter ibi ſer/
mo ſit. Patet igitur ex premiſſis ꝙ aſſerere non
omnes ex Adam ſeminaliter propagatos de fa/
cto contrahere peccatum originale/ eſt ſacris lit
teris multipliciter repugnare: determinationi/
bus ſanctorum conciliorū ⁊ vniuerſalis eccleſie
contradicere: ⁊ ſanctis omnibus doctoribus eius
aduerſari. Et hec de quarto.

# Pars Quinta.

## Argumenta ſeptem contra factā determinationē inducuntur. Cap. I.

Uo ad 5m principaliter conſiderā
dum in hoc opere. occur/
runt contra determinationem factam
nonnulla dubia pro maiori claritate do
P°. ctrine diſſoluenda. Quorum primum
eſt tale. Sixtus 4s. ordinis minorum in
extrauaganti. Graue nimis/prohibet poſſe dici
hereticum vel peccare mortaliter quemcunqꝫ
tenentem alteram quam maluerit contradictio
nis predicte de beata Uirgine partem / aſſerens
non eſſe adhuc ab apoſtolica ſede deciſum que
vera ſit aut falſa. Sed quod ſm fidē catholi/
cam eſt tenendum / iam determinatum eſt eſſe
verum. Ergo beatam Uirginem eſſe cum alijs
omnibus qui peccauerunt in Adam numeran/
dam/non eſt tenendum ſm fidem ſic ꝙ non poſ/
ſit teneri oppoſitū: ⁊ conſequenter negatiua pars
propoſite queſtionis teneri poteſt abſqꝫ fidei pre/
2°. iudicio. Preterea. Sententia qua dicit Apo/
ſtolus omnes homines peccaſſe in Adā/ſuſcipit
ſm Auguſtinū diſtributionem accōmodā. Ergo
non cogit ſm fidem eſſe tenendū ſimpliciter om/
nes ab Adam propagatos incurriſſe peccatum:
ſed ſolum ꝙ omnes qui peccauerunt/peccauerūt
in Adam. Hanc autem eſſe intentionem Augu/
ſtini patet in 6°. contra Julianū/vbi ſic ait. Si/
cut per vnius delictum in omnes homines ad cō
demnationem/ita ⁊ per vnius iuſtitiā in omnes
homines ad iuſtificationem vite. Ideo ⁊ ibi oēs
⁊ hic omnes/qꝛ nemo ad mortem niſi per illū: ⁊
nemo ad vitam niſi per iſtū. Sicut enim per in/
obedientiam vnius hominis/ peccatores cōſtitu
ti ſunt multi: ita ⁊ per obedientiam vnius homi
nis/iuſti conſtituentur multi. Idez confirmat in
2° de nup. ⁊ concup. dicens. Omnes dixit Apoſto
ſtolus ad condemnationem per Adam/ ⁊ omnes
ad iuſtificationem per Chriſtum: cum vtiqꝫ non
omnes eos qui moriuntur in Adam transferat
chriſtus ad vitaz. Sed omnes dixit atqꝫ omnes:
quia ſicut ſine Adam nullus ad mortem: ita ſine
Chriſto nullus ad vitam. Sicut dicimus de litte
rarū magiſtro ſi in ciuitate ſolus eſt. Omnes iſte
hic litteras docet/ non qꝛ omnes diſcunt/ ſed qa
nemo niſi ab ipſo. Ex quibus verbis patet ꝙ ver
bum Apoſtoli quo dicit ꝙ omnes in Adam pec
cauerunt/reſtringendum eſt ſm predictam diſtri
butionem quam Logici etiaz in hoc/ Auguſtinū
in libro Hyponoſticon immitantes/ vocant ac/
commodam. Et ſic non erit contra fidem tene
re ꝙ aliquis ab Adam ſeminaliter propagatus
non contraxerit originale peccatū. Et cōfirma Confir
tur argumentum/quia nō omnes propoſitiones matio.
vniuerſales ſacre ſcripture ſunt tam exacte vni/
uerſalitatis ꝙ nihil poſſit exceptuari: alias ſe/
queretur ꝙ illud dictum Hiere. 6°. Omnes aua
ritie ſtudent/ad ipſum quoqꝫ Hieremiaz ſe ex/
tenderet. Et illud Iſa. p°. Omne caput languidū
⁊c. ſe extenderet ad Iſaiam. ⁊ ad alios ſanctos
ſui temporis. ⁊ ſic de multis alijs/quod eſt incon/
ueniens dicere. Preterea. Auguſtinus in libo 3°.
de perfectione iuſtitie capo vlto ſic ait. Quiſquis
dicit poſt acceptā remiſſionez peccatorum quē/
quam hominez iuſte vixiſſe in hac carne vel viue
re vt nullum habeat omnino peccatum/ contra/
dicit Apoſtolo Joanni qui dicit. Si dixerimus
quia peccatū nō habemus/ipſi nos ſeducimus/
⁊ veritas in nobis non eſt. Et loquit̄ de peccatis
actualibus ſm omnes. Et nihilominus idē Au/
guſtinus in libro de natura ⁊ gratia. excipit bea/
tam Uirginem ab illa generalitate dicens/ꝙ cū
de peccatis agitur ſcꝫ actualibus/ nullam pro/
ſus de ea vult queſtionem habere. Scimus enim
inquit ꝙ plus gratie ei collatum fuit ad vincen/
dum ex omni parte peccatum. qꝛ illum concipe/
re ⁊ parere meruit quem conſtat nullū habuiſſe
peccatum. Ergo pari iudicio auctoritate ⁊ ratio
ne poteſt excipi beata Uirgo ab illa vniuerſalita/
te qua dicitur/Omnes in Adam peccauerūt. nō
obſtante ꝙ ſi aliquis alius preter illam excipere/
tur/repugnaret ſacre ſcripture. Nec magis vide/
tur preualere ratio maternitatis dei ad excludē/
dum actuale peccatū ꝙ̄ꝫ originale.
Preterea. Auguſtinus 5°. contra Julianū di 4°.
cit de Chriſto/ꝙ profecto peccatū maior feciſſet
ſi puer habuiſſet. Propterea nullus hō pter chri/
ſtum eſt qui peccatum non fecerit grandioris eta
tis acceſſu



tis acceſſu: qꝛ nullus eſt hominum preter ipſum qui
peccatū non habuerit infantilis etatis exortu. hec
ille. Ex cuius auctoritatis parte prima ſequit̄ a ma/
iori ꝙ ſi beata virgo contraxit in ſui cōceptione ori
ginale peccatum/habuit etiaz in etate perfecta pec
catum actuale. Quod cum cōiter negetur ab eccle/
ſia: de neceſſitate ex Auguſtini dictis īfertur in pri/
ma parte dicte auctoritatis ꝙ a gn̄alitate peccan/
tium in Adam illa etiaz ſit excepta. Alioquin pec
5°. cata etiā actualia cōmiſiſſet. Preterea. Si ſic eēt
tenendum ſm fidem/maxime hoc eſſet propter au/
ctoritatem ſanctorum doctorū dicentium hoc ad fi/
dem pertinere. Sed hoc nō obſtat quin ſine nota he
reſis poſſimus oppoſitum opinari: etiam ſi eorū do/
ctrina eſſet per eccleſiā acceptata. Neqꝫ enim talis
acceptatio dat ſanctorū doctrine tantam auctori/
tatem quantā ſacre ſcripture/cui contradicere con
ſtituit hereticū. De facto etiam quādoqꝫ ſancti do
ctores per exceſſum loquuntur/⁊ conſequenter fal/
ſa docent vt verba pretendunt. Unde eis contradi/
cere non ſolum non conſtituit hereticum/verū etiā
eſt meritorium. Patet aūt hoc qō dicimus in beato
Jo. Chriſoſty. qui notat beatam virginem aliquod
actuale commiſiſſe peccatū/in quo exceſſit. vt dicit
ſanctus Tho. 3ª. q. 27. ar. 4°. ad 3m. Similr̄ Auguſti
nus in 2° de fide ad Petrum videtur exceſſiſſe dum
ſic ait. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites paruu
los qui ſine ſacramento bapriſmi de hoc ſeculo tran
ſeunt/ ignis ſupplicio ſempiterno puniēdos/hec il/
le. Cum tamen omnes doctores Theologi vnanimi/
ter teneant tales pueros in limbo penā ſenſus non
pati. Unde notat Auguſtinum in hoc per exceſſum
eſſe loquutū Diuus Bonauentura. 2°. d. 33. ar. 2°.
Cum ergo pena hec habeat cum originali peccato
quandā coniunctionem/eo ꝙ pro eo tantum pueri
puniantur/pōt etiā non inconuenienter dici ꝙ vbi
de peccato originali/deqꝫ eius vniuerſali cōtractio
ne pertractat Auguſtinus contingat illum per ex/
ceſſum loqui/dum a generalitate peccantiū expreſ/
ſe non excipit cum filio etiam matrem dei ſicut exce
6°. pit ab actuali. Preterea. Sancti Doctores quo/
rum etiam doctrina eſt per eccleſiam acceptata/ſibi
inuicem quandoqꝫ aduerſant̄/⁊ oppoſita ſentiunt:
⁊ pariter alter contradicentium/falſum opinatur. er
go non tenemur omnibus eorū dictis adherere/ſed
impune negari poterunt. Patet autem qō dicimꝰ
precipue in Auguſtino ⁊ Hieronymo. Nā vt refert
ſ. Tho. ſuper Epiſtolam ad Gala. 2°. non concordāt
primo in obſeruatione legalium/ dum Hiero. ſenſit
legalia ſtatim poſt Chriſti paſſionem fuiſſe non ſolū
mortua ſed mortifera: Auguſtinus vero ꝙ nō erant
mortifera niſi poſt publicationem Euangelij. 2° di/
ſcordant in hoc ꝙ Hiero. tenet Petrum non illa ſer
uaſſe poſt miſſionem ſpiritus ſancti/ſed ſolum ꝙ fin
xerit ſe illa ſeruare ne ſcandalizaret Judeos: ⁊ ꝙ ex
hoc non peccauit etiā venialiter: ⁊ ꝙ Paulus non
vere eum reprehenderit ſed ſimulatorie. quorū om/
nium Auguſtinus ſentit oppoſitum. ergo ⁊c.
7°. Preterea. Non ſolū videtur ꝙ poſſit teneri bea
tam virginem eſſe preſeruatam ſm fidem/ verū etiā
ꝙ ſic eſſe/ſit omnino tenendū. Nam determinatio
facta per Epiſcopum in Dyoceſi ſua cū cōſilio cle/
ricorum vel ab ipſis clericis ſede vacante cum conſi
lio ſi oportuerit vicinorum epiſcoporum ꝙ aliquis
ſit hereticus/ſic approbatur ab ap̄lica ſede vt talez
excōicatiōis fulmine percutiat. vt patet in ca. Ad
abolendam. de Hereticis. Sed vniuerſitas pariſina
auctore ſuo Ep̄o cum graui conſilio clericorū ⁊ ma/
giſtrorū in Theologia determinauit (vt fertur) eſſe
errorē tenere ꝙ beata virgo ſit concepta in pctō ori
ginali: ꝯtradicentes aūt articulis quos decernunt:
erroneos/cenſent eſſe hereticos Pariſini. ergo ⁊c.

## Primi prædictorum argumentorum ſolutio, & quomodo in Papam etiam error in fide cadere poſsit aut non cadere, declaratio. Cap. II.

Pro ſolutione igitur primi p̄dictorū
ſeptem argtor̄ dr̄ ꝙ ſtat
Pontificē precipere ꝙ nullus ſentiens alterā quaz
voluerit contradictionis partem debeat ante deci/
ſionem factā per eccleſiaz vocari hereticus: ⁊ tamē
de facto aliquis talis vno modo ſit ex tali aſſertione
hereticus. Stat etiā totam contradictionē ad fidez
pertinere/ita ꝙ vnā eius partem neceſſe ſit credere
veram/alterā vero falſam. ⁊ tamen credens eaz que
vera eſt eſſe falſam/aut econtra/alio modo nō ſit he/
reticus. Pro quorum pleniori notitia aduerten No. p°.
dū eſt primo. ꝙ ſicut alia peccata/ita ⁊ hereſis pōt
regulr̄ cadere in quēlibet xp̄ianum dum ſumus in
via. Reliquit enim deus omnez hominem in manu
conſilij ſui Eccleſiaſtici. 15°. ⁊ nullum eſſe confirma/
tum in bono tenemur credere dū in via fuerit/niſi
forte ſacre littere/vel eccl̄ie determinatio/ad id cre
dendum cogeret: aut ſupernaturalis quecūqꝫ reue/
latio vel miraculum in talis fieret cōfirmationis te
ſtimonium. ſicut de his qui ſpiritum ſanctum acce/
perunt cōiter tenet eccleſia: ⁊ maxime de Ap̄lis/ꝙ
vꝫ nunquaz peccauerunt mortaliter poſt miſſionez
ipſius ſpirituſſancti. vt declarat. s. Tho. 3°. d. 12. q.
2ª. arti. 1°. ⁊ hoc idem declarat de Sanctificatis in
vtero. in queſtionibus de Malo. q. 7ª. ar. 7°. ad 8m.
vt fuit Hieremias ⁊ Jo. Baptiſta. Et de beata vir/
gine ꝙ vꝫ nunꝗ̄ꝫ etiam peccauit venialiter. vt decla
rat. s. Tho. 3ª. d. 27. ar. 4°./3°. d. 3ª. q. 2ª. ar. 3°. ⁊ alibi
pluries. In Papam ergo dum ⁊ ipſe in via eſt/pec/
catum qōlibet cadere poteſt/etiam error in fide cūꝫ
obſtinatione: ita ꝙ formaliter fieri poteſt hereticus.
Alias fruſtra determinaret̄. d. 40. c. Si papa. ipſuꝫ
ob crimen hereſis eſſe deponendū/ prout etiam Ca/
noniſte omnes ſine vlla diſcrepātia notant ⁊ deter/
minant ex illo capo. Et idez tenent ſacri Theologi.
Aduertendum 2° ꝙ papam ⁊ quēlibet alium in No. 2°.
hereſim labi perſeueranter ⁊ obſtinate tunc depre/
henditur quādo negans aliquem articulū fidei/vel
aſſerens aliquid cōtrarium ſacris litteris vel deter
minationi eccleſie quo ad ea que ad fidem pertinēt
vel bonos mores: aut male ſentiens de ſacramentis
eccleſie ⁊ neceſſarijs ad ſalutem: ſcit iſta omnia que
negat vel aſſerit/determinationi ipſius eccleſie iam
facte contrariari. Immo tunc male ſentire cōuin/
citur etiam de auctoritate eccleſie. ⁊ conſequen/
ter illi etiam articulo fidei cōtraire. credo ſanctam

eccleſiã catholicã. In tali autẽ caſu (quẽ deus auertat) erraret q̃ Papa vocatꝰ eſſet/nõ vt Papa vel caput eccl'ie/vel xp̃i Vicariꝰ:ſʒ vt ſingularis ꝑſona. Neqʒ eẽt iã verus Papa corã deo.ſʒ extra eccleſiã. lʒ quo ad iudiciũ eccl'ie ↄtrigat ad tp̃s hoc nõ eſſe manifeſtũ. Nec ẽ hoc ↄ̃ illud qḋ hr̃.24.q.1. In ſede apl'ica extra maculã ſemꝑ eſt catholica ſeruata religio. Nõ.n.hoc dr̃ quaſi nõ poſſit oppoᵐ inueniri:ſʒ neqʒ tunc ſedes apl'ica macularet̃. Nã in dcõ caſu vacat ſedes apl'ica/ex h̃ ſolo q̃ iã ñ ſedet ĩ ea Vicariꝰ xp̃i/ nõ autẽ ex eo q̃ nõ ſedeat in ea ipſe xp̃s principalis ſponſus eccl'ie. Ex macula aũt illiꝰ qui ſeipm̃ ex tali ſede vere depoſuit/nõ maculat̃ ſedes q̃ decorat̃ xp̃o/ ⁊ fide in eũ credẽtis eccleſie. Intẽtio tñ.d.c.eſt aſſerere q̃ in ſede apl'ica nunq̃ʒ ſedit aliqs formal'r hereticus.nõ aũt q̃ nõ poſſit hoc ↄtingere. Vel intendit quo ad doctrinã ſedis illiꝰ in eccl'ia ꝓmulgatã. Per ſanã.n.doctrinã ſemꝑ catholica religio ſeruata ẽ extra maculã hereſis. Dirigit̃.n.a ſpũ ſancto in talibꝰ que ad fidẽ ſpectãt ⁊ bonos mores/vt nõ poſſit qcq̃ʒ ↄ̃ iſta docere. Dũmõ faciat qḋ in ſe eſt vt a ſpõ dirigat̃ in doctrina fidei ⁊ regimine recto ouiũ chriſti. Qḋ tunc ꝑſertim cõtingit qñ de ↄſilio fratrũ ſuorũ Card. ⁊ Epiſcopoꝝ peritorum procedit.

No.3°. ¶ Aduertendũ eſt 3ꝰ q̃ talis ſic quo ad deũ depoſitꝰ cuʒ nullã hẽat auctoritatẽ ſuꝑ xp̃i fideles/ſi qcq̃ʒ decernat aut mãdet/quantũ in ſe eſt/nullũ obligat ad aliqd credendũ vel operandũ:neqʒ cenſure ulle pñt ab eo fulminari/vel pene cõminari aut iuſte ↄ̃ non parẽtes infligi.arg.24.q.1. Ait Celeſtinus. Peccarent tñ mortal'r q in his q̃ non ſunt ↄ̃ deũ/eidẽ eẽnt rebelles/nõ ſciẽtes adhuc eũ eſſe hereticũ. Quo pro certo cognito/iam ſciẽs nõ peccat ſi nõ pareat:imo peccaret ſi eũ veluti Põtificẽ coleret aut timeret. Neqʒ eſt al'r eccleſie iudiciũ expectãdũ. Eccleſia.n. ſeu cõciliũ ſuo iudicio nõ priuat hereticũ auctoritate:ſʒ ſolũ oĩbus ĩnoteſcere facit illũ eſſe priuatũ ipſo facto quo in hereſiʒ lapſus eſt.vt docet gl.in.d.c. Si Papa. Vñ ante talẽ eccleſie declarationẽ põt imo tenet̃ is cui iam clarũ eſt illũ eſſe depoſitũ:nõ ſolũ ei nõ parere:ſʒ in faciẽ ẽt reſiſtere qñ vtilitas publica ſuaderet:⁊ tuẽde fidei neceſſitas vrgeret. Secꝰ ꝑp ſcandalũ/non perurgente fidei vel publice vtilitatis neceſſitate.

## Quomodo Papa poſsit aut non poſsit præcipere ne errans in fidem vocetur hæreticus. Cap. III.

No.4°. Aduertendũ 4° q̃ qñ Papa non obſtinate/ſʒ ex ſimplici ignorãtia opinionẽ erroneã ſequit̃/neſciẽs eã ↄ̃riari ſacris l'ris vel determinatiõi eccl'ie:paratꝰ qñ ſibi hoc ↄſtaret/ab opinione reſilire/cũ nõ ſit ex hoc formal'r hereticus/ꝑſeuerat xp̃i Vicariꝰ tã quo ad deũ q̃ʒ quo ad eccl'iã. Hi tñ qui clare nouerũt opinionẽ illã eẽ erroneã/peccarẽt/⁊ formal'r heretici eẽnt/ſi illã nõ ĩpugnarẽt. Quia nõ ſolũ corde credit̃ ad iuſtitiã verum ẽt ore fit confeſſio ad ſalutẽ. Nec dẽret aut poſſet Põtifex inhibere/qn tales verbo vel ſcripto veritatẽ defenderẽt ⁊ opinionẽ illã eſſe hereticã demõſtrarẽt:imo teneret̃ in tali diſſidio Põtifex ſuꝑ dubijs huiꝰ determinatiõe omni quo poſſet ſtudio inuigilare:⁊ q̃ʒcitius de eccl'ia ſcandalũ tollere. Si ḡ aũ ſuã vel ↄcilij a ſe cõgregati determinationẽ ꝑcipet/ nullũ opinionẽ illaʒ que tñ eſſet de facto ↄ̃tria ſacris l'ris ⁊ determĩationibꝰ ↄciliorꝝ/hereticã publicare: nõ eſſet ei parendũ ab his q clare cognoſcũt eaʒ eſſe hereticã. Propter qḋ tp̃e quodã cum Pontifex in hereſim incidiſſet q̃ aĩe ſanctoꝝ nõ videbũt diuinã eſſentiã añ diẽ iudicij:ſtatim fidelis ordo ꝑdicatoꝝ ſe oppoſuit cũ nõnullis ẽt magiſtris ordinis minoꝝ. Et lʒ paſſi fuerint iniurias ⁊ damna multa: ꝑualuit veritas/Papa ꝓpriũ errorẽ caſtigãte. Nõ caruiſſẽt aũt macula cõſenſus in hereſiʒ.ſi cõminationes aut ꝑſequutiones illiꝰ/primuiſſent. Veritas fidei libere ⁊ ſine vllo timore cõfitẽda eſt ⁊ ꝑdicãda. Magis.n. obediendũ eſt deo q̃ʒ hoĩbus. Actuũ.5°. Ipſe vo̾ precepit, Marci.16°. Euntes in mundũ vniuerſuʒ/ꝑdicate euãgeliũ omni creature. Oĩs aũt v̾itas fidei formal'r vel virtual'r ĩ Euãgelio ↄtinet̃. Et Apl's dicit q̃ ſi angelus de celo euãgelizet ꝑter id qḋ euãgelizatum eſt ab eo/anathema ſit.⁊ quãto minus eſt credendũ aut obediendũ homini:q vt hõ eſt decipi pt̃. Peccaret igit̃ Põtifex ſi talia preciperet. Nec iſta tũc ꝑcipet vt Põtifex eſt:⁊ directione ſpũſſancti/ſʒ vt ſingularis ⁊ ꝑſumptuoſa ꝑſona/motu ꝓprio.cuʒ ſpũs ſanctꝰ nõ ĩpellat ad falſa/ſicut nec ad mala. Sicut ergo nõ recte põt Põtifex abutẽdo ꝑtãte precipere aliqḋ malũ fieri/puta excõicari innocentẽ:ita ſimili abuſu ſi ↄtingeret ꝑperã ꝑcipere ne aliqua veritas fidei defenderet̃/aut falſitas detegeret̃ ⁊ oppugnaret̃/nõ eſſet ei parendũ vllo pacto. ¶ Sciẽdũ 5° q̃ aliud eſt opinionem eſſe hereſim ⁊ aliud opinantem eſſe hereticũ.q2.n.qḋ clarũ eſt aliqbus/pt̃ alijs eſſe obſcurũ/ante determinationẽ eccl'ie ſpãl'r fcãm põt aliqs opinari q̃ veꝝ ſit id qḋ in ſe falſuʒ eſt ⁊ erroneũ:nec ꝑp hoc cẽſendus eſſet formal'r hereticus. Vñ ſi qs ante clarã eccleſie determinationẽ talẽ vocaret hereticũ/peccaret:primo ſuo nõ leuẽ imo grauiſſimam ſine rõnabili cauſa calũniam inferens. No.5°.

## Diuerſimodæ diuerſa dicuntur ad fidem pertinere: quibusue fidelis teneatur inuiolabiliter adhærere. Cap. IIII.

Sed aduertendũ eſt 6°/q̃ diuerſimode cõtingit aliqd ad fidẽ ꝑtinere/⁊ ab eccleſia determinatũ eſſe q̃ ad fidẽ ꝑtineat. Quedã.n.ad fidẽ ꝑtinẽt p° ⁊ ꝑ ſe/q̃.s.Th.dicit ad fidẽ directe ꝑtinere.pª.q.32.ar.5°./⁊ p°.d.33.ar.5. Sicut ſunt articuli fidei in Symbolo cõtenti/⁊ oĩa ẽt q̃ ꝑ eccleſiã ⁊ ſacra ↄcilia iã decreta ſunt ex articulis ſeq/vł illis ſic eſſe ↄnexa vt vnũ ſine altero verũ eſſe nõ poſſit.vt ſunt ea oĩa myſteria xp̃i ex qbus depẽdet oĩm hoĩm ſalus.22ᵉ.q.2.ar.5. Et his ↄ̃riũ opinari ſtatiʒ hereticũ ↄſtituit opinãtẽ. Cũ.n.hec oĩa publicata iã ſint/nõ pt̃ talis ignorantiã cauſare. Eccl'ie aũt determinationi ſtare qſqʒ tenet̃/ẽt ſi nõ videat forte quõ id qḋ credit eccleſia/in ſacris l'ris cõtineat̃/vel ex eis ſequat̃. Indirecte aũt ꝑtinent ad fidẽ ea q̃ lʒ ad fidẽ ꝑtineant/q2 nõ rõe ſʒ tñ reuelatione ſunt cognoſcibilia:adhuc tñ clarũ nõ eſt q̃ ↄ̃dictiõis pars v̾a ſit aut falſa: neqʒ talia ſunt ex quoꝝ fide p° pendeat ſalus hoĩʒ. Sicut ſunt ea de qbus non adhuc explicite determinatuʒ eſt ꝑ eccleſiã q̃ ad fidẽ ꝑtineãt/ẽt ſi de facto ſic ad fidem ꝑtineãt ⁊ ad ſacras l'ras/determinatiõeſue cõciliorꝝ cõſequant̃ q̃ ſi falſa eẽnt/ſequeret̃ error in fide.puta No.6°.



de.puta ſeq̃ret̃ hoc q̃ ſacre l'fe falſitatẽ ↄtinerẽt/aut q̃ eccl'ia falſuʒ aliqḋ vt verũ determinaſſet. Et talia qui clare nõ cognoſcit ita credẽdis eẽ neceſſario cõnexa/põt abſqʒ ꝑiculo hereſis vel pctĩ/opinari eſſe falſa/ẽt ſi in ſe (vt diximus/) v̾a ſint.aut econuerſo. maxĩe ſi nõ ꝑtinacit̃ opinioni falſe qs adhereat/ſed paratus ſit ſtare determinationi eccl'ie qñ fiet ſuper tali opinione. Qui vo̾ clare cognoſcit ↄnexionẽ illã/ ſi opinat̃ verũ eſſe id ex quo ſeq nouit falſitatẽ in fide/ꝓculdubio hereticꝰ eſt ſm̃.s.Tho.pª.q.32.ar.5ª. Si vo̾ tale qd non opinet̃:ſʒ ob fauorẽ ꝑpli vel q̃ſtus cã/aut vitãde ꝑſequutionis gr̃a/falſuʒ tale tanquã verũ predicet/peccat pctõ in ſpm̃ ſctm̃/veritateʒ fidei agnitã ĩpugnãs. Clare aũt poſſe cognoſci ab aliquo v̾itas fidei/ꝑuſq̃ʒ ẽt ꝑ eccleſiã explicite cõtigat eã determinari/nullus niſi ſtolidus aut obſtinatꝰ negaret. Alioqn nunq̃ʒ ſcti Doctores poſſent aſſerere ⁊ docere aliqd ad fidẽ neceſſario ꝑtinere/niſi poſt q̃ʒ hoc eccleſia ſpãl'r determinaſſet. qḋ eſt fatuũ dicere. Cũ potius ecõuerſo eccl'ia ipſa ſemꝑ mota ſit nouaʒ aliquã determinationẽ firmare/ꝓpt̃a q̃ a ſctis doctoribus cognouit eſſe determinatũ eã ad fidẽ ꝑtinere de qua adhuc ĩ ↄcilijs fcã nõ fuerat mẽtio ſpãlis. Qḋ induci poſſet ꝑ oẽs determinationes ſacroꝝ cõciliorꝝ in qbus fere ſemꝑ ꝑdefunctoꝝ patruʒ ſanctorum auctoritates in cõfirmationẽ v̾itatis afferunt̃. Ut ꝑcipue videre qs põt in.c.fidei.de ſum.tri.⁊ fi.cath.in 6°. Et in clem.vnica.eo.tit.⁊ ſic in alijs.

## Ad ſol.primi dubii ex dictis deſcenditur. Capitulum. V.

Modo ex ꝑdictis ad ꝓpoᵐ deſcendendo.pʒ manifeſtiſſime q̃ oẽs hoĩes ab Adaʒ ſeminal'r propagatos ↄ̃here de facto pctm̃ origi.ſm̃ Aug.ad fidei fũdamẽta ꝑtinet. Quo remoto cũ remoueat̃ xp̃m eſſe oĩm hoĩm redẽptorẽ/ſalus hoĩm ⁊ btitudo tolleret̃.⁊ ex ↄſeq̃nti ad fidẽ directe ꝑtinet. Qui.n.hoc negaret/iã ſacris l'ris/ſacriſq̃ʒ ↄcilijs ↄ̃diceret.⁊ eſſet formal'r hereticꝰ/religioni xp̃iane infeſtus/⁊ fidei apertiſſimus inimicus/iuxta v̾ba Aug. ſicut ẽt olim pellagiani fuerũt.vt ex determĩatis in q̃õne cuilibʒ põt fieri manifeſtũ. Vñ ſi Sixtus ĩ ſua extrauag.ↄ̃riũ ſentiret aut ſentiẽdũ ꝑciperet/ꝓculdubio hẽricus eẽt/⁊ ↄ̃ñr a põtificali dignitate deiectꝰ. tam quo ad deũ q̃ʒ quo ad eccleſiã: cum hec oĩa ſint ab eccl'ia iam vulgata ⁊ in ↄcilijs ſub anathematis dãnatiõe determĩata:⁊ nullũ ligaret ab eo fulmĩata ſnĩa. Sʒ neqʒ ẽt verus papa poſſet ꝑcipe/ne qs hãc ꝑdicet veritatẽ:qñ ĩminet neceſſitas fidei cõfitende vel ꝑdicãde.q2 ↄ̃riũ iubet dñs ⁊ Apl's eiꝰ.vt.s.oſtẽſum eſt. Dicit̃ ẽt.25.q.1.c.ſunt qdã.q̃ vbi apte dñs vel eiꝰ apl'i vel ſequẽtes ſancti pr̃es ſnĩal'r aliqd diffinierũt/ibi nõ nouã legẽ Romanus Põtifex dare/ſʒ potiꝰ qḋ ꝑdicatũ eſt vſqʒ ad aĩaʒ ⁊ ſanguinẽ cõfirmare dʒ.⁊ ca.ſeq.dr̃. Cõtra ſtatuta prʒ aliqd cõdere vel mutare/nec hꝰ qdẽ ſedis põt auctoritas. Eſſe ãt veritatẽ hãc q̃ oĩs a xp̃o redẽptus fuit v̾e per pctm̃ añ captiuus ab apl'is/a ſacris ↄcilijs ſanctiſqʒ doctoribus ꝑdicatã ⁊ in fide ſtabilitã.s.deductũ eſt. Beatam ẽt virginẽ fuiſſe a xp̃o redẽptã ſupponit eccl'ia ſm̃ fidẽ tenendũ. Sʒ fuiſſe a pctõ de facto ↄ̃hẽdo eo q̃ ſit mr̃ xp̃i excipiendã/lʒ in rei veritate falſum ſit ⁊ hereticũ:q2 tñ nõ eſt adhuc ꝑ eccl'iã ſpãl'r deciſum q̃ hoc expſſe ſacris l'ris ↄ̃dicat/aut concilioꝝ aduerſetur decretis:⁊ nõnulli putẽt ĩ ſacris l'ris exceptionem fieri:cũ de ea l'ral'r exponendum iudicent illud Cant.4°. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nõ eſt in te:intelligẽtes ꝑ hanc ſnĩaʒ omne prorſus peccatũ excludi:ſil'r aũt ⁊ ꝑ gr̃aʒ/qua plenã eã eſſe/fuit ab angelo ꝑconizatũ.q non cognoſceret q̃ iſta q̃ inducunt̃ ⁊ quecũqʒ ſilia/ꝑdictas expoſitiones nõ admittere/⁊ illi iã determinate veritati ſm̃ verũ ſenſum nõ aduerſari/poſſet abſqʒ labe hereſis vel pctĩ mortalis eã opinari exceptuatã ab illa vl'i ſnĩa. Qui aũt cognoſceret hoc pariter ſacris l'ris repugnare:ſi ex obſtinatione vel ſuperbia teneret oppoᵐ/ꝓculdubio ⁊ ipſe quo ad deũ hẽticus eſſet nõ minus q̃ʒ qui ante ſpecialẽ eccleſie determinationẽ olim tenebãt obſtinate qcq̃ʒ ſacre fidei cognitũ ↄ̃riari. Sicut pʒ de oĩbus hereticis añ cõdẽnationẽ eoꝝ in ſacris concilijs. Sancti.n.doctores ẽt añ talẽ expreſſam damnationẽ eos vt hereticos inſequebant̃.vt pʒ ꝑcipue de Augⁿᵒ ⁊ Hierony.qui ↄ̃ plurimos hereticos ediderũt opera ab eoꝝ impugnatione denoĩata.vt contra Fauſtũ/ↄ̃ Vigilãtiũ/ↄ̃ Julianuʒ ⁊ Celeſtium.⁊ ſic de ſilibus in qbus operibꝰ eos eſſe hẽricos patentiſſime cõſtantiſſimeqʒ aſſeuerabãt/ẽt ante factã ↄ̃ eos eccleſie determinationeʒ:imo ꝑp diſputationes illas cõgregabant̃ cõcilia in qbus dãnarent̃ hereſes ⁊ ſectatores eaꝝ. Et tũc ↄ̃dicẽtes erãt heretici nõ ſolum quo ad deũ/ſʒ ẽt quo ad eccleſiã. Et grauiꝰ fiebat infidelitatis pctm̃ qḋ prius incurrerãt:cuʒ ipſa obſtinatio in opinione erronea/mortaliſſimuʒ clandat pctm̃. Aſſerere ãt qḋ veꝝ eſt/⁊ fidei cõſentaneũ immo in eccleſia ꝑdicandũ vt ad fideʒ ꝑtinẽs.non põt ſummus Põtifex inhibere. Alias eẽt fidei inimicus/nõ defenſor. Qḋ de nullo indubitato Põtifice audeat qs effari. Vñ non põt Põtifex ꝑcipere ſimpl'r ⁊ abſolute/ne aliqs aſſerat eos qui tenẽt beatam virginẽ eſſe conceptã vel non conceptã in pctõ originali/eſſe hereticos:nec determĩare has aſſertiones oĩbus modis eſſe falſas. Sed ſolũ aliquo mõ vel ſenſu paulo inferius explicando. Quod ẽt ꝓbat̃.q2 cum iſte ſint ↄ̃dictorie:oportʒ de neceſſitate fateri q̃ altera vera ſit. Et cum hec veritas poſſit clare cognoſci ante determinationẽ ſpecialẽ eccleſie vt dictum eſt.pʒ q̃ talis qui eã cognoſcit pariter ẽt cognoſcit q̃ oppoſita falſa eſt. Põt ergo talis v̾itatẽ fidei cognitã ꝓfiteri/ſuadere/defendere:⁊ falſitatẽ oppoſitam oppugnare. Hoc eſt.n.elucidare ſapientiã dei: cui ſtatuit̃ eterna vita ꝑ premio:iuxta illud Eccleſiaſtici.24. Qui elucidãt me vitã eternã habebunt. Quõ põt igit̃ verus Papa ꝓhibere ſanctiſſima hec opera. Ad fidẽ ãt ſpectare q̃õnẽ iſtã (licet ĩdirecte: inquãtuʒ inquã dependet ⁊ infert̃ ex his q̃ ad fidem directe ſpectãt) ex ipſa ẽt extrauagãti probat̃:q2 in fine reddẽs rõnẽ quare alterã quã qſqʒ voluerit ↄ̃dictionis huius partẽ tenere poſſit/dicit. Cum nondum ſit hoc a Ro.eccl'ia ⁊ apl'ica ſede deciſum. Que rõ nulla vel futilis eſſet/niſi intẽderet q̃ ſi alteram partẽ eſſe verã eſſet per eccleſiã deciſuʒ/iam nõ poſſet qs oppoſitã ſine labe crĩs ⁊ hereſia ſubſtinere vł opinari. Qḋ tamẽ nõ eſſet verũ ſi ambe partes de ſe ĩdefferẽter ſe hẽant ad fidẽ.vt Caieta.conat̃ ꝓbare. Non enĩ deciſiones ſiunt ab eccleſia (vt tñ ſupponit Pontifex circa preſentẽ queſtionẽ eſſe fiendaʒ) niſi

de pertinentibus ad fidez. vel bonos mores directe vel indirecte. Cuz ergo pcipit Sixt⁹ pōtifex ꝙ nullus decetero audeat aſſerere ꝙ alterā partem hmōi opinionis tenēs ſit heretic⁹/ aut peccet mortaliter/ dicens hmōi aſſertiones falſas ⁊ erroneas eē/ ⁊ a veritate penitus alienas/ oportet ꝙ intēdat aſſertiōes has eſſe falſas ꝙ vz hi qui adhuc nō nouerunt que hmōi ꝯdictionis pars ſacris lr̄is aut ſacris cōcilijs repugnet/ heretici ſint vel mortale peccatuz ob hoc incurrāt. Falſe quippe parti adherēs putans eā fidei conſonā/ ſeu neſciēs eā aduerſam. nō eſt formalr̄ hereticus/ neqꝫ peccat mortalr̄: vbi nō eſt ꝑ publicā ſniaz eccleſie determinatū oppoſitū. Debent tn̄ maiores ⁊ qbus incūbit officiū pdicandi: vigilātiſſime veritatē inquirere/ quā hn̄t docere: nec ſic vni parti debēt adherere/ vt recuſent alteri⁹ rōnes videre: ne forte putātes ſe vera dicere/ pdicent hereſes. Sicut ſepe accidit paſſionibus actis potius qꝫ ſapiētibus in dānum aīe tam ſue qꝫ alioꝝ. Intēdit ēt Pōtifex per illā extrauag. obuiare ſcandalis q̄ oriebant̄ ⁊ ſequebant̄ ex pdicantiū quorūdā imprudētia: qui putantes deo ſacrificiū offerre/ in publicis ſermonib⁹ dicebāt hereticos eos qui ꝯdictiones illi⁹ parti negatiue adherebant: et ꝙ impiū erat ſic opinari/ aut ſic opinantib⁹ fauere vel cōſentire. Male. n. agebāt illi pdicatores/ cū neſcirēt eos eſſe obſtinatos q partem illā negatiuā tuebant̄. Obſtinati aūt ſoli in his q̄ ſunt ꝯ fidē nō publicataz ſunt vocādi heretici. In publicata enim fide/ ēt dubius/ infidelis eſt.

## Data Solutio multipliciter defenditur. Capitulum. VI.

obiectio Sed forte dicet aliquis ꝙ hi videantur obſtinati: quia contra promulgatā fidez in ſacris litteris: in ſacris concilijs: ⁊ per omnes ſanctos doctores/ opinantur atqꝫ loquūtur. vt. ſ. deductū eſt.

Reſponſio. ¶ Sed reſpondetur ꝙ non oēs cognoſcunt ꝙ in ſacris litteris ⁊ determinationibus conciliorum contineatur hec veritas in ſpāli. b. V. eſt concepta in pctō orig. cū non cōtineat̄ in eis formalr̄ ſub pdictis aut ſimilib⁹ verbis/ ſꝫ ſolū virtualr̄. Sanctos aūt doctores nullus tenet̄ ſic extimare nō erraſſe ꝙ oppoſitum ſentire faciat hoīez hereticū/ niſi forte in his in qbus eoꝝ doctrina eſſet per eccleſiā approbata/ q̄ ēt approbatio nota eſſet.

obiectio ¶ Forte ēt aliqs dicet ꝙ cum Pōtifex ille fuerit ordinis minoꝝ ⁊ vir ſapientiſſimus/ ⁊ illi⁹ opinionis cū eſſet in minoribus acerrimus defenſor (vt dicit̄) extimandū eſt in extrauag. habuiſſe ſenſum quē hn̄t cōiter opinionē illam pdicantes aut defendētes/ ꝙ vz opinionē illā tenēs/ hereticus nō ſit ēt materialr̄. ⁊ qui ꝯriū ꝯnr̄ nunc aſſereret/ videret̄ ligari cenſura extrauag. illi⁹.

Reſponſio pª. ¶ Reſpondet̄ p⁹ ꝙ hoc nō pōt eſſe verū quantū ptendūt verba ei⁹. Alias ſequeret̄ ꝯdictio: qꝛ de vtraqꝫ pte ꝯdictionis ꝓhibitionē illā facit. Opꝫ aūt alterā partem ꝯdictionis eſſe mālr̄ hereticā. vt. ſ. monſtratuz eſt. Unde ꝓhibitio illa nō indicat oppoſitā ꝓhibite partis nō eſſe hereticā materialr̄. Scdo rn̄det̄ ꝙ cū eccleſia regat̄ a ſpū ſctō in ſuis determinationibus/ eius caput vt Vicari⁹ xp̄i ⁊ vt caput eccl'ie eſt/ non pōt errare circa fidē ⁊ bonos mores: qꝛ tn̄ adhuc eſt in via/ pōt ipſe Pōtifex errare/ vt ſingularis perſona/ ⁊ ēt vt doctor. Qn̄ tn̄ ab aliquo taliter errante lr̄e decretales emanerēt/ ⁊ ꝯnr̄ vt a Pontifice/ q̄ tn̄ ſenſum pferrent a veritate deuiū/ debēt pie interpretari ſm aliquē ſenſum verum/ qualē ſemper admittunt. Sic diſponente ſpiritu ſancto. Suppoſito igitur ꝙ Pontifex ille eandem etiam vt doctor haberet opinionez quam credit̄ habuiſſe in minoribus: tn̄ in extrauag. non aliū ſenſum accipe debem⁹/ niſi quē poſtulat ſpūſſanctus: quo inſpirāte (vt dictum eſt) tales emanāt a Pōtifice lr̄e vt Pōtifex eſt ⁊ caput eccl'ie. Suadet. n. ⁊ vult ſpūs ſanctus/ vt nō niſi verū ſenſum quo nunqꝫ deſtituunt̄ diffinitiones eccleſiaſtice accipiamus/ ēt ſi qn̄qꝫ videant̄ aliū īportare. Qd̄ in ꝓpoſito non ſolū fieri cōgruū dicimus/ verū etiā ex litteraꝝ ipſaꝝ tenore neceſſariuz. vt deduximus. Si. n. dānaret alterā opinionē vt hereticam. iam eſſet ꝑ eccleſiā deciſuz ꝙ eā ſectantes eēnt heretici ⁊ peccarēt mortalr̄. vt pꝫ. Qd̄ tn̄ nō ſequit̄ per dānationē cuius vis doctoris. qn̄qꝫ rōnib⁹ ⁊ auctoritatibus dānationē ſuā inuicte cōfirmaret. Mouere tn̄ dꝫ eccleſia/ cognitā veritatē tandē per ſniaz credendā pplo publicare/ ⁊ tn̄ ſcandalū a ſe remouere. Quāto magis acceptare dꝫ decretaliū literarū expoſitionē ⁊ ad ſanū quē/ etiā continēt (lꝫ qn̄qꝫ latenter) ſenſuz reductionē. Si. n. ſacras lr̄as licet exponere ⁊ regulas fidei gloſare/ ⁊ ad rectū ſenſum reducere qn̄ videant̄ literalr̄ alienuz pferre: multo magis decretales lr̄as licebit vt fidei conſonas ⁊ ſacris cōcilijs cōcordes exponere. Dicit xp̄s Jo. 14°. Pat̄ maior me eſt. exponit̄/ ſm humanitatē. Hereticū. n. eſſet dicere. ſm diuinitatē. Dicit regula fidei quam ponit Aug⁹ i lib° de fide ad Petrū/ ꝙ pueri q ſine Baptiſmo decedūt/ ignis eterno ſupplicio puniūtur. exponit̄ ꝙ ſuppliciū nō noīat in auctoritate penam ſenſibilē/ ſed ſolū penā dāni q̄ eſt carentia diuine viſiōis. vt pꝫ ꝑ. s. Tho. 2°. d. 33. q. 2ª. ar. p°. ad pm̄. Sicut ignis ēt noīe frequēter in ſcriptura qlibet pena figurari cōſueuit. vt. ĩ. plixius declarabit̄. Nō ſit igit̄. quin ēt a maiori ꝯnr̄ verba extrauagātis illius exponi. Unde dr̄ ꝙ loquit̄ de aſſerentibus eos qui tenent alterā partē ꝯdictionis pdicte/ eſſe formalr̄ hereticos: non aūt de his q tenēt eos materialr̄ tn̄ eſſe hereticos: cū primi ſoli dicant̄ ꝓprie heretici/ nō ſecūdi: qui ēt nec mortalr̄ peccant. imo poſſent mereri: non qꝛ falſum teneāt aut fidei ꝯriū: ſed qꝛ putant eſſe verū ⁊ piuz. ⁊ ſi ſcirēt oppoſitū/ ab opinione illa reſilirēt. Nec pōt obijci ꝙ eis veritas declarat̄: quia multi nō ītelligūt vim declarationū: nec tenent̄ credere oībus declaratorib⁹ ſed ſoli determinationi eccleſie: q̄ licet in ꝓpoſito ſit/ nō quidē in ſe ſed in ſuis principijs: non tn̄ eſt clarū oībus ꝙ in illis pricipijs cōcludat̄/ ⁊ ex eis inferat̄ quo ad hanc ſniaz Uirgo Maria eſt cōcepta cum pctō originali formalr̄ ⁊ de facto. Et eo ēt magis excuſant̄ tales qbus nō eſt clara veritas qn̄ videāt multos reputatiōe cōi doctos viros/ idipm ſecuz ſentire. Si qs ergo diceret tales eſſe hereticos/ falſum diceret/ ⁊ eſſet ꝑ extrauag. illā excōicatus. Secus qui diceret opinionē eſſe in ſe hereticā. Hoc. n. non ſubeſt ptāti Pape. vt que heretica eſt opinio/ faciat ſua voluntate nō hereticā. Nec ꝓhibere pōt quin veritatē agnitā declarent ſapientes. imo peccaret grauiſſime ſi pdictis modis veritati ſe opponeret. Neqꝫ. n. hoc fecit aut faciet vnqꝫ bonus quiuis Pontifex Summus.



## Quæ fuerit mens Pontificis Sixti circa principale propoſitum, inueſtigatur. Capitulum. VII.

De Pontifice autez illo/ quid ſenſerit etiam vt doctor/ ignorat̄. Quantum tn̄ a fidedignis accepi/ nō ſic fuit illi opinioni additus/ quin ēt plurimū de oppoſita dubitauerit. Qd̄ quidez ex aliquibus ſignis dinoſcitur. Primo quidem qꝛ cum quidam (vt fert̄) illum excitarent/ vt factus iā papa ꝯ ordinē noſtrum nōnulla ꝯſtitueret/ q̄ ſibi forte dū eſſet in minorib⁹/ erāt ī aīo. Rn̄dit. Nolumus. Et ad obiectionē/ dixit. Tūc erā frater Minor. nunc aūt ſum pr̄ etiam pdicatorum/ ⁊ ipſi filij mei. Cum vō excitarent eū vt quoſdam libros de hac mā editos/ ſimplr̄ dānaret ⁊ comburendos mādaret. Rn̄dit. Nolumus. qꝛ cōbureremus dicta ſanctoꝝ. Neqꝫ. n. fratres pdicatores niſi ſuper ſacre ſcripture ⁊ ſanctoꝝ doctorū auctoritates fundātur. Et cuz demū excitarent eū/ vt determinaret partē negatiuā ꝯdictionis iſtius/ rn̄dit. Non poſſumus. qꝛ ſcti Doctores ꝯdicunt. Et cū vix obtinuiſſent poſt indulgentias ⁊ permiſſionē officij de conceptione b. virginis/ preceptū ne vocarent̄ heretici/ vt prius cōtingebat pp auctoritates ſanctoꝝ dicentiū eos eſſe hereticos ⁊ fidei xp̄iane inimicos qui carnē pueroꝝ carni xp̄i adequant in puritate/ eo mō quo ſequit̄ ad dicentes ꝙ pueri nō ꝯhunt originale peccatū. ⁊ extrauagantē de qua ſermo eſt/ eidē cōfirmādam pn̄taſſent/ eā duz plegiſſet/ manu propria/ mota tunc a ſpū ſancto/ addidit que hn̄t in calce extrauagantis. vz. Itē motu/ ſciā ⁊ auctoritate ſimilibus ſimili pene ac cenſure ſubijcientes eos q auſi fuerint aſſerere ꝯriā opinionē tenentes/ vz glorioſam virginem Mariā cū originali culpa fuiſſe conceptā/ hereſis crimē vel mortale pctm̄ incurrere. cū nonduz ſit hoc a Ro. eccleſia ⁊ ap'lica ſede deciſum. hec Pontifex. Ex qbus oībus apparet Pontificē illum ſuper hac ꝯdictione fuiſſe ambiguū. Si. n. ꝓ certo tenuiſſet negatiuā eſſe veraz/ proculdubio ꝓ honore b. virginis/ ⁊ ſui ordinis qui hāc opinionē pre alijs videt̄ velle tueri/ determinaſſet eā eſſe verā/ ⁊ ab oībus pdicandā. Sed non poſſe hoc ſe facere cognoſcēs/ fecit omne qd̄ iuſtificari poterat ī aliquo ſenſu. vt dictuz eſt. ¶ Sic ergo pꝫ id qd̄ principalr̄ intēdimus/ motiuū inquā hoc qd̄ eſt ēt Caietani/ nullū eſſe: eo ꝙ ea ēt q ad fidē ſpectāt/ ante exp̄ſſaz determinationem eccleſie pn̄t abſqꝫ periculo hereſis vel pctī affirmari ⁊ negari. dūmō abſit ſm. s. Tho. pª. vbi. ſ. certa noticia/ vl' obſtinatio: ⁊ paratus ſit ſic opinās ſtare determinatiōi eccl'ie. Sicut Damaſcenus abſqꝫ labe hēſis vel pctī (vt a Theologis defendit̄) tenuit ſpm̄ ſanctū nō ꝓcedere a filio. qd̄ qui nūc aſſereret/ eſſet formaliter hereticus. eo ꝙ poſt tpa Damaſceni determinatū eſt in ſacro cōcilio/ hoc eſſe falſum/ fideiqꝫ ꝯrium. Erat tn̄ ante tpa Damaſceni illa veritas determinata virtualr̄ non ſolū in concilio/ ſed ēt in euangelio. dū aſſerit̄ in eo ꝙ ſpūſſctūs ꝓcedit a patre. Ex hoc. n. ſequit̄ ſtatiz ꝙ ꝓcedat a filio/ ſub ſumpta vna ꝓpoſitione in fide veriſſima/ ꝙ vz qcquid vni perſonaꝝ diuinarū ꝯuenit/ cōuenit ⁊ alteri/ niſi repugnet relationi reali ꝑ quā hec ab illa diſtinguit̄. Sed qꝛ hec ꝓpoſitio nō erat oībus ante determinationē eccleſie nota/ iō poterat ab ignorantibus eā/ hoc ipm ēt ignorari ꝙ ſpūs ſanctus a filio ꝓcederet: nec peccabat aut hereticus erat oppoſitam hereſim putās veritatē. Sic in ꝓpoſito/ nō eſt hereticus qs aut pctōr ex hoc ꝙ tenet beatā virginem eſſe conceptā ſine peccato originali: quāuis ſit hoc virtualr̄ ab eccl'ia determinatā eſſe falſuz. vbi determinat̄ ab eccl'ia ꝙ nullus alius a xp̄o pt̄ dici redēptus niſi qui vere ꝑ pctm̄ fuit an̄ captiu⁹. aut ꝙ mors eſt pena pctī. ex qbus ſequit̄ ꝙ oīs ſeminalr̄ ꝓpagatus ab Adam ꝯxit de facto orig. pec. ⁊ ꝯnr̄ ꝙ btā virgo ꝯxit de facto pec. orig. lꝫ non oībus iſta ꝯn̄a nota ſit/ aut ēt credita: dū nonnulli putāt ſacris in lr̄is exceptā eſſe beatā virginē. Unde pōt ab ignorātibus ſine piculo hereſis vel pctī mortalis hoc teneri. Secus de illuminatis/ ⁊ tn̄ pp paſſionem vel obſtinationem claudentib⁹ inſpectiuas virtutes/ ⁊ lumini ꝯdicētib⁹/ aut ēt pliū indicētib⁹. Ue aūt talibus ve.

## Intentio Pontificis in extrauagan. Graue nimis. Cap. VIII.

Motiuum aūt Pontificis in extrauagā. pdicta tactū/ ex eo inquam ꝙ etiā Romana eccleſia mō celebrat feſtum cōceptionis. propriumqꝫ de ea officiuz ordinauit non probat alteram partem contradictionis eſſe veram: ſꝫ ſolum hoc inducit ꝙ ſcādaloſa ſit in populo pdicatio ꝙ tenētes in pctō non ꝯceptā virginē ſint heretici: ⁊ peccent mortalr̄. ⁊ ꝙ iſte aſſertiones falſe ſint. Qd̄ interpretandū eſt de heretico formalr̄ dicto. Hāc. n. intentionē habebāt illi pdicantes/ cū ſoli tales abſolute dicant̄ heretici et mortalr̄ peccēt. ſecus per oīa de eo qui materialr̄ ſolū hereticus eſt. qui. ſ. lꝫ falſitatem in fide teneat: nō tn̄ adhuc dānatā per exp̄ſſam eccl'ie determinationē: neqꝫ cum obſtinatione. vt in ꝓpoſito. Ut aūt hoc clarius manifeſtet̄. tenorem pfate extrauagātis hic inſerendū ex verbo duxi. qui talis eſt. Graue nimis gerimus ⁊ moleſtū cum ſiniſtra nobis de qbuſdam eccleſiaſticis pſonis referuntur. Sed in eorū qui ad euangelizandū verbuz dei ſunt deputati exceſſibus predicando ꝯmiſſis eo grauius prouocamur quo illi periculoſius remanēt incorrecti: cū facile deleri nequeant qui multoꝝ cordibus ſic publice pdicando diffuſius ⁊ dānabilius imprimunt̄ errores. Sane cū Sancta Ro. eccleſia de intemerate ſempqꝫ virginis Marie cōceptione publice feſtū ſolenniter celebret: ⁊ ſpāle ac propriuz ſup hoc offm̄ ordinauerit: nōnulli (vt accepimus) diuerſoꝝ ordinū predicatores in ſuis ſermonibus ad populū publice ꝑ diuerſas ciuitates ⁊ terras affirmare hactenus nō erubuerunt: ⁊ quotidie pdicare non ceſſant oēs illos qui tenēt aut aſſerūt eandē glorioſam ⁊ immaculatā dei genitricē abſqꝫ originalis peccati macula fuiſſe cōceptā/ mortalr̄ peccare vel eſſe hereticos. eiuſdē īmaculate conceptionis officiuz celebrantes audientesqꝫ ſermones illoꝝ qui eā ſine huiuſmodi macula cōceptā eſſe affirmant/ peccare grauiter. Sed ⁊ pfatis predicationibus nō cōtenti/ confectos ſup his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt: ex quoꝝ aſſertionibus ⁊ pdicationib⁹ nō leuia ſcandala in mētibus fidelium exhorta ſunt/ ⁊ maiora merito exoriri formidant̄ in dies. Nos igit̄

hmõi temerarijs auſibus ⁊ pueꝛſis aſſertionibus ac ſcandaloſis q̄ exinde in eccleſia dei exoꝛiri pñt/quã-tum nobis ex alto concedit obuiare volentes/motu pꝛopꝛio nõ ad alicui⁹ nobis oblate petitionis inſtã-tiam/ſed de nr̃a mera deliberatione ⁊ certa ſcientia hmõi aſſertiones pꝛedicatoꝝ eoꝛũdem ⁊ alioꝝ quo-rulibet/qui affirmare pſumerent eos qui crederent aut tenerẽt candẽ dei genitricẽ ab oꝛiginalis pecca-ti macula in ſua cõceptione pſeruatã fuiſſe/ꝓpter-ea alicuius hereſis labe pollutos foꝛe/vl̃ moꝛtaliter peccare. aut hmõi officiũ cõceptionis celebrãtes ſeu hmõi ſermones audientes alicuius peccati reatum incurrere. vt poteſ falſas ⁊ erroneas/⁊ a veritate pe-nitus alienas: editoſq̄ꝫ deſup libꝛos pdictos id con-tinentes/quo ad hoc auctoꝛitate ap̃lica tenoꝛe pſen-tium repꝛobamus ⁊ damnamus. Ac motu ſcĩa ⁊ au-ctoꝛitate pdictis ſtatuimus ⁊ oꝛdinamus ꝙ pdica-toꝛes verbi dei/⁊ quicũq̄ꝫ alij cuiuſcũq̄ꝫ ſtatus gra-dus aut oꝛdinis ac conditionis fuerint/q de cetero auſu temerario pſumpſerit in eoꝛuꝫ ſermonibus ad populũ ſeu alias qũolibet affirmare hmõi ſic ꝑ nos impꝛobatas ⁊ dãnatas aſſertiones veras eſſe/aut di-ctos libꝛos pꝛo veris legere tenere vel hr̃e/poſtquã de pſentibus ſcientiã habuerũt/excõicationis ſniaꝫ eoipſo incurrãt: a qua ab alio q̃ꝫ a Roma. Pontifi-ce niſi in moꝛtis articulo/nequeãt abſolutionis bñ-ficiũ obtinere. Itẽ motu ſcĩa ⁊ auctoꝛitate ſimilib⁹/ ſimili pene ac cẽſure ſubijcientes eos qui auſi fuerit aſſerere contrariã opinionẽ tenentes vꝫ glorioſam virginẽ Mariã cum oꝛiginali pctõ fuiſſe cõceptaꝫ/ hereſis crimen vel pcm̃ incurrere moꝛtale/cũ non-dum ſit a Roma. eccleſia ⁊ apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus ⁊c.

## Vnde proceſsit celebratio officii de conceptione. Cap. IX.

Ut aũt ſciat non ſolũ ex intẽtione pfati Põtificis. vt pꝛobatũ eſt: ſed ẽt ex inſtõne ipſius feſti nõ poſſe inferri alterã ꝯdictionis parteꝫ eſſe veram. eſt aduertendũ ꝙ olim eccleſia non cele-bꝛabat feſtũ natiuitatis bt̃e Uirginis. Sꝫ diuina re-uelatione viro ſancto ⁊ valde contẽplationi dedito noĩe Sanctulo facta: Summus Põtifex habita di-ligenti inq̄ſitione de certitudine diei/feſtũ inſtituit ob ſanctificationẽ quã pꝛo certo credit eccl̃ia in vte-ro matris factã. non minus imo magis q̃ꝫ de Ioãne Baptiſta cui⁹ ẽt natiuitatis dies celebꝛis habet ea-dem cã ſanctificationis eius in vtero facte/vt ſcri-pture teſtimonio cõpꝛobat. Eſſe aũt in ſanctitate cõ-ceptã b. virginẽ/cũ non cõuincat rõnibus nec ex ſa-cris lr̃is ſm ſanctoꝝ expoſitionẽ habeat: ſed potius inuicte cõcludat oppoſitũ. vt ſuperius viſum eſt. nõ debet aliquẽ mouere quecũq̄ꝫ reuelatio iducat. Et pꝛecipue cum pſona ipſa cui facta reuelatio fert/de-ſcribat infamis ⁊ male vite fuiſſe: ⁊ res ipa reuelata magnũ cauſauerit in eccl̃ia ſcandalũ pp Doctoꝛes ſanctos ꝯdicentes ex intentione ſacre ſcripture ⁊ ſa-croꝛum conciliorũ. Unde potius timendũ fuit ⁊ pꝛo certo tenendũ ꝙ ab angelo Sathane q ſe transfigu-rat in angelũ lucis/vt fideles ſub ſpecie ſctitatis de-ciperet/deceptio iſta pceſſerit. Magis autẽ vt inter ipſos fideles diſſidiũ grauiſſimũ cauſaret ⁊ ꝯ bonos religioſos ⁊ fidei ſctẽ Pugiles inuictiſſimos/perſe-quutiões grauiſſimas excitaret: gauiſus eſt ipſe Sa-thanas ⁊ cõtinue gaudet atq̄ꝫ molit. De q̃ tñ tribu-latiõe nõ q̃rẽtes q̃ ſua ſunt ſed q̃ Ieſu xp̄i/poti⁹ gau-dẽt ⁊ deo gr̃as agũt ꝙ ꝓ noĩe ei⁹ q veritas eſt/pꝛoq̄ꝫ fide catholica defenſanda/mereant ꝯtumelias pati: ⁊ varias afflictiones incurrere. Neq̄ꝫ deeſt ipſe deus fideliſſimis ſeruis ſuis faciẽs ⁊ in h mũdo cũ tẽtatio-ne pꝛouentũ. ⁊ in futura vita repꝛomiſſam ac para-tam coꝛonã ſeruans. Sed diabolus nihil aliud inq̄-ſiuit ex hoc a ſe cauſato diſſidio niſi vt ſeq̃rent infi-nita ſcandala ſicut factũ eſt. Sue aũt pꝛefate ſcanda-loꝛuꝫ parenti reuelationi ſe ꝓtinus oppoſuere ſctiſ-ſimi eccleſie doctoꝛes ⁊ pcipue Bernardus declarãs eidẽ nullatenus adhibendã fuiſſe fidẽ: ⁊ deteſtãs fe-ſtum eiuſdẽ reuelationis afferte gr̃a inchoatũ in ec-cleſia Lugduñ. cuius canonicos ep̃la gl̃ioſa ſup hoc edita nõ minus ſapiẽter q̃ꝫ accerrime coꝛripuit. In-ualeſcente tñ diabolo/mouẽteq̄ꝫ nõnullos nouitatũ amatoꝛes/vt pplm ſub deuotionis ad b. v. ſpecie in-clinarent hãc celebꝛare feſtiuitatẽ/inualuit mos iſte ꝑ multas eccl̃ias. Ne aũt foꝛte ppl̃s ex hoc feſto pu-taret b. v. in ſanctitate cõceptaꝫ/ qõ ipſi falſum eſſe pꝛedicabant. ⁊ nihilominus oꝛiretur magnum in in eccleſia ſcandalum ſi pꝛedicte celebꝛationi ſe op-ponerent vlterius verbo publico vel ſcriptura ſcti Doctoꝛes qui per illa tẽpoꝛa floꝛuerunt. S. inquaꝫ Th. S. Bonauẽtura/ ⁊ ceteri illuſtres Theologi: de-clararunt ꝙ nõ pp appꝛobandã ſanctitatẽ cõceptio-nis bt̃e. U. eſt hoc feſtum vllo modo celebꝛandum: cum in peccato oꝛiginali cõcepta ſit: ſed ſicubi cele-celebꝛat/referendũ hoc eſt ad ſanctificationẽ citiſſi-me fctãꝫ poſt aĩationẽ/⁊ ad perſonã ſanctificatã. Et nõnulli dicũt eſſe feſtũ potius gr̃arũ actionis pꝛo tã excellẽti futura pſona mũdo donata/q̃ꝫ feſtuꝫ cuiuſ-cũq̄ꝫ ſanctitatis. Uideat. s. Tho. in qõlꝫ. 6. q. 7. Bo-nauẽtura in 3°. d. 3ª. ⁊ plures alij. Cepit autem ec-cleſia Romana de ſanctificatione beate. U. feſtũ ce-lebꝛare/vt multi doctoꝛes referũt/⁊ pcipue Aluar⁹ Ep̃s hyſpanus oꝛdinis minoꝝ. ⁊ ſic vſq̄ꝫ ad tp̃a cu-iuſdã Põtificis (nõ tñ indubitati) q: tp̃e ſciſmatis magne qñ tres ſedebãt q̃ſi Pontifices ſummi. Bñ-dictus inquã 13ª. qui depoſit⁹ poſtea fuit/⁊ obijt ſciſ-maticus excõicatus ⁊ anathematizatus. Gregoꝛi⁹ 12. qui papatui ꝑ ſuũ ꝓcuratoꝛẽ ceſſit in cõcilio con-ſtantieñ. ⁊ Alex. q̄ntus in cõciliabulo quodã Piſis celebꝛato creatus/alijs duobus renitẽtibus ⁊c. feſtũ de ſanctificatione bt̃e. v. ⁊ nõ de cõceptione celebꝛa-tum eſt. Quia vero pfatus Alexãder fauebat vt do-ctoꝛ pfate opinioni aduerſe. potuit in curia eius no-minati poſtmodũ Põtificis feſtũ celebꝛari eiuſdem gr̃a: cũ poſſet ẽt iuſtificari pp ſupꝛadictas cãs a pfa-tis ſctis doctoꝛibus ⁊ Theologis aſſignatas/ ẽt ſi b. virgo nõ fuit ſctã cõcepta. Et ex tũc in Curia etiaꝫ Romana feſtũ hoc ſolẽnizari cepit/ita tñ ꝙ ẽt orõ de ſctificatione b. v. (vt audiui) in miſſa diceret. Ex his põt oĩbus eſſe cõpertũ ꝙ cum reuelatio illa aut quecũq̄ꝫ alia nõ fuerit auctẽtica. nec celebꝛatio feſti pꝛopter ſanctã conceptioneꝫ introducta in eccleſia Romana. non põt ex ea/nec ex oꝛdinato officio in-ferri b. U. eſſe in ſanctitate conceptam.

## Recapitulatio totius datæ ſolutionis. Capitulum. X.

Redeundo igitur ad arg^m pꝛedictuꝫ di-citur ꝙ per extrauag. pꝛedi-ctam non habet ꝙ materia qõnis huius ad fidẽ non pertineat/ſed poti⁹ habet oppoſitũ. vt inductũ eſt. Nec per illaꝫ ẽt pꝛohibetur quiſq̄ꝫ ne poſſit aſſerere vel ꝓbare verbo vel ſcripto poſitionẽ illam q̃ ſacris lr̃is ⁊ determinationi cõcilioꝝ ſaltẽ indirecte vel re-ductiue cõtrariat/ eſſe hereticã. imo quilꝫ Ieſu xp̄i ſeruus ad hoc ipm omni ſtudio conari dꝫ/ vt ex hoc tandẽ moueat ſummus Pontifex facere qõ tenet: ac veritatẽ a ſanctis patrib⁹ pdicatã determinãdo/ tantũ diſſidiũ de gremio eccl̃ie per ſniaꝫ diffinitiuaꝫ auferre. Sed ſolũ ꝓhibent oẽs per illã extrauag. ne auſu temerario dicãt quẽq̄ꝫ eſſe hereticũ vel pecca-re moꝛtal̃r qui hanc vel illã partem ſine obſtinatiõe tenuerit. Si. n. illud p^m eſſet inhibitũ: ſequeretur ꝙ oẽs ſancti ⁊ Illuſtres Doctoꝛes/qui tenuerũt ⁊ pu-blice docuerunt alterã partẽ eſſe hereticã/ſic aſſerẽ-do vl̃ determinãdo/feciſſent id ex quo iuſte mererẽ-tur innodari vinculo excõicationis papalis. qõ non niſi pſumptuoſiſſimus audeat effari. Unde pꝫ ꝙ nõ habẽt aduerſarij ⁊ pcipue Caietanus pꝛopoſitũ ſuũ: ⁊ ꝙ nõ obſtante pdicta extrauag. firmiter tenenduꝫ eſt ſm fidẽ catholicam qõ ſancti oẽs eccleſie docto-res de hac materia loquẽtes affirmant: ⁊ Auguſti-nus pꝛe ceteris apte ꝓloquit in libꝛo de fide ad Pe-trum ꝙ oĩs vtriuſq̄ꝫ ſexus ꝓpagatus ab Adã ſm rõnẽ ſeminalem: naſcat in vtero filius ire ꝓpter pec-catum oꝛiginale qõ actu incurrit. ⁊ non ſoluꝫ ꝙ ex ipſa ſua gñatione ſit pctõ obnoxius: ad ſenſum pim-pugnatũ opinantis. vt clariſſime. s. deductum eſt. Quis ẽt ꝓhibere põt qn pꝛo plena infoꝛmatione ſe-dis ap̃lice vel cõcilij/ſingule partes pducãt rõnes ⁊ inferãt quaſcũq̄ꝫ cõcluſiones opinioni ꝓpꝛie fauen-tes. Qui. n. determinationẽ qõnis expectãt ab ap̃li-ca ſede ſup aliq̃ qõne: tñ ſe nõ niſi diſputatiue pce-dere q̄cqd in fauoꝛẽ partis ꝓtulerũt ꝓteſtant. Et id ap̃lice ſedi nedũ gratiſſimũ nemo dubitet/veruꝫ ẽt ab ea pcibus (vt ita dixerim) exq̄ſitũ ⁊ viris doctis ſpecialiter demandatum.

## Secundum argumentum ſupra factum ſoluitur. Cap. XI.

ſuborientis cāmam amputare. Quod feciſſent vtiqꝫ facile/ ſi ↄtrouerſia hec de ↄceptione beate virginis inter chriſtianos deſeuiens/ per eccleſiaſticā ſanctionē fuiſſet e medio ſublata. Et ſi cum hoc inhibituꝫ eſſet oībus ne de cetero quicqꝫ ſiue ꝑdicando/ ſiue legēdo ſiue quolibet alr̄ affirmando in mediuꝫ vllus auderet afferre qꝺ doctrine ſanctoꝝ aduerſaret᷑. vbi preſertim determinant de ꝑtinentibus ad fidem catholicaꝫ. Huius nāqꝫ ſue ꝑuerſitatis ⁊ audacie peſſime vir hic ſceleſtiſſimus ſumpſit occaſionē ex alioꝝ inſanijs qui noſtris tꝑibus vt vnam opinionē/ ſanctorum doctrinis manifeſte ↄtrariam/ ipſi defenderent/ in tantam ꝓrupere vexaniā/ vt ipſis ēt ſanctis ſeipſos publice coequarent dicentes. Et quiſnā fuit Aug. qui dicit beatam virginē eſſe cōceptam in originali peccato? Hō fuit/ vt ego ſum. Doctor eccleſie fuit. ⁊ ego ſum doctor eccleſie. Sed Martinus iam ſuper omnes doctores eccleſie ſummoſqꝫ pōtifices ſe extulit/ eorūdem ſanctiſſima ↄſtituta igne etiā materiali publice a ſe predānata cōburens: ⁊ oſtēdens ſe tanqꝫ ſit deus habens oīum poteſtatē: oībus legem libertatis ſolā reliquit. Predictis aūt ſermonibus peſſimo viro huic viam ſternentibus vtebantur ſuperbi illi/ vt populis ſuaderent ita ſibi fore credendum ⁊ adherendum vt Aug. vel Thome/ ⁊ ſic de alijs: vt ſic anſa prebeat᷑ doctoribus in theologia ↄtra doctrinā ſanctoꝝ ſacras lr̄as exponere/ quinimo peruertere: ꝓprias phantaſias imo errores ⁊ hereſes diſſeminare. Sed ceptā ſequantur cōparationē/ dicatqꝫ ſuperbus ille/ ⁊ quiſuis alius ei ſimilis. Aug. fuit amicus dei. ego vero diaboli. qui (vt dr̄ Job 40.) caput eſt ſup oēs filios ſuperbie. quoꝝ ego primatū teneo. Dicat hic gehenne filius: Augu. fuit ſanctiſſimus: ego ſceleſtiſſimus. Cum. n. ſuperbia ſit radix omniū maloꝝ. Eccleſiaſtici. 10. validiſſimo argumēto deduci pōt ꝙ oīs ſuperbus/ vitijs ēt ceteris ſit infectus. Dicat ēt. Aug. fuit a deo illuminatus: ego a diabolo ſum obtenebratus. In maliuolā. n. animam non introibit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sapiē. 1. Iſti ergo ſuperbi cū habeant animam oī malitia deturpataꝫ/ corpuſqꝫ pro voto illis deſeruiat ad peccandū/ non poſſunt vera ſapientia illuſtrari. Unde neceſſarium eſt omni xp̄iano/ vt ab horū ſermonibus non ſecus ac a diaboli laqueis fugiat. Alij aūt predictis ſceleſtiores/ adeo debacchātur in ſanctos/ vt non ſolum eoꝝ doctrinam cōtemptibilē reddere/ verū etiam ſanctitatē funditus abolere moliant᷑. imo notam maxime iniqtatis ac ſceleritatis audent eis (vt. ſ. etiaꝫ induximus) inurere/ vt dicere publiceqꝫ ꝑdicare non cōfundant᷑ quin ēt publica multiplicíqꝫ libroꝝ impreſſione afferant/ ⁊ perſuadere nō timeant/ ſanctos oēs antiquos doctores qui dixerunt beatiſſimā virginē in originali peccato eſſe cōceptam/ ſimiles meritoqꝫ cōparandos in facinore ſenib' illis ſceleſtiſſimis qui caſtiſſimā Suſannam primo proſtituere: inde infamia peſſima cōmaculare/ ⁊ demū iniuſtiſſimo ſuo iudicio dānatam occidere/ ſatagerunt. O deus meus. quāta nam patientia hoſtes hos tuos cruentiſſimos punire differs ad tēpus/ vt vel ſic ad pn̄iam inuitentur. O eccleſia cur tantuꝫ facinus/ tam graue ſcelus ↄ patres ⁊ paſtores tuos/ quorū doctrina fulges vt ſole luna/ diſſimulas in animaꝝ perditionē? His nāqꝫ maledictis aſſertionibus ſic in cordibus populoꝝ preualuit contemptus ſanctoꝝ/ vt iam nullus primeſcat eoꝝ doctrinis atqꝫ mandatis ↄdicere verbis ⁊ factis. Jam ſtratam ſcopiſqꝫ mundatā inuenit diabolus domuꝫ quā inhabitet. Jam Martinus hic hereticoꝝ oīum nequiſſim' viam hꝫ vnde hoīum mentē vacillantē/ erroribus ⁊ hereſibus quaſi cathenis diabolicis alligatā in tartara trahat. Quā ruinam cuꝫ attendere dignati fuerint ſummi pontifices/ ſuper hec magis āmodo inuigilabunt/ ꝓuidentes ne ſcti doctores publicis ſcriptis vel ſermonibus calūniam patiantur/ quaſi falſa docuerint ⁊ a doctrina xp̄i ⁊ euāgelio deuiauerint: vt nōnulli nunc publice ꝑſuadere conantur/ quaſi ipſi ſoli euangelici ⁊ paulini (vt eorū vtar verbis) inueniant᷑. Hanc quoqꝫ ruinā cum ꝓſpexerint ſancti ꝑdicatores/ ac deū timentes veri xp̄iani/ auxiliū pro viribus ferre conent᷑: ſctōs cōmendent: honorabiles ⁊ reuerendos in ↄſpectu ppl'i ꝓponant: eorūqꝫ doctrinā vt diuinitus inſpiratā/ ↄplectēdā ⁊ defenſandā ꝑdicēt ⁊ obſeruēt. Qꝺ dn̄s ſua miſericordia elargiri dignet᷑ fidelib' ſuis. q viuit ⁊ regnat in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amen. Et hec de 5° principali.

# Pars Sexta.

## Auguſtinus in prædeterminate veritatis teſtem, primus inducitur. Cap. I.

6m principale.

Nunc aūt liberi determinate veritatis plenā ↄfirmationē inducere ſctōs eccl'ie clariſſimos doc. in teſtes indubitatos: ex plurib' viginti tm̄ dō/ ſingulas ēt ex īnumeris auctoritatib' ex ſinguloꝝ doctrina ꝓponēdo/ quoꝝ veridico teſtimonio vel in minimo refragari ſacrilegiū a catholicis merito videat᷑. Prim' igit᷑ oīum/ hereticoꝝ malleus Aug. in frōte ꝓcedat. Cui' in 5° ↄ Julianū. c. 9. ꝓpoſitū ↄfirmātia verba ſunt hec. Quia ſine dubio caro xp̄i nō eſt caro pcti ſꝫ ſilitudo carnis pcti ſm̄ Apl'ꝫ/ qd reſtat niſi vt ea excepta/ reliq̄ hoīuꝫ caro ſit caro pcti? Et hinc appet illā carnis ↄcupiſcētiā per quaꝫ xp̄s ↄcipi noluit feciſſe in humano gn̄e ꝓpagationeꝫ pcti. qꝛ Marie corp' q̄uis ex tali ↄcupiſcētia venerit/ nō tn̄ illā traiecit in corpus qꝺ nō idē ↄcepit. Ceterū corpus xp̄i inde dictū eſt veniſſe in ſilitudinem carnis peccati/ qꝛ oīs alia hoīum caro/ eſt caro pcti. Quiſqs hoc negat: ⁊ carnē xp̄i ita cōparat carni ceteroꝝ hoīum vt vtrūqꝫ aſſerat eq̄lis puritatis. deteſtandus hereticus inuenit᷑. hec ille. Ex qbus v̄bis pꝫ ꝙ ſolus xp̄s non hūit carnē pcti/ hoc eſt in pctō ↄceptā/ neqꝫ hūit ↄcupiſcentiā hoc eſt fomitē q eſt ſeq̄la pcti/ ſeu māle in pec. ori. Et ꝙ oīs alia hoīum/ ēt btē virginis caro/ eſt caro pcti. Pꝫ ēt tremēda ſn̄ia. ꝙ q tenuerit carnē cuiuſuis alterius hoīs eē eq̄lis puritatis cū carne xp̄i/ deteſtādus hereticus inuenit᷑. vt pote ↄtrius Apl'o. q docet ſolū xp̄ꝫ veniſſe in ſilitudinem carnis pcti: qꝛ habuit carnē paſſibilē ſine pctō. Et cum hec inducat Aug. ↄ pellagianos vt ↄuincat eos hereticos: ꝓpea ꝙ tenerent pueros xp̄ianoꝝ non cōtrahere originale pctm̄/ pꝫ ꝙ non intēdit de equali puritate xp̄i ⁊ alteri' hoīs quo ad hoc qꝺ eſt ↄcipi de ſpū ſancto. ⁊ nō per cōcubitum ſed ex virgine: qꝛ heretici cōcedebant ſolum chriſtum ſic eſſe ↄceptū. nec quo ad hoc ꝙ caro chriſti erat caro dei ⁊ deificata: qꝛ proculdubio ſolam chriſti carnem tali priuilegio

S. Auguſtinus



donataꝫ ſciebant heretici: nec etiam quo ad hoc quod eſt virtualiter vel ex ſe peccatum non haberet: quia vtiqꝫ cōcedebant heretici/ ꝙ ſola gratia chriſti ⁊ per mortem eius pueri illi non incurrebant peccatum qꝺ ex ſe incurriſſent/ ⁊ ſic preſeruāte ſm̄ eos indiguerunt. Non ſic xp̄s ſed a ſe iuſtitiā habuit ⁊ ſanctitatem. Non de equalitate loquitur in omnipotētia vel beatitudine vt deriſibiliter garriunt aduerſarij ſed in puritate a peccato originali: quia illud chriſtus non habuit: alij vero omnes in eo concepti ſunt. Unde valde timendū eſt eis qui a tanto doctore cuius doctrina hereticos cōdemnante per eccleſiam ⁊ concilium ſuſcepta/ deteſtandi heretici pronuntiantur. Nec poſſet etiaꝫ ſummus pontifex eos defendere/ ſed pariter cum eis corrueret ſi oppoſitū dogmatizaret/ repugnans ſacris litteris ac determinationi ſancte eccleſie.

## Teſtes eiuſdem veritatis quindecim inducuntur. Cap. II.

S. Ambroſius. Sed ⁊ grauiſſimus ſancte matris eccleſie doctor Ambroſius in Apologia ꝓphetie Dauid ſic veritatem propoſitam confirmat dicens. Erraui inquit Dauid ſicut ouis que perijt: quia nemo ſine peccato eſt. Negare hoc/ ſacrilegiuꝫ eſt. Solus enim deus ſine peccato. Confiteri hoc deo/ impunitatis remedium eſt. Hec ille. qui intendit neminē inter homines preter deum chriſtuꝫ. alr̄ falſum diceret/ cum multi angeli ſint qui nunqꝫ peccauerūt. Et ꝙ inter alios homines includat etiam beataꝫ virginē patet non ſolum qꝛ eam non exceptuat ſed ſoluꝫ deum/ de quo minus erat dubitandū. ſed etiā quia expreſſe ſuper Lucam. vt allegat Magiſter 3°. d. 3ª. de eadē virgine ſic ait. Spiritus ſanctus deſcēdens in virgineꝫ mentē ipſius ab oī ſorde vitioꝝ caſtigauit. hec ille.

S. Hieronym'. ¶ Hieronymus quoqꝫ contra pellagium hereticuꝫ libro 2° ſic ait. Juſtos homines poſſe eſſe cōcedo: ſine autē omni peccato/ neminē poſſe eſſe affirmo. Et enī abſqꝫ omni peccato eſſe ſoli chriſto cōpetit. omniſqꝫ humana creatura peccato ſubiacet/ ⁊ indiget dei miſericordia. hec ille. Et eſt irrefragabilis auctoritas hec contra hereticos inducta: ⁊ cōſequenter per ſacrum concilium confirmata/ non minus qꝫ auctoritas Ambroſii ſuper ſacras litteras fundata.

S. Gre. ¶ Gregorius etiam ſuper Ezechielē propoſitum ſic confirmat Homel. 8. In ſolo redemptore noſtro ſibi pater cōplacuit/ qꝛ in eo ſolo culpā non inuenit. hec ille. qui etiam vt pꝫ/ ſuper ſacras litteras fundatur.

S. Baſilius. ¶ Sanctus etiā Baſilius in libro cōtra nouatianos hereticos ſic ait. Nos omnes egritudinē peccati cōtraximus: ⁊ ꝓpter hoc medico indigemus qui non eſt opus ſanis ſed egrotantibus. hec ille/ irrefragabiliter eiſdem rationibus.

S. Athanaſius. ¶ Sanctus Athanaſius etiā ſcribens ſuper Lucam ſic ait. Chriſtus ſingularit᷑ ſanctus erat/ ⁊ in hoc ab alijs ſanctis in ſanctitate diſſimilis: qꝛ ſanctitatē ſimul cum natura ſuſcepit. hec ille ſuper verbo. Qꝺ enim naſcetur ex te ſanctum ⁊c. Ut ex hoc ⁊ irrefragabilis fiat auctoritas: ⁊ mala expoſitio opinātis in illud euangelij verbum ſubuertatur.

S. Hilarius. ¶ Sed ⁊ ſanctus Hilarius in libro de trinitate ſic ad propoſitū ait. Omnis caro excepta illa que ſine peccato venit in ſimilitudinē carnis peccati/ ſub peccati origine/ ⁊ ſub peccati lege nata eſt. ſ. in vtero. Cuius vox hec eſt. Ecce enim in iniquitatibus ↄceptus ſum/ ⁊ in peccatis concepit me mater mea. hec ille. irrefragabiliter propter auctoritatē etiam ſacraruꝫ litterarum ſuper auctoritate ac ↄfirmatione cōcilij.

S. Joā. Chryſo. ¶ Sanctus Joānes Chryſoſtomus etiā idem cuꝫ in pluribus libris affirmet/ tum ſpecialiter ait ſup Jo. Admiranda eſt chriſti ſingularis excellentia/ qꝛ nullus hominuꝫ veraciter dicere potuit/ quis ex vobis arguet me de peccato/ niſi ſolus ille qui peccatū nō fecit. hec ille. qui ſuper Math. etiā clarius idē proteſtatur dicens. Quāuis chriſtus nō eſſet peccator/ naturam tn̄ humanā de peccatrice ſuſcepit. hec ille.

S. Cypꝛianus. ¶ Sanctus etiā Cyprianus (vt allegat᷑ a beato Hieronymo in ꝑ ⁊ 3° cōtra pellagium) idem cōfirmat in tertio libro ad Cirinū. Sic. n. dicit Hiero. Beatus Cyprianus ad Cirinuꝫ ſcribens/ neminē niſi ſolum chriſtum eſſe ſine peccato dixit.

S. Euſebi' emiſ. ¶ Sanctus etiā Euſebius Emiſſenus in 2° ſermone natiuitatis dn̄i ſic ad beatam virginē loquitur. Initiator omniū rerum abs te initiatur: ⁊ ſanguinē pro mundi vita fundendū de corpore tuo accepit: ac de te aſſumpſit vnde etiā pro te ſoluat. A peccati etenī nexu nullus extitit īmunis: nec ipſa genitrix redemptoris. Solus chriſtus lꝫ de debitrice naſcatur/ legis tamen veteris debito non tenetur. hec ille.

S. Leo. ¶ Sanctiſſimus etiā Leo papa in 2° ſermone de natiuitate dn̄i/ ſic ait. Sine virili ſemine editus eſt xp̄s ex virgine quā non humanus coitus/ ſꝫ ſpiritus ſanctus teſtante fecūdauit. Et cum in oībus matribus non fiat ſine peccati ſorde ↄceptio/ hec ſola inde purgationem traxit vnde cōcepit. hec ille. cuius auctoritas pariter irrefragabilis eſt.

S. Cirillus. ¶ Sanctus quoqꝫ Cirillus ideꝫ tenet atqꝫ ↄfirmat dicens ſuper Lucaꝫ. Qn̄ venit ſaluator/ nullus erat iuſtus ſuper terrā/ ſicut docet Apl'ſ dicens. Nō. n. eſt diſtinctio. Oēs. n. peccauerūt/ ⁊ egent gl'ia dei. i. xp̄o qui ſolus fuit ſine pctō. hec ille irrefragabiliter.

S. Gre. nazaze. ¶ Sanctus ēt Gregorius nazazenus vt recitat Augu. in 2° contra Julianū ſic ait. Solus xp̄s ſingulariter ſanctus eſſe dr̄/ qꝛ in eo ſolo de ſemineitate culpe nihil inuenit᷑. hec ille/ pariter irrefragabiliter.

S. Jſid. ¶ Idem cōfirmat ⁊ proteſtatur ſanctus Iſidorus in primo libro ſuarum ſententiaꝝ. c. 12. dicens. Ex primo homine eſt in omnes filios eius culpa ꝓpagata. Sicut enim ex prima preuaricatione per illū mors/ ita ⁊ peccatū in omnes homines originaliter trāſit. Et poſt pauca. Chriſtus (inqt) in forma ſerui dn̄s eſt omnium hominū propter ſue conceptionis excellentiam: qꝛ ⁊ ſi ſuſcepit carnem/ non tamē ex carnis libidinoſa contagione. Dum enim iaceremus omnes ſub reatu culpe/ venit medicus ⁊ vulnus noſtrū patefecit atqꝫ curauit. hec ille. Cuius etiā auctoritas ex ſacris litteris firmitatē ſummit.

S. Anſelmus. ¶ Sanctus etiā Anſelmus in li° cur deus hō. ſic ait. Lꝫ ipſa xp̄i ↄceptio munda ſit/ ⁊ abſqꝫ carnalis delectationis peccato: Uirgo tn̄ ipſa vn̄ aſſumptus eſt/ in iniquitatibus concepta eſt/ ⁊ in peccatis ↄcepit eaꝫ mater eius: ⁊ cum originali nata eſt. ſ. in vtero. Et in meditationibus ait. Animā glorioſe virginis Marie in macula culpe originalis creaſti. Sed cōſequenter eam a primaria labe purgaſti: ⁊ amictu mūditie decoraſti/ ⁊ in ſanctitatis puritate poſtea ↄfirmaſti.

hec ille. qui ēt in pluribus alijs locis idem ꝯfirmat.
S. Ber/nardus. ¶Sanctus etiaȝ Bernardus doctor deuotus/cum in pluribus locis/tum precipue in epiſtola ad canonicos Lugd. hanc veritatem multipliciter probat/ ⁊ oppoſituȝ validiſſime reprobat: ⁊ inter alia ſic dicit. Si beata virgo ante cōceptum minime ſanctificari potuit/quoniam non erat: ſed neqȝ in ipſo quidem conceptu propter peccatuȝ qd inerat. reſtat vt poſt conceptum/in vtero iam exiſtens/ſanctificationem accepiſſe credatur/que excluſo peccato ſanctam fecerit natiuitatē: non autem conceptionē. Quāobreȝ ⁊ ſi quibuſdam vel paucis filiorū hominum datum ſit cum ſanctitate naſci: nulli tamē donatum eſt cuȝ ſanctitate concipi/vt vni ſane ſancto ſeruaretur prerogatiua cōceptus qui omnes ſanctificaret: ſoluſqȝ abſqȝ peccato veniēs purgationē faceret peccatorꝝ. hec ille: directe ſcribens ꝯtra aduerſarios.

## Sancti Thomæ, ſancti Bonauenturæ, ſancti Antonii de Padua, ac ſancti Antonini teſtimonia inducūtur ad idē. Cap. III.

S. Tho. Sanctus Thomas doctor angelicus in innumeris hoc ipſuȝ locis affirmat. Sed precipue Quol. 6. ar. 7. ſic ait. Unuſquiſqȝ peccatum originale cōtrahit ex hoc ꝙ fuit in Adā ſm ſeminalem rationē. vt Aug. dicit ſuper Geñ. ad litteram. Omnes autē illi in Adam fuerunt ſm ſeminalem rationē/qui non ſolum ab eo carneȝ acceperunt/ſed etiam ſm naturalē modum originis ab eo ſunt propagati. Sic autē proceſſit ab Adam beata virgo: quia nata fuit per cōmixtionem ſexuuȝ ſicut etiam ceteri. Et ideo cōcepta fuit in originali peccato. Et includit in vniuerſalitate illorꝝ de qua Apoſtolus dicit Ro. 5°. in quo oēs peccauerunt. A qua vniuerſalitate ſolus chriſtus excipitur/ qui in Adā non fuit ſm ſeminalē rationem. Alioquin ſi hoc alteri cōueniret ꝗ̄ chriſto/non indigeret chriſti redēptione. Et ideo non tm̄ debemus dare matri ꝙ ſubtrahatur aliqd honori filij qui eſt ſaluator omnium hominum. vt dicit Apl's pᵉ Thi. 4°. Quāuis autem beata virgo in originali cōcepta fuerit: credit tamē in vtero fuiſſe ſanctificata anteqȝ nata. Et ideo circa celebrationē conceptionis eius diuerſa ꝯſuetudo eccleſiarum inoleuit. Nam Romana eccleſia ⁊ plurime alie cōſiderantes conceptionē virginis in originali peccato fuiſſe/feſtum cōceptionis nō celebrāt. Aliqui vero cōſiderantes ſanctificationem eius in vtero cuius tēpus ignoratur/celebrant ꝯceptioneȝ. Creditur enim ꝙ cito poſt conceptionē ⁊ anime infuſionem fuerit ſanctificata. Unde illa celebritas nō eſt referenda ad conceptionē ratione conceptionis/ ſed potius ratione ſanctificationis. Sic ergo non eſt ideo celebranda cōceptio predicta q: fuerit ſine peccato originali ꝯcepta. Non enim per hoc tollit quin fuerit ſpecialius preparata/eo ꝙ in ipſa ſanctificatione copioſius ceteris munus gratie accepit/ non ſolum vt purgaretur a peccato originali/ſed vt tota eius vita redderetur īmunis a peccato tam mortali ꝗ̄ veniali. vt dicit Anſelmus. hec ille formaliter.
S. Bonauētu. ¶Sanctus etiā Bonauentura doctor Seraphicus 3°. d. 3ª. ſic ait. Si beata virgo non fuiſſet cōcepta in peccato originali/ tūc caruiſſet merito mortis: ⁊ ſic vel iniuſte mortua fuiſſet/vel diſpēſatiue pro ſalute humani generis. Primum facit ad cōtumeliā dei: ſcdm derogat chriſto. Iteȝ ſi peccatū non habuiſſet/ tunc ſi ante chriſti paſſionē mortua fuiſſet/ regnum celorꝝ fuiſſet cōſequuta. Hoc auteȝ eſt incōueniens. igitur ⁊c. Item ſi peccatū non habuiſſet/ chriſti morte redēpta non fuiſſet: qd eſt impium ⁊ nephariū dicere. Et ideo eſt dicendū ꝙ beata virgo eſt concepta in peccato originali: ⁊ ꝙ eius ſanctificatio ſubſequuta eſt peccati originalis ꝯtractionē. Hic aūt dicendi modus eſt cōmunior/rationabilior ⁊ ſecurior. Cōmunior inquā q: fere oēs id tenent. cum id appareat ex multiplici eius penalitate ⁊ morte: quā non eſt dicere eam paſſam fuiſſe iniuſte/nec ꝓpter aliorꝝ redemptionem. ſed ꝓpter peccati contractionē. Rationabilior etiam eſt q: eſſe nature precedit eſſe gratie vel tempore vel natura. Et ꝓpterea dicit Aug. ꝙ prius eſt naſci ꝗ̄ renaſci ſicut prius eſt eſſe ꝗ̄ bn̄ eſſe. Igit prius eſt animā vniri carni ꝗ̄ gratiā ei infundi. Si ergo caro illa infecta fuit/ex ſui infectione nata erat inficere animā que ei vniebat culpa originali. ⁊ ita neceſſe eſt ponere ꝙ ante fuerit in ea originalis peccati infectio ꝗ̄ gratie infuſio vel ſanctificatio. Securior etiā eſt q: magis cōſonat fidei pietati/⁊ ſanctorum auctoritati magis cōcordat. pro eo ꝙ ſancti cōmuniter cum de hac materia loquūtur/ſolum xp̄m excipiunt ab illa generalitate qua dicit. Omnes in Adam peccauerunt. Nullus autē inuenitur dixiſſe de his quos vidimus ⁊ audiuimus auribus noſtris/ beatam virginē fuiſſe imuneȝ a peccato originali in ſui cōceptione. Pietati fidei etiā magis concordat: pro eo ꝙ ⁊ ſi mater habenda ſit in reuerentia/ ⁊ magna erga eam ſit habenda deuotio: multo tn̄ maior eſt habenda ad filiū/ex quo eſt ei omnis honor ⁊ gloria. Et ideo q: hoc ſpectat ad excellentē dignitatem chriſti ꝙ ipſe ſolus eſt omniuȝ ſaluator ⁊ redēptor/ ⁊ ꝙ oībus aperuit ianuā paradiſi: ⁊ ꝙ ipſe pro oībus mortuus eſt / nullatenus ab hac generalitate virgo Maria eſt excludenda/ne dū matris excellentia ampliatur/filij gloria minuatur. ⁊ ſic mater ꝓuocetur/ que vult magis filium ſuuȝ extolli ⁊ honorari ꝗ̄ ſeipſam/ vtpote creatorem ꝗ̄ creaturā. Huic ergo poſitioni adherentes propter honorem dn̄i noſtri Jeſu chriſti qui in nullo preiudicat honori matris/cuȝ filius incorporabiliter matrem antecedat/teneamus ſm ꝙ cōmunis opinio tenet/virginis ſanctificationem fuiſſe poſt originalis peccati ꝯtractionē. Unde rationes hoc probantes concedende ſunt quia verū concludunt. hec ille/ꝗ̄ egregie.
¶Sanctus etiā Antonius de Padua or. minoruȝ qui ſicut in vite ſanctitate/ſic etiam in doctrine veritate a ſanctis doctoribus non diſcrepat/ſic ait in ſermone natiuitatis btē virginis. Beata virgo fuit in vtero matris per gratiā ſanctificata: ⁊ ſine peccato nata. hec ille. Et nota ꝙ lȝ non omnis ſanctificatio preſupponat peccatū. cum etiā chriſtus dicatur ſanctificatus. iuxta illud Jo. Queȝ pater ſanctificauit ⁊ miſit in mundū ⁊c. Sanctificatio tamē a peccato/ꝓſupponit ipſum ante ſanctificationē infuiſſe: ⁊ ab eo per ſanctificationē animam eſſe mūdatam/ iuxta morem eccleſie dum de alijs in vtero ſanctificatis mentionē facit ſeu doctrinā tradit. vȝ de Hieremia ⁊ de Joanne Baptiſta. S. Anto. d pa.

¶Sanctus



S. An. ¶Sanctus ēt preſul Antoninus in pª pte/titulo de pec. ori. ſic ait. Si volumus attendere ad dicta ſacre ſcripture/⁊ ſanctorꝝ doctorꝝ/ manifeſte pȝ. b. v. in originali peccato fuiſſe ꝯceptā: ⁊ ſic eius cōceptio non eſt celebrāda niſi in ordine ad ſcificationē eius ſubſequutā. hec ille. ¶Ecce ꝗ̄ patenter ꝗ̄ clare p̄dicti ſcti docores ex ſacris lr̄is veritatē determinatā excipiunt ⁊ ꝓteſtant/ vt neqȝ beatiſſimā virginē excludant/ſed annumerandā cenſeāt ſub vl̄itate peccantiū: ita ꝙ nō niſi cecus nō videat oppᵐ eſſe hereſim.

## Septem proceres ordinis minorū quibus nec Scotus aduerſatur, propoſitum comprobant apertiſsime. Cap. IIII.

Placuit poſt hec inſerere octo doctorū illuſtriū or. minorꝝ teſtimonia clariſſima/pro plena illuminatione eorꝝ q vtinā nō paſſione magis agant in hac qōne/ꝗ̄ rōne velint veritatē inſpicere manifeſtā. Uel certe magis ad cor redeant cū redarguunt nō ſolū p ſacras lr̄as/ſacra cōcilia/⁊ per oēs doctores ſctē matris eccleſie/verū ⁊ p eos q̄s ipſi venerātur ⁊ colūt vt ꝓprios ſui ordinis patres/ dulces atqȝ clariſſimos doctores/q hāc veritatē vna cū maxima turba doctorꝝ eiuſdē ordinis ꝓfitentur.
Alexā. de ales. ¶Primus ḡ ꝓcedit Alexāder de Ales doctor clariſſimus q a diuinis ſcripturis/ſacris ꝯcilijs/ſctiſqȝ doctoribꝰ in v̄itatis huius ꝓfeſſione nō diſcrepans/ eandē ꝓſtat in 3ª pte ſūme in. q. de ſanctificatione b. v. dicēs. Quia oīs hō q carnali gn̄atione gn̄at de neceē ꝯhit ori. pec. in ſui ꝯceptione: neceē fuit vt. b. v. a parētibus gn̄ata carnal'r/ori. pec. in ſui cōceptione ꝯheret. Et ar. 2°. poſt plures rōnes ad h idē iductas ſic ait. Si. b. v. nō fuiſſet in pctō ꝯcepta/nō habuiſſet reatū pcti: ⁊ ſic non indiguiſſet redēptione facta per xp̄m: q: redēptio talis eſt ſolū pp pctm̄. Qd non eſt ſm fidē catholicā tenēdū. Aug. ēt ⁊ Leo papa dicūt ꝙ ſicut xp̄s pro oībus liberādis venit/ ita neminē a reatu pcti liberū reperit. Un̄ ſequit ꝙ. b. v. peccatuȝ in ſui cōceptione habuerit. Et iō dicendū eſt ꝙ beata virgo in ſui ꝯceptione ſanctificari non potuit/ q: tūc pe. ori. ꝯxit. hec ille. Qui ēt ad idē inducit rōnes tactas a. s. Bonauē. ḡ. prolixo ſermone. Et idipſum cōfirmat 3° ſen. d. 3ª. ⁊ ſuper ps. 45. ⁊ in ſuo mariali.
B. Bertrā. car. ¶Dn̄s Bertrandus de Turre Card. ſancte Ro. ec. in ſerm. Natiuitatis beate virginis exponens illud Prouerb. 8. Dn̄s poſſedit me ab initio viarū ſuarꝝ/ ⁊ declarās que ſit pª via/ita dicit. Primū aūt initiū viarꝝ ſuarꝝ. i. operū ſuorꝝ/fuit opus ſanctum qd fecit ipſe, dn̄s in pª pſona ptinente ad nouuȝ teſtm̄ q̄ fuit b. v. Et iſtud pᵐ opus ſctūm fuit ipſius virginis ꝯceptio: nō qd pª q̄ fuit in ſeminuȝ tranſfuſione: neqȝ 2ª cōceptio virginis q̄ fuit cū culpe originalis ꝯtractione qn̄ eius aīa fuit ſuo corpori infuſa. Sed 3ª ꝯceptio q̄ fuit in gratia ⁊ eius ſanctificatione ac peccati originalis emundatione. hec ille.
Riccar. ¶Ricardus quoqȝ de media villa doctor illuſtris 3° ſen. d. 3ª. ſic ait. Anima beate virginis in ſui vnione ad carnē pec. ori. ꝯxit/ſicut dicit Aug. in li. 10. ſup Geñ. ⁊ Anſelmus in lib. Cur deus hō. hec ille.
Nico. de lyra. ¶Nicolaus ēt de lyra ſup Lu. exponēs illud. Spūs ſanctus ſupueniet in te/ſic dicit. Bn̄ dixit/ſuperueniet in te/ q: prius venerat in ipſaȝ adhuc in vtero matris exiſtentē eā a pec. ori. purgādo. vt cōiter dr̄. Sȝ in ꝯceptione filij dei ſupuenit ſpūs ſctūs. i. iterū venit ad ꝯferendū ei gr̄e plenitudinē. hec ille.
¶Gulielmus ēt Ochā doctor illuſt. 3°. d. 3ª. ar. p̄. ſic ait. Cōcedo ꝙ. b. v. maria fuit ꝯcepta in peccato originali/ſicut ſatis pȝ per auctoritates Aug. ⁊ Anſelmi. Uериſimile tn̄ eſt ꝙ modico tpe ⁊ quaſi per iſtas fuerit in pctō/⁊ poſtea ſanctificata. hec ille. Guliel. Ocham.
¶Aluarꝰ quoqȝ ep̄s Siluenēſis ⁊ doctor clariſſimꝰ in li. de plāctu eccl'ie. ſic ait. De mr̄e xp̄i bt̄iſſima tenent ſci/⁊ maxīe Aug. ⁊ Bernar. ꝙ nunꝗ̄ peccauit actualr: tn̄ in ori. pec. ꝯcepta fuit ſicut ceteri hoīes q ex cōmixtione ſeminū ꝯcepti ſunt. q: ab illa ſn̄ia dauid. Ecce in iniqtatibus ꝯceptꝰ ſum. nullus excipit niſi xp̄s/qui nō de ſemine humano/ſȝ de ſpū ſcō. ⁊ in vtero v̄ginis ſcificato ꝯceptꝰ fuit. Dn̄a aūt nr̄a de ſemine Joachim ⁊ Anne ꝯcepta fuit ſicut cetere mulieres: nō de ſpū ſcō ſicut filius: ⁊ in originali ꝯcepta: vt late ꝓbat Bernar. in ep'la quā ſcribit canonicis Lugd. in qua reprehēdit eos q feſtū ꝯcep. celebrant: qd nō dȝ fieri. ſȝ cū ſit/dȝ referri ad ſcificationē eius in vtero: q: ſm Bernar. ante fuit ſctificata ꝗ̄ nata. Un̄ ⁊ Augu. in li. de fi. ad Petrū. ⁊ hr̄ de ꝯſec. d. 4. dicit. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites oēm hominē qui p ꝯcubitū viri ⁊ mulieris ꝯcipit cū ori. pe. naſci/ipietati ſubditū/mortiqȝ ſubiectū ⁊c. Et hanc ſn̄iam tenēt oēs antiqui theologi. Thomas/Alexander/Bonauētura/Riccardus: lȝ qdā noui theologi a ſenſu cōi eccl'ie recedētes ꝯriū teneāt i deuoti re vera dn̄e nr̄e/lȝ eiꝰ deuoti p hoc appere nitant/eā q̄dāmō ſic deo ⁊ ſuo filio cōparātes. Quorꝝ opio noua ⁊ fantaſtica ſit penitꝰ a fidelibꝰ cācellata: quia ſctificationē v̄ginis negāt ꝯ id qd tenet eccl'ia ipſam ſctificatā fuiſſe. Si. n. in pe. ori. nō fuiſſet ꝯcepta. qd ꝯhit in infuſione aīe: tūc ſcificatio ei neciā nō fuiſſet ſicut nec xp̄o. Et iō Ro. eccl'ia feſtū ꝯcep. nō agit/ſed tollerat/maxīe in Anglia. nō tn̄ approbat: q: qd pmittit nō approbat. d. 4. c. deniqȝ. ⁊. 3x. q. x. c. hac rōne. Un̄ iſtud feſtū dȝ referri ad ſctificationē ⁊ nō ad ꝯcep. vt dicūt doc. Et ita dicit orō q̄ dr̄ in h feſto Rome i ſcā Maria maiori. Deus q ſcificationē v̄gīs Marie ⁊c. Sic vidi ⁊ audiui cū ibi de iſta ſcificatione p̄dicarē in feſto iſto. Pro hac v̄itate fac illud Eccl'iaſtici. 25. Aufer rubiginē d argēto: ⁊ egredit vas puriſſimū. Uas puriſſimū fuit v̄go maria q̄ rubigine orig. pec. ablata p ſcificationē in vtero/ſcā ⁊ puriſſima in natiuitate ſua egreſſa eſt ex vtero. Et illud ps. Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus. Tabernaculū ſanctificatū fuit v̄go maria. iuxta illud Eccl'iaſtici. 34. Qui creauit me reqeuit in tabernaculo meo. Facit etiā v̄bū Aug. in ſer. purificationis dicētis. Solus eſt ſine pctō natus/quē ſine virili cōplexu/nō ꝯcupiſcētia carnis/ſȝ obediētia genuit mētis. Hoc idē tenet Aug. 10. ſup geñ. Idē tenet magr̄ ſen. li. 3. h ille. A ꝗ̄to aūt tpe ⁊ quare feſtū hoc celebret ēt eccleſia Romana: ⁊ qūo p hoc nō hēant aduerſarij ꝓpoſitū ſuū. ſupra plenius declaratū eſt parte 5ª.
¶Dn̄s ēt Reginaldus Archiep̄s Rothomagenſis or. mino. ſup 3° ſen. eandē veritatē cōfirmat dicens. Impuritas ſi nō fuiſſet ſcificata/derogaſſet ipſi v̄gini/cuius ꝓuilegiū eſt ꝙ ſola ſine viro ꝯcepit. vt dicit Bernar. ⁊ iō originale nō traduxit in ꝓlē. Ita ſi v̄go ſine originali ꝯcepta fuiſſet pctō/derogaſſet ipſi filio. D. Reginaldꝰ

Corra. ð Saxo. ¶Corradus de Saxo eiuſdē ordinis minoꝝ in opuſculo ſuo nobili ⁊ deuotiſſimo ſup ſalutatione angelica. ſic ait. Nocti cui maledixit Job. nox eſt in qua cōceptus eſt hō / propter pctm̄ originale in quo oēs concipiunt̄. Unde pſ. In peccatis ꝯcepit me mater mea. Et qꝛ fere oēs ſancti in peccatis naſcunt̄ / ideo bene hic dr̄ ꝙ ſtelle per hanc noctē obtenebrantur. Sed qꝛ xp̄s nec ꝯceptus nec natus in pctō fuit / ideo bene hic dr̄ ꝙ iſta lucē non vidit. Quia ergo beata virgo in peccato ꝯcepta fuit / ſed ſine pctō nata ſiue orta: ideo non aurorā ſed ortū aurore dr̄ nox iſta non vidiſſe. Hoc eſt ꝯ illos qui non ſolū ſine pctō natā / ſed ēt ſine peccato ꝯceptā dicunt. Contra quos etiā beatus Bernardus arguens ait. Si ante cōceptum Maria ſanctificari nō potuit: qm̄ non erat. ſed etiā nec in ipſo cōceptu ꝓpter peccatū qđ inerat. reſtat ꝙ poſt ꝯceptū in vtero iam exiſtens ſanctificationē accepiſſe credat̄ / que excluſo peccato ſanctā fecerit natiuitatē / non aūt conceptionē. hec ille. ¶Notum aūt ſit oībus qui librū hunc legerint me nō oēs iſtas aut etiā ſanctoꝝ auctoritates quas induco in fonte videre potuiſſe / tam et ſi maiorē partē ⁊ q̄ꝝ libroꝝ copia paſſa eſt / videre curauerim. Pro alijs aūt q̄s vel librorū penuria / vel occupatio lecture aut regiminis / vel certe impreſſionū infidelitate abolitas / videre nō potui / inixus ipſe ſum fidelitati dn̄i Joānis de turre cremata / a cuius opere ſolēni de ꝯceptione beate v̄ginis illas pro pte aſſumpſi / qua ſi pſe teſtat̄ in fonte reqſitas oēs vidiſſe / his exceptis quas ipſemet ꝯfitet̄ nō potuiſſe videre. Teſtimoniū aūt vnius Cardinalis ⁊ precipue tam excellētiſſimi: in ſctitate ⁊ doctrina ſuo tpe primarij / fides datur indubia.

Scotus. ¶His etiam non ſe opponit ſed potius fauet Scotus / qꝛ lꝫ 3°. d. 3ª. nixus fuerit determinatā veritatē rationibus impugnare ⁊ pro ea factas rōnes diſſoluere ſuo modo: nihilominus vbi queſtionē determinat. ſic ait. Ad queſtionē dico ꝙ deus potuit facere ꝙ beata virgo nunq̄ fuerit in peccato originali. potuit ēt feciſſe ꝙ in vno tm̄ inſtanti ipſa fuiſſet in peccato. potuit etiā facere ꝙ per tēpus aliquod eſſet in peccato / ⁊ in vltimo inſtanti illius tēporis purgaretur. Et declarata ſuo modo poſſibilitate iſtoꝝ triū ſubiungit. Quod aūt hoꝝ trium / que oſtenſa ſunt eē poſſibilia / ſit factum circa Mariam / deus nouit. Si aūt auctoritati eccleſie vel auctoritati ſcripture nō repugnet / videt̄ probabile / qđ excellentius eſt attribuere Marie. hec ille. Cum ergo primū repugnet tā auctoritati eccleſie q̄ ſcripture / pꝫ ꝙ ſm̄ eius determinationē tenendum eſt eſſe falſum. etiā ſi ipſe non viderit determinationē eccleſie in cōcilijs / ⁊ per ea etiā determinatū ſenſum ſacre ſcripture / qui forte Scoto non videbat̄ ita certus. Ex tali aūt determinatione / ſoluta ꝯſequenter indicat argumenta ſua / eo ꝙ per eccleſie determinationē deicitur p̄ſeruatiua redēptio. vt. ſ̄. oſtenſum eſt. ſuper qua tn̄ Scotus principaliter fundat̄. Ueritatē hanc etiā tenent plures alij doctores illuſtres ordinis Minorū / Heremitarum / Carmelitarum / Ciſtertieñ. Cartuſieñ. quos citat Bandellus. ⁊ ordinis Predicatoꝝ Doctores ſine numero. Sed qui non credit his quos induximus aut nō adheret rōnibus eoꝝ: iam neceſſe fiet vt nulli credat / nulli adhereat niſi mendacioꝝ omniū auctori. Et hec de ſexto principali.

## Pars Septima.

### Malæ interpretationes ſacrarū ſcripturarum in fauorem falſitatis ab aduerſariis inductæ reprobātur: & primo quæ afferunt ex veteri teſtamento. Cap. I.

Vltimū p̄ale.

q **Uia vero** predeterminate veritatis aduerſarij / quaſdā ex ſacris litteris / nōnullas ēt ſanctorū auctoritates trahunt potius q̄ inducant ad ſuū propoſitū repugnātes: aliquas ēt non phorrent falſitates quaſi veritates ex ſanctis doctoribus afferre. ideo vt poſſint oēs ab eoꝝ deceptionibus liberari: ⁊ p̄dicatores non incurrant peccatū grauiſſimū allegando falſa pro veris / hic eas oēs afferre ac declarare volo / ſenſum verum aperiendo / falſitate excluſa. ⁊ iniquitatē maximam ac malitiā detegendo in falſis allegationibus.

Eccl. 14 ¶Inducunt igit̄ ex ſacris lr̄is / illud Eccl'iaſtici. 24. Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnes creaturā. Ego in celis feci vt oriretur lumen indeficiens / ⁊ ſicut nebula texi oēm carnē. Girum celi circuiui ſola: ⁊ in ꝓfundū abyſſi penetraui: ⁊ in omni populo: ⁊ in omni gente primatum tenui. hec ibi. q̄ q̄rum faciāt ad propoſitū / iudicent ſapientes. Si enim talia q̄ de ſapientia eterna ad lr̄am exponunt̄ / quis vellet de beata virgine litteral'r interpretari / pro maxima parte falſiſſima eſſent. Et cū ex ſolo ſenſu lr̄ali ſacre ſcripture / trahat̄ efficax argumentū. ex his ad ꝓpoſitum ſuū inferre nihil poſſunt / niſi falſas eſſe ſacras lr̄as fateant̄. qđ eſt hereticū. Scd̄m ſenſum vero ſpūalem / cōceſſo ꝙ aliquo modo cōueniat beate virgini vel tota auctoritas / vel ſaltē extremū eius dictum / non ꝓpter hoc ſequit̄ ꝙ ſit ſine peccato ꝯcepta. imo confitent̄ eam ſancti Doctores eſſe ſup oēm purā creaturā gloria ſublimatā: non obſtante ꝙ ſit in originali peccato ꝯcepta / vt ipſi ſancti ꝓbant efficaciſſime.

Ubi. ſ̄. ¶Eodē modo rn̄detur ad auctoritatē per eos inductā ex eodē ca°. qua de diuina ſapientia dr̄. Meum eſt ꝯſilium / mea eſt equitas / per me reges regnant / per me principes imperāt / ⁊ potentes decernunt iuſtitiā ⁊c. Pꝫ. n. ꝙ iſta non dicunt̄ de virgine Maria. niſi forte remotiſſimo ſenſu / quo etiā conceſſo / non ſequit̄ qđ intēdunt.

Canticorum 4°. ¶Qđ vero inducunt ex canticis. Tota pulchra es amica mea / ⁊ macula non eſt in te. c. 4. non facit ad ꝓpoſitū ſuū. qꝛ ſm̄ lr̄alem ſenſum iſta auctoritas nō exponitur de beata virgine. ſed de eccleſia tam in nouo teſtamēto ſm̄ ꝙ de ea dicit Apl's Eph. 5°. ꝙ xp̄s exhibuit eam ſibi ſpōſam ſine macula ⁊ ruga. q̄ in veteri / non qdem omni tēpore ſed ſolum tempore Joſue / quo cōiter filij Iſrael verum deū omnes colebant ſine notabili macula infidelitatis vel rebellionis cōtra deū / vt declarat Nicolaus de lyra. Ex hoc autē inferre ꝙ eccleſia hoc eſt cōgregatio fideliū non ꝯxerit ori. pe. eſt hereticum. Unde pꝫ ꝙ nō pōt inferri etiā hoc de beata virgine vt de pertinente ad eccleſiam chriſti. Scd̄m ſenſum vero ſpiritualē verificatur quidē auctoritas illa de beata virgine dum viueret ⁊ precipue poſt ꝯceptionem chriſti / qn̄ non ſolū fuit ſine actuali macula tā actualis q̄ originalis peccati poſt ſanctificationem in vtero. verū etiam qn̄ ab ea ſm̄ doctores fuit ablatus totaliter fomes peccati. non autē verificatur ꝙ fuerit omni tēpore vite ſue proſus ſine macula: nec vllus vnq̄ alicuius auctoritatis doctor hoc attulit vel intulit ex illa auctoritate. Alioqn cū ſm̄ ſenſum etiam ſpiritualē verificetur ⁊ exponatur de qualibꝫ anima beata. iuxta illud qđ de eis dicit̄ Apoca. 14. Sine macula enim ſunt ante thronū dei. Et ſimil'r cum multi imaculati predicentur etiā dum ſunt in via. iuxta illud. Beati imaculati in via. Sequeret̄ ꝙ etiā de illis aīabus deberet inferri ꝙ fuerint ſine peccato originali dum primo fuerunt create / corporibuſq; infuſe. Et ideꝫ ſequeret̄ de illis imaculatis. Cōſequens aūt eſt hereticū.

Canticorum 6°. ¶Eodem modo reſpondetur ad auctoritatē inductam ex eodē libro. ca. 6. qua dicit̄ de beata virgine ſm̄ ſenſum ſpiritualē / ꝙ eſt pulchra vt luna / electa vt ſol. Fuit enim electa ēt a deo vt eſſet pulchra vt luna ⁊ vt ſol per gratiam ⁊ virtutes / non in ꝯceptione ſed poſt ſanctificationē / ⁊ precipue a tēpore ꝯceptionis chriſti. Alioqn cum exponatur etiā de ſancta eccleſia / ⁊ de qualibet anima que eſt in gratia. ſequeretur ꝙ quelibet aīa fuiſſet ſemper in gratia. qđ eſt hereticū.

Prouerbioꝝ. 8. ¶Quod vero inducitur ex Prouer. 8. Nōdum erant abyſſi ⁊ ego concepta eram: non pōt vllo ſenſu exponi niſi de diuina ſapiētia. qꝛ nullus homo fuit realiter ꝯceptus anteq̄ eſſent abyſſi. Qꝫ ſi de ꝯceptione rerū in mente diuina interpretet̄ / nō magis erat beata virgo cōcepta anteq̄ eſſent abyſſi q̄ ceteri hoīes immo oēs creature. Uñ non pōt inferri ꝙ beate virginis ꝯceptio non potuerit ex hoc poſtea maculari / quin inferatur nō ſolum de facto ſed de poſſibili / nō ſolum de beata virgine ſed de quocūq; hoīe genito ⁊ generādo. qđ eſt hereticum quo ad vtrunq;.

### Quæ afferuntur ex ſacris litteris noui teſtamenti, propoſito non conferunt aduerſariorum. Cap. II.

Luc. 2°. **Non** confert etiā propoſito aduerſarioꝝ plenitudo illa qua beata virgo erat gr̄a plena. Lu. 2. Hoc enim non dixit ei angelus niſi tēpore cōceptionis chriſti: nec fuit ſemper verū / ſed ſolū poſt ſanctificationē a peccato originali. Sꝫ neq; omnis plenitudo gratie infert nullū vnq̄ prefuiſſe peccatū in anima illa que gratia plena eſt / alioquin Joānes Baptiſta ⁊ Heliſabet mater eius / Apoſtoli ſimil'r ⁊ Stephanus de quibus oībus teſtat̄ ſcriptura ꝙ fuerunt repleti ſpiritu ſancto ⁊ gratia / nullū vnq̄ habuiſſent peccatū. qđ eſt hereticum. Sed ſola plenitudo vniuerſalis effluētie / nullū in anima taliter plena ſupponit prefuiſſe peccatū / que fuit in ſolo chriſto / de cuius plenitudine nos oēs accepimus, remiſſionem peccatoꝝ ⁊ gratiam.

Ubi. ſ̄. ¶Minus pro eis facit verbū Angeli quo dixit ad virginem. Benedicta tu inter mulieres. Neq; eniꝫ ſemper / aut ex ſancta ꝯceptione dixit eam ſic bn̄dictam. Sed poſt ſanctificationē / ⁊ ratione fructus benedicti: quem ſine libidine / ſine corruptione ⁊ ſine peccato virgo concepit / mater ſimul exiſtens noſtri redēptoris: quem ſine grauedine portauit / ⁊ ſine dolore peperit. quoꝝ nullum vlli alteri inter mulieres cōceſſum eſt. Sic exponunt ſancti Doctores. Unde Bernardus ſuper Miſſus eſt. ſic ait. Benedicta (inquit) inter mulieres beata virgo: in qua maledictio Eue in benedictionē cōmutatur. Nam fecunditas in ea virginitatē non abſtulit: ꝓlem ſine peccato cōcepit / ſine grauedine portauit / ſine triſtitia peperit.

Ubi. ſ̄. Mat. 11. ¶Quod vero inducūt ex illa dn̄i cōmendatione facta de Joāne dum dixit. Inter natos mulierū non ſurrexit maior Joāne Baptiſta. ꝙ cum beata virgo fuerit maior Joāne Baptiſta / ſequit̄ ꝙ nō ſurrexit. ergo prius non cecidit per peccatū. eſt penitus deriſibile ⁊ peruertens clariſſimū ſcripture ſenſū. quia ſurrexiſſe non ſignificat in tali ſermone liberationē ⁊ erectionē a peccato. ſed eſt modus loquendi ſacre ſcripture / quo ſancti viri ⁊ maxime ꝓphete dicunt̄ ſurrexiſſe / quādo primo ceperunt in populo apparere: ⁊ clareſcere tanq̄ nūtij dei / ⁊ populū illuminare / ⁊ ad cognitionē dei ⁊ obſeruantiam legis eius inducere. Secūdum ꝙ dicit̄ Deutero. 34°. Non ſurrexit propheta vltra in Iſrael ſicut Moyſes. Et Jo. 7. dicitur. A Galilea propheta non ſurgit. Simili ergo modo loquendi voluit dn̄s non ſolum ꝯfirmare opinionem quā habebat populus de Joāne ꝙ eſſet magnus ꝓpheta / verū etiam declarare ꝙ ceteris oībus prophetis veteris teſtamenti quibus populus eum cōnumerabat / eſſet excelſior. ꝯfirmans pariter quod dixerat / eū inquā eſſe non ſolum ꝓphetam / ſed plus q̄ prophetā. Non ergo intendebat eū dn̄s beate virgini / vel etiā apoſtolis preferre / vel etiā equiparare aut cōparare / ſed ſolū prophetis veteris teſtamenti. Unde Luc. 7. planius aperit̄ intentio dn̄i in p̄dicto ſermone. Sic enim ibi legitur. Inter natos mulieꝝ non ſurrexit Joāne Baptiſta ꝓpheta maior. Unde pꝫ clariſſime ꝙ non hn̄t aduerſarij ex ſacris litteris propoſitū ſuum. Sicut nos noſtrū habemus q̄ clariſſime ꝓut in alio noſtro libello de hac materia pluribus ex locis manifeſtaui.

### Antiquorum Doctorum auctoritates ab aduerſariis inductas, propoſito noſtro nō aduerſari cōprobatur. Cap. III.

**Pari** modo nulla cuiuſuis ſct̄i doctoris illorū poſitio firmat̄ auctoritate / q̄uis plures inducāt aduerſarij. Oēs. n. deficiunt / eo ꝙ quedā non cōcludunt propoſitū: quedā ſunt corrupte / ⁊ nōnulle cōficte. Et vt ab antiqoribus inchoemus / non facit ad propoſitum eorū auctoritas Baſilij qua dicit. O Maria tu candoris ⁊ decoris forma / cui in terris nō eſt equalis / nec in celi ianua. hec ille. Baſili⁹ Ad hanc enim dicit̄ primo ꝙ non inuenit̄ in libris Baſilij. nec tantus doctor tam inepte loquutus eſſet. Scd̄o ꝙ optime verificatur auctoritas etiā ſi ſit cōcepta in peccato originali. Non enim dicit Baſilius ꝙ ſemper ſic fuerit. ſed poſt ſanctificationē fuit forma ⁊ exemplar totius puritatis: precipue poſt conceptionē chriſti: ⁊ ſup oēs puras creaturas meritis exaltata. Qꝫ vero Baſilius aperte ꝓfiteatur veritatem quā predicamus / ſuperius eſt oſtenſum.

Hilari⁹. ¶Inducunt etiā Hilariū dicentē. O virgo benedicta ſuper oēs feminas / que angelos vincis puritate: que oēs ſanctos ſuperas pietate. hec ille. Sed ad hanc pariter dicitur ꝙ

cum nõ allegetur liber aut locus/ſuſpecta eſt. Et poſito ꝙ ſit Hilarij/ſaluatur eius veritas abſq; hoc ꝙ fuerit cõcepta ſine peccato: q2 poſt ſanctificationẽ ⁊ cõceptionẽ chriſti fuit purioꝛ etiã omnibus angelis prout puritas dicit acceſſum ad ſummum. Sicut ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ puritas excedit plurium angeloꝝ puritatem ⁊ ſanctitatẽ. Sed de hac excellentiſſima virginis puritate dicetur infra plenius. Et Hilariũ noſtro fauere propoſito ſupra monſtratum eſt.

S. Cypriani. ¶ Afferunt etiã auctoritatẽ Cypriani ſic dicentis. O virgo iuſta ⁊ omni iuſtitia pleniſſima cuius conceptio ſingularis. hec ille. Que auctoritas vltra hoc qꝺ eſt ſuſpecta/q2 locus nõ citatur vnde ſit excepta. non cõcludit etiam eoꝝ propoſitũ. Poſt ſanctificationem enim a peccato fuit beata virgo ſicut omni gratia/ita ⁊ omni iuſtitia pleniſſima. eiuſq; ꝯceptio qua chriſtũ concepit/non autẽ qua ipſa cõcepta eſt/ fuit ſingularis: q2 ſola fuit ſine peccato. vt ex hoc magis infirmetur eoꝝ opinio ꝙ̃ firmet̃. Q2 etiã ex hoc patet ꝙ neutra etiam cõceptio fuiſſet ſingularis/ ſi ambo fuiſſent ſine peccato ꝯcepti. q2 cõmune fuiſſet hoc priuilegium vtriq; cõceptioni. Et ſic falſum diceret Cyprianus. Ueritatem autẽ quã defendimus ⁊ ipſum p̄dicare. ſ. viſum eſt.

S. Ambroſius. ¶ Adducunt ẽt ex btõ Amb. in ſermone inq̃unt de Gabaonitis talem ſniam. Hec eſt virga in qua nec nodus originalis nec cortex venialis culpe fuit. hec ille. ¶ Sed p̄ dr̃ ꝙ non inuenit̃ in illo libello vel ſermone adducta auctoritas: vt serioſe plegi. niſi forte in aliqua noua impreſſione libroꝝ inſerãt/ qꝺ in veris codicibus nõ habetur. Sicut fecerũt in Alberti Magni libro ſuper Apocal̃. ⁊ in expõne Nicolai de lyra ſup prima ad Theſſalonicenſes. vt vidi oculis meis exemplarioꝝ/impreſſi inquã ⁊ nõ impreſſi/diuerſitatem. Dũmodo enim pugnã ignoranter ne dicam inique vincant/nihil attendunt etiã ſi falſarij nephandiſſimi ſint/quicqd eis aduerſum occurrat ſuis falſitatibus corrũpentes. In ꝑpoſito aũt/vltra hoc ꝙ dicta auctoritas falſa eſt/⁊ malitioſe cõficta. dicit̃ ſcꝺo ꝙ ꝑpoſitum eoꝝ etiã ſi integra foret/nequaq̃ infert. q2 poſt ſanctificationẽ imo poſt vſum liberi arbitrij ⁊ pro tẽpore quo potuit culpa venialis ineſſe/exponendũ eſt qꝺ dicit̃ virgini conueniſſe. Uel verius poſt ꝯceptionẽ filij dei/qñ nedum maculam non habuit originalẽ/ſed neq; etiã pctĩ fomitẽ.

S. Hieronym⁹. ¶ Inducunt vlterius beatum Hieronymum in ſermone de aſſumptione beate virginis ſic dicentem. Quicquid in Maria geſtum eſt/totum puritas/totum veritas/totũ gratia fuit. Et iterũ. Ceteris virginibus p̄ſtatur gratia per partes: Marie vero tota ſe infudit plenitudo gratie. hec ille. Sed oĩbus his conceſſis non habent intentũ ſuum: q2 cũ hoc ꝙ fuit in originali peccato cõcepta/adhuc hec omnia verificantur ex hoc ꝙ beata virgo nunq̃ actualiter peccauit: ⁊ in quolibet actu deliberato meruit: ⁊ oĩum virtutum opera exercuit quãtum pertinebat ad ſtatum ſuum. quod nulli alteri ſanctoꝝ poſt Chriſtum creditur eſſe donatum.

## Auguſtinum pro ſe inducunt inaniter aduerſarii. Cap. IIII.

S. Aug. **Inducunt** poſt hec Auguſtinũ in ſermone ad heremitas ſic dicentẽ. Igit̃ ſicut in celo qualis eſt pater talis eſt filius/ ſic ⁊ in terra qualis eſt mater/talis ſm carnẽ eſt filius. In celo cum patre imenſus/eternus: in terra cũ matre manſuetus ⁊ imaculatus. hec ille. Ad quã auctoritatem primo dicit̃ ꝙ ſermones illi non ſunt Auguſtini. vt p3 ex groſſo ac rudi ſtilo: neq; auctor eorum fuit auctoritatis aut fame. Scꝺo dicit̃ ꝙ etiam cõceſſa auctoritate/non habent propoſitũ: quia beata virgo dicit̃ imaculata/ etiã cum hoc ꝙ cõcepta fuerit in peccato originali: eo ꝙ eius fuit ſancta ⁊ imaculata virginitas/ ⁊ ab omni actuali macula ſemper immunis. Si quis autẽ velit chriſto virginem etiã ſm carnem cõparare ꝑ equiparantiã in terris. proculdubio errabit circa fidẽ. Dicat. n. neceſſe eſt carnẽ beate virginis de ſpũ ſancto ꝯceptam/deitati vnitam ſm eſſe in perſona/ aĩam eius beatitudine informatam. ⁊ plura alia in fide prorſus abſurda.

Ubi. ſ. ¶ Aliam ex eiſdem ſermonibus inducunt auctoritatem talem. Beata Maria fuit in vtero matris oĩ ſanctitate repleta / vt de mundiſſima matre/ mundiſſimus filius naſceretur. hec ille. Sed dicitur hoc nõ obſtare propoſito noſtro/ quia hoc de ea verificatur poſt ſanctificationem quã factam cõcedimus in vtero matris. Neq; tñ verum eſt ꝙ fuerit tũc repleta oĩ ſanctitate/quaſi nõ potuerit vlterius in gratia ⁊ ſanctitate ꝑficere. hoc. n. ſoli xp̄o cõuenit. ſed quia fuit libera ab omni peccato: ⁊ obtinuit gratiã cum omni virtute/ligato fomite ne in malũ aliqd vel leuiſſimũ inclinaret. qꝺ nulli alteri ſctõꝝ ꝯceſſum eſt.

Ubi. ſ. ¶ Eodẽ modo dicendũ eſt ad aliam ex eiſdẽ ſermonibus allatã/qua ſic dr̃. Beata virgo mox vt imundũ per humani generis lineã venit/ tanta oĩs boni virtute reſplenduit/vt eam dei ſapiẽtia veridice iudicaret/vt ꝑ ipſam in hoĩem veniens/ non tm̃ reatum primoꝝ hoĩum ſ3 totius mũdi peccata deleret.

Ubi. ſ. ¶ Et idem ad virginẽ. Magnifica il'ũ qui te ab oĩ peccato reſeruauit. Quis. n. dicere potuit ſine pctõ ſum natus/aut mundus ſum ab oĩ iniqtate/niſi illa virgo quã deus ſic elegit ⁊ p̄elegit ante mũdi ꝯſtitutionem vt ſcã ⁊ imaculata mater fieret dei filia/ab eterno reſeruata incorrupta ab omni labe peccati. hec ille. ¶ S3 vltra hoc ꝙ iſta auctoritas nõ inuenit̃ in aliquo libro Auguſtini/adhuc non facit pro eis/ ſicut nec p̄cedentes. Nã (vt p̄tendunt verba) loquit̃ de aduentu eius in mundũ per natiuitatẽ ex vtero. Et poſito ꝙ loquat̃ de aduentu in vtero/ dr̃ ꝙ mox reſplenduit ⁊c. q2 ſtatim poſt ꝯceptionẽ in peccato/ fuit ab eo per ſanctificationẽ purgata/ ⁊ omni virtute repleta. etiã ab omni peccato actuali per ligationem fomitis ⁊ dei ſpecialẽ prouidentiã reſeruata vt incorrupta ⁊ imaculata dei filium generare mereretur. Suſpecta adhuc de fide eſt illa auctoritas/ vbi dicit. Quis enim dicere potuit. Fuit illud chriſti priuilegiũ quo dixit Jo. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato. Q2 ſi de natiuitate ex vtero loquat̃/ eſt falſa ⁊ erronea/q2 Joãnes ⁊ Hieremias nati ſunt pariter ſine peccato/⁊ chriſtus fuit ſimpliciter ſemꝑ mundus ab omni iniquitate. Nec ſic laudarent ſancti beatam virginẽ ꝙ derogarent ex modo loquẽdi laudibus ⁊ priuilegijs chriſti. Immo ſolũ predicant exceptum chriſtũ omnes/ab illa Dauid ſnĩa. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum. vt. ſ. oſtenſum eſt. ¶ Eodem etiã modo rñdetur ad aliam auctoritatem quã ꝯfingunt ex Aug. dicentes. O mater dñi ſicut in prima femina abundauit delictum/ita in te abundauit oĩs plenitudo gratie: ⁊ ideo ſup omnes ignara delicti. Et iterũ.

Ubi. ſ. Charitas feciſti/vt non ſolũ Maria non peccaret/ſed nec peccatũ cogitare poterat: ⁊ ſup cunctos reſeruaſti ab oĩ labe peccati. hec illi/potius q̃ Augu. q2 nuſq̃ verba hec inueniũtur in Auguſtini libris. Que tñ non fauent ẽt ꝑpoſito: quia ſtat veritas eoꝝ de peccato actuali: q2 hoc fuit ſpãle priuilegium virginis inter puros hoĩes/ꝙ nec peccatum cõmiſit/nec cogitare potuit ad cõmittendum. ⁊ ſic fuit reſeruata ab oĩ labe peccati actualis. Loquit̃. n. de ea pro tꝑe quo peccatũ cogitare potuiſſet ſi non fuiſſet p̄ſeruata. Licet indignũ ſit has viliſſimas auctoritates exponere. Q2. n. beatus Aug. teneat beatiſſimã virginẽ eſſe ꝯceptã in ori. pec. adeo manifeſtũ eſt/vt nec aduerſarij audeant negare.

## Anſelmum atq; Bernardum inuitum trahunt. Doctorem angelicum non intelligunt, aduerſarii. Cap. V.

**Inducunt** poſt hec veraꝫ Anſelmi ſnĩam qua dicit in libro de ꝯceptu virginali. Decebat vt illius hoĩs cõceptio de matre puriſſima fieret q̃ illa puritate niteret qua maioꝛ ſub deo nequit intelligi. hec ille. Sed non fauet ꝑpoſito eoꝝ hec auctoritas. Nã ſm ſanctũ Tho. ⁊ Bonauẽ. ⁊ alios illuſtres doctores Theologos exponentes hanc auctoritatẽ/ loquit̃ Anſelmus de puritate quã habuit virgo tꝑe non ſue ſed chriſti ꝯceptionis qñ fuit oĩno liberata a fomite peccati. Hac. n. puritate maioꝛ ſub xp̄o deo neqt intelligi. Nam quidã viatores ſunt purificati a pctõ originali/ ſed nõ a fomite/niſi per mortẽ/vt oẽs electi. Chriſtus autẽ fuit purus in cõceptione ab ipſo pctõ originali totaliter. Et beata virgo ꝯ̃hens peccatũ/ ⁊ ab eo liberata ſpeciali modo paucis cõuenienti/ fuit poſtmodũ a peccato actuali ⁊ a fomite peccati totaliter imunis. ita ꝙ in puritate fuit media inter xp̄m ⁊ ceteros ſanctos. Q2 autem Anſelmus non intẽdat per hec verba dicere ꝙ beata virgo fuerit ꝯcepta ſine originali/p3 ex hoc ꝙ ſtatim poſt p̄dicta verba ſubiungit. Qualiter aũt eadẽ virgo mũdata ſit/dixi vbi aliam rõnem de hoc ipſo de quo nunc agit̃/reddidi. Remittit. n. ſe ad librũ. Cur deus hõ. Ubi dixit beatam virginẽ eſſe ꝯceptaꝫ in pctõ originali. ⁊ in iniqtatibus ſicut ceteri hoĩes. vt. ſ. inductũ eſt.

Bernardus. ¶ Inducunt ẽt diuum Bernardũ in quodã ſermone dicentẽ. Caro virginis ex Adaꝫ ſumpta: maculas Ade nõ admiſit. hec ille. Rñdetur ꝙ diuus Bernardus tria ꝑponit diſcutienda in illo ſermone de beata virgine. Primo qd ꝯueniat eius natiuitati. Scꝺo qd eius cõuerſationi. Tertio quid eius aſſumptioni. Et quo ad natiuitatẽ dicit ꝙ comparat̃ auroꝛe/dicens inter alia. Auroꝛa conſurgens Maria dr̃. Que prius ceciderat/ſurrexit: ⁊ finis noctis ⁊ lucis initiũ fuit. hec ille. Ex quibus p3 eũ docere ꝙ beata virgo cõcepta eſt in originali peccato: q2 ante natiuitatẽ ſuã non potuit alio pctõ cadere. ⁊ ꝙ ſurrexit per ſanctificationẽ factã in vtero. ⁊ ſic quaſi auroꝛa cũ luce gratie ꝓceſſit per natiuitatẽ in hunc mundũ. De ꝯuerſatione vero eius ꝑ bona opera ⁊ vſum liberi arbitrij poſtea ſubſequit̃ Bernardus/inter ceteras laudes eius pronũcians inducta verba. Unde p3 ꝙ ſenſus verboꝝ ⁊ intentio eius eſt/ ꝙ beata virgo l3 originale pctm̃ ꝯ̃xerit/tñ maculas Ade nõ admiſit. i. non ꝓpria volũtate in ſua cõuerſatione cõmiſit: ⁊ eius caro ꝯtinẽtie ⁊ puritatis dono in candoꝛẽ lucis eterne conuerſa eſt/ vt imediate poſt p̄dicta verba Bernardus dicit. In ſua. n. ꝯuerſatione ſic ſe ab oĩ pctõ actuali imaculatam ſemper ſeruauit: vt a pctõ ſuperbie/gule/vel auaritie/vel cõcupiſcentie/ que fuerunt macule Ade/ cõtaminari ſe non ꝑmiſerit. Unde p3 ꝙ ex malo ſenſu verboꝝ Bernardi ꝓcedebat argumentũ.

Tho. ¶ Inducunt vlterius diuũ Tho. in p̄ ſniaꝝ. di. 44. ar. 3. dicentẽ. Beata virgo fuit imunis a pctõ originali ⁊ a pctõ actuali. Sup quo verbo multipl̃r miſeri garrientes faciũt magnũ feſtum. Ad qꝺ in luctum cõuertendũ dr̃/ ꝙ imunis. ſm ꝓprietatẽ vocabuli/ ⁊ ſm canoniſtas/ ſignificat liberũ ab onere. Unde imunis a pctõ eſt ille qui eſt liberatus a pctõ vel qꝺ habuit/ vel qꝺ actus natus erat habere. Nõ. n. lapis diceret̃ a pctõ immunis. Habet aũt oĩs hõ dum ꝯcipit̃ duplex onus pctĩ/ macule inquã ⁊ fomitis. Et q2 beata v̓go fuit a macula in vtero liberata: ideo dicit. s. Tho. 3. q. 37. art. 2°. ꝙ in iſto ortu fuit imunis a peccato originali. q2 vꝫ fuit liberata a macula. Sed q2 nõ erat adhuc libera totaliter a fomite/nõ fuit ẽt tunc imunis oĩno ab originali pctõ quãtum ad ſuũ effectũ. Sed hoc munus obtinuit in cõceptione xp̄i/qñ facta eſt mr̃ dei. Et q2 beatus Tho. in loco allegato loquebat̃ de beata virgine inquãtum ex hoc ꝙ erat mater dei hẽbat quãdaꝫ dignitatis infinitatẽ vt nõ poſſet a deo fieri aliqd quo ad hoc dignius/ideo dicẽs ꝙ fuit imunis ab oĩ pctõ/ loquebat̃ de ea pro tꝑe ⁊ ſtatu quo erat mater dei/⁊ extinctus total̃r ab ea fuerat fomes peccati. Et ſic cũ non poſſint aduerſarij ex tali dicto inferre ꝙ beata virgo fuerit in ſui cõceptione imunis niſi ꝯ̃ intentionẽ Doctoris ſcti ⁊ preter verboꝝ eius expreſſum ſenſum/ p3 ꝙ non hñt vnde gloꝛientur.

## Auctoritates etiam inducũt vel ſuſpectas, & nihilominus non ſibi fauentes: vel certo certius falſo ſanctis aſcriptas. Cap. VI.

tijs gratis datis eſſe interpretandū. Sic igit nõ intēdit. s. Tho. in aliquo predictoꝝ locoꝝ de gratia gratum facientē/⁊ multominꝰ de pfectione in tali gr̄a/vt accepit opinans. Scđo exigit ad hoc ꝙ aliqs ſit dignus ep̄atu/ꝙ tãtū actionē populi ſubiecti actio ſua trãſcendat/quantū diſtare ſolet a grege vita paſtoris ſm̄ beatū Grego. in paſtorali. Tertio exigit ꝙ habeat cõditiones ep̄o debitas quas enūerat Apl̄s p° Tim. 3°. Quarū prima eſt vt ſit irreprehēſibilis. Sup quo verbo ēt gl. dicit. Opꝫ talē eſſe Põtificē/cuius cõparatione ceteri grex dicant. Tenet ēt ep̄s ſic eccleſie dei diligentē hēre curã īprouiſione ſpūalium/ad ꝓcurandã inquã conſeruandã promouendãqꝫ vitaꝫ aīe ſupnaturalē/ſicut tenet quis domui ſue bn̄ p̄poſitus eſſe ad fouendã/promouendãqꝫ carnis vitã politicã. Nam Apl̄s poſtq̄ꝫ inter conditiones in ep̄o requiſitas enumerauit/illū oportere domuiꝰ ſue eſſe bn̄ prepoſitū. ſubiūgit. Siqs aūt domui ſue preeſſe neſcit/quõ eccleſie dei diligentiã habebit? Opꝫ etiam ſm̄ Apl̄m ibidē ꝙ ep̄s bonū habeat teſtimoniū ab his ēt q foris ſunt: ⁊ multo fortius ab his qui ſunt intus. ⁊ ad quos p̄cipue ſpectat creãdi paſtoris prouiſio. Sed nec iſta ſufficiūt/ſed exigit etiã ꝙ ſit talis de quo p̄ſumendū ſit ꝙ poſitus in culmine honorū ⁊ affluentia diuitiarū perſeuerare debeat in tã exquiſita vite pfectione. Quis aūt põt inueniri tante ſupbie qui ſe eſſe vel fore talē ſibiipſi perſuadeat/cū nullus ſciat ſe ēt dignuꝫ odio vel amore. vt dr̄ Sapīe. 11°? Uñ ⁊ Hiero. vt affert in cap. Licet. 8. q. 1. dicit illū ſolū poſſe ſe idoneū iudicare ad hoc ꝙ ſit princeps in populo cui oranti ⁊ petēti dn̄s hoc reuelauerit. Et intēdit de principatu Eccleſiaſtico. vt pꝫ ibi ex intentione Grãni. Q. ſi ēt intenderet Hieronymꝰ de tp̄ali. argueret a maiori ꝙ multo magis infert de ſpūali/q preſtat tp̄ali. Conſequēs igit eſt ꝙ talis p̄ſumptio tantã ſuperbiã hñs annexã/mortaliſſima ſit. ¶ Si vō non ſe reputat eſſe dignū: ⁊ nihilominus p̄laturã appetit/maiori macula ſordidatur/dū actui ſuperbiſſimo/ſupaddit peſſimã iniuſtitiam qua velit eſſe ſc̄tē matris eccleſie ſponſus indignus/nec idoneus xp̄i vicarius. qua etiaꝫ velit electores ⁊ confirmatorē peccare mortal'r. Qui. n. indignū eligit vel cõfirmat/clarū eſt ꝙ mortal'r peccat. Unde ⁊ p canones priuant tales electores iure eligendi/⁊ ēt beneficijs. extra de elec. ca. Per inquiſitionē. ⁊ de Poſtul. prela. cap. gratū. Unde pꝫ ex his oībus talē preſumptionē mortalē eſſe. Et has rationes in ſubſtãtia tãgit. s. Tho. 2°. qđliber. ar. 11°. vbi introducit Augm̄ in. 19. de ciui. dei/dicenteꝫ. Locus ſuperior ſine quo populus regi non põt/⁊ ſi adminiſtret vt decet/tn̄ indecenter appetit. Rationē autē huius dicti. s. Tho. aſſignat/q (inquit) qui appetit prelationem aut eſt ſupbus aut iniuſtus. Iniuſtitia enim eſt ꝙ aliqs velit ſibi plus de honore accipere/aut de ptāte aut de alijs hmõi bonis niſi ſit maioribus dignus. vt dr̄ in 5°. Ethr. Q. aūt aliqs extimet. eſſe ſe magis dignū p̄latione oībus illis ſuper quos prelationē accipit/ſupbie ⁊ p̄ſumptionis eſt. Unde pꝫ ꝙ qcūqꝫ p̄lationē appetit/aut eſt iniuſtus aut ſupbus. Et ideo nullus ſuo appetitu dꝫ ad prelaturam peruenire ſed ſolū dei iudicio. ſꝫ illud ad Hebr. 5°. Nemo aſſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo tanq̄ꝫ Aaron. hec ille.

## Confirmatur dupliciter ſecunda præmiſſa ratio. Ex cõcluſione autem prima, tres aliæ primo ſimul, inde ſeorſum ſecunda & tertia, probantur. Cap. VI.

Super p̄dictis aūt. s. Th. verbis põt fieri cõfirmatio talis ad ꝯcluſionē. Quicūqꝫ vſurpat ſibi officiū ſupioris puta p̄lati vel iudicis/peccat mortal'r ſm̄ doctores/q facit ei iniuriã notabilē ponendo falcē in meſſem illius. Sed qui appetit p̄lationē vſurpat ſibi officiū non hoīs/ſed dei oīpotentis/cū ad eius ſolū iudiciū ſpectet diſcernere quis ad prelaturã ſit vel non ſit dignus ſm̄ p̄miſſas auctoritates. s. Th. ⁊ Apl̄i: qđ iudiciū delegauit ſoli collegio electoꝝ ⁊ ipſi cõfirmatori. ergo eſt mortalis p̄ſumptio ſeipſum extimare dignū p̄latione. qđ facit cõiter omnis qui appetit p̄laturã. Uel ſi ſe extimat īdignū/magis eſt p̄ſumptuoſus appetēdo/ſit ac iniuſtꝰ. vt. ſ. ꝓbatū eſt. Confirmatio. ¶ Cõfirmant ēt p̄dcē due rõēs p̄ncipales ſic. Quicūqꝫ ex aliq actu malo de ſe/ſit īdignus p̄latione/ēt ſi alias eēt dignꝰ peccat mortal'r ex actu illo. Neqꝫ. n. pctm̄ veniale reddit quēquã indignū p̄latiõe/alias dignū. Qui aūt rogat et obtineat curã aīarū/ex ipſa p̄ſumptione reddit indignus. vt dicit. s. Tho. 22e. q. 100. ar. 5°. ad vltm̄. ergo tal'r rogare eſt pctm̄ mortale. ergo ⁊ appetere ipꝫ gradū p̄lationis: q qñcunqꝫ actus ad extra eſt peccatū mortale/ēt actus appetitus atqꝫ cõſenſus interior/illi ſubordinatus/eſt pctm̄ mortale. vt pꝫ 2°. d. 40a. per doctores poſt Magr̄m. Immo actꝰ exterior nõ eſſet malus/niſi p̄cederet malitia actus interioris. Ergo quãto vniuerſalior ⁊ potior cura aīaꝝ annexa eſt dignitati/cuiuſmodi eſt ep̄alis/tãto grauiꝰ peccat ēt mortal'r qui appetit illã ſm̄. s. Tho. ⁊ veritatem. Unde pꝫ ꝙ auctor ꝯrie opinionis ēt in hoc errat ꝙ ponit clericū poſſe appetere bñficiū eccleſiaſticū ꝓpter ſufficientiã tp̄aliū ēt abſqꝫ pctõ/⁊ nõ diſtinguit inter bñficiū hñs annexã curam animaꝝ ⁊ nõ annexã. q primū appetere/eſt pctm̄ mortale/vt pꝫ ex ſupradictis/non aūt 2m regul'r. Nec eſt verū illud qđ opinans aſſumit in p̄dicti ſui placiti ꝓbatione/hoc inquã ꝙ debeat clerico pm̄ beneficiū: immo nec 2m. Sed bn̄ ſibi debet prouiſio ſiue p beneficium ſine cura/ſiue per cõēs diſtributiones: ſiue quomodolibet per prouiſionem ſuperiorum: q qui altari deſeruit/cum altari participat. vt dicit Apl̄s. p°. Cor. 9°. Dignus eſt. n. operariꝰ mercede ſua. Lu. 10. Confirmatio.

¶ Ex his pꝫ veritas p° cõcluſiõis. ex qua pēdet ēt in pte veritas aliarū triū. Que ſil' p° ſic ꝓbant. Actus oēs qui neceſſario cõiungunt actui qui de ſuo genere eſt pctm̄ mortale/ſunt oēs ex hac ipſa rõne ⁊ ꝯñr ex ſuo genere pctã mortalia. Ut pꝫ ex his que dicta ſunt. ſ. in 5°. Notando. Sed in appetente ep̄atū taꝫ vt poſſit ꝓximis prodeſſe/q̄ꝫ vt fruat diuitijs aut honoribus/inuenit neceſſario cõiunctus appetitꝰ ipſiꝰ ep̄atus ⁊ gradus ſeu ordinis/dignitatis ſeu ptãtis ep̄alis/qui ex ſuo genere eſt pctm̄ mortale. vt deductum eſt in ꝓbatione p° cõcluſionis. ergo oēs quoqꝫ p̄dicti actus iuxta tres alias ꝯcluſiones/ſunt ex ſua hac ſpeciali ratione peccata mortalia. Probantur ſimul tres reliquae concluſiões.

¶ Et confirmat propoſitū ſm̄ ſingulas concluſiones ſeorſum ex ꝓprijs rõnibꝰ appetituū in ſingulis. ⁊ pri- Probatur ſeorſum 2a cõcluſio.

mo quo ad ſcḋaꝫ concluſionē ſic. Appetere non ſuū
nec ſibi debitū vt poſſit ſalus proximoꝝ pcurari eſt
de ſuo gn̄e pctm̄ mortale/cum ſit ꝯ̄ preceptū diuine
legis appetitus rei aliene. Sicut ſiqs appeteret reꝫ
alienā/vt daret elemoſinā. vel ſiqs appeteret vxorē
proximi ſui/vt ꝓprios filios educaret aut meliꝰ enu
triret: ⁊ multo magis ſi appetatur aliqḋ ſpūale non
ſuū/quocūqꝫ fine appetaẜ. Sed appetēs ep̄atum vt
proximis proſit/appetit prātē ſpūalē non ſuā quan
tum eſt de ſe. Nam id qḋ nō ſit alicuius niſi iudicati
digni tm̄ ex iudicio dei/nō manifeſtato tali iudicio
ſm̄ ordinē a deo ſtatutū/qui in ꝓpoſito eſt p electio
nem canonicā/nō eſt adhuc illius ſeu illi cōueniens
vt iudicato digno. Qui.n.hoc vellet alr̄ iudicare/fa
ceret iniuriā deo/vſurpans ſibi qḋ eſt ei propriū. vt
s̄.deductū eſt. Sed appetēs p̄dicto ēt fine ep̄atū/re
putat ſe dignū/⁊ ꝯ̄ñr appetit vt ſuū/ſibiqꝫ ꝯueniēs
qḋ ſuū adhuc nō eſſe cognoſcit. ergo ſequiẜ ꝙ peccat
mortalr̄. Uel ſi reputat ſe indignuꝫ/vltra hoc ꝙ ap
petit id qḋ minus ſuū eſt/q̄ꝫ ſi eſſet dignꝰ/iniuſte ēt
appetit/q2 nec ab alio pōt fieri ſuū/ſtante ſua p̄ſen
ti indignitate. ⁊ ꝯ̄ñr ī tali appetitu magis apparet
macl'a ⁊ deformitas mortalis. Utroqꝫ ergo mō pec
Probatur 3ª cōcluſio. cat mortalr̄ ex ipſo gn̄e actus. Et hec oīa patent ex
ſupradictis. ℂ Quo ad tertiā vero concluſionē con
firmaẜ propoſitū ex eodē fundamento ſic. Appetere
non ſuas diuitias eſt pctm̄ mortale ex ſuo gn̄e. vt pa
te cōtra nonū decalogi preceptū. Sꝫ appetens ep̄a
tum pp diuitias/appetit diuitias nō ſuas: ptinent
enim ad ep̄atum non ſuū. ergo talis appetitꝰ eſt de
de ſuo genere pctm̄ mortale.

## Ad prædicta omnia, parata fuga præcluditur. Cap. VII.

Euaſio. Quod ſi ad p̄dicta oīa qs rn̄dens dicat hunc
poſſe appetere vt hec oīa fiāt ſua legit
time ⁊ canonice: ⁊ tūc nō vr̄ peccare ſicut nec ille q
Impugnatio. rē alienā appetit iuſto titulo acqrere. ℂ Cōtra. Nō
eſt ſimile: q2 ad hn̄das diuitias nullus ſic inueniẜ in
idoneus vt ꝓpter hoc peccet mortalr̄ appetēdo eas
acqrere iuſto titulo: cū diuitiaꝝ poſſo cōpetat homi
ni.ī.limites ſtatus nālis. vnde pōt ſe qs ad illas poſ
ſidendas cognoſcere idoneū: ⁊ nō peccabit appete
re eas iuſto titulo fieri ſuas/niſi aliūde inordinatio
nem hēat appetitus. Dignitas autē ep̄alis cōpetit
idoneo ſm̄ ſtatū ſupernaturalē.ſ.diuine gr̄e ⁊ perfe
ctionis in ea. quā nullus regulr̄ ſcit ſe habere: ⁊ ꝯ̄ñr
nullus ſcit ſe eſſe idoneū ad ep̄atū. Eſſet aūt aliqua
liter ſimile ſi qs diuitias appeteret neceſſario anne
xas regimini aut dignitati ad quā non eſſet idoneꝰ
vel ēt dignitatē ipſam appeteret ꝓpter tales diui
tias. Sicut ſi qs vilis ⁊ ignorās appeteret ꝓuentus
determinatos ⁊ debitos p̄tori vel iudici cauſarum:
doctori/vel principi militie/⁊ ſic de ſimilibus. ⁊ ma
gis ſi officia iſta vel dignitates appeteret ꝓpter diui
tias/eodē mō peccaret mortalr̄ ex ipſo huiuſce de
formitatis genere/ēt ſi ad aliquē fineꝫ bonū ordina
ret hūc appetitū. Et eſſet pctm̄ p̄ſumptionis notabi
lis/eo ꝙ ad illas dignitates quas directe vel ꝯ̄ñr ap
peteret/cognoſceret aut cognoſcere deberet ſe non
eſſe idoneū. Idoneus aūt/ēt ex iudicio ꝓprio/poteſt
vtrūqꝫ iuxta ſufficientiā in ſe cognitā appetere. ad
quā cognoſcendā nō exigiẜ ſpecialis vocatio dei: ſed

cadit.ī.limites nālis cognitionis. Nō ſic ad ep̄atuꝫ
pōt ſe qs idoneū cognoſcere. vt dictū eſt. Uñ ex iudi
cio ꝓprio nemo pōt extimare ep̄atū ſibi deberi quaſi
ſuuꝫ vel quaſi poſſit fieri ſuus/niſi manifeſtato ꝙ ſit
idoneus/iudicio dei vel electoꝝ per electionē ⁊ ſub
ſequentē cōfirmationē canonicā vice dei. Ergo nul
lus regulr̄ pōt ante talē electionē/ep̄atū pp diuitias
ei cōnexas appetere/niſi appetat nō ſuum. Nec pōt
quis appetere ꝙ fiat ſuū ſtante ſola idoneitate quā
cognoſcit vel potius falſo putat ſe hēre. Ex ipſo.n.
tali appetitu ⁊ ex tali extimatione/reddiẜ non ido
neus/⁊ manifeſtaẜ indignus. Et ſic non pōt qs ap
petere vt eligaẜ/vt ex hoc manifeſteẜ ⁊ iudiceẜ ꝙ di
gnus ſit. Nā ſic appetēs/vel ſupponit ſe eſſe dignū/
⁊ ſic eſt p̄ſumptuoſus atqꝫ ſuperbus. vel non ſuppo
nit hoc/ſed ſcit aut putat ſe eſſe non dignū: ⁊ ſic ſup
bie ⁊ p̄ſumptioni addit iniuſtitiā in ſe duꝫ appetit
non ſuū: ⁊ in electoribus duꝫ deſiderat eos decipi ſi
eū idoneū putant cum non ſit/vel certe ꝯ̄ conſcien
tiā eligere non dignū. ⁊ ſic deſiderat malā ab eis fie
ri electionē/q2 vel cū ignorantia: qḋ cōtingere poſ
ſet ſine pctō eoꝝ: ſiue cum pctō/⁊ quidē grauiſſimo
ſi ſcirēt eū indignū. Et ꝯ̄ñr deſiderat omne malū qḋ
inde ſubſequiẜ/⁊ p̄cipue notabile damnū eccleſie/⁊
grauiſſimū animarū diſpendiū ⁊ periculū ob malaꝫ
prouiſionē non boni paſtoris. ℂ Si qs tm̄ appeteret
ſe fieri a deo dignū ep̄atu ⁊ aptū vt poſſit primis p
deſſe/nō peccaret ſꝫ mereret. vt habeẜ ex lr̄a. s. Th.
22ᵉ.q.185.ar.1. Q2 ſi hēret ēt oculū ad diuitias vel ho
nores/poſſet incurrere pctm̄ mortale vel veniale vl̄
nullū/iuxta ordinationē vl̄ inordinationē talis ap
petitus. Neqꝫ.n. auaritia ſemper eſt pctm̄ mortale.
idem dr̄ de vanagloria: vt pꝫ ex doctrina cōi. ℂ Silr̄
nō eſt p̄ſumptio ſi rite electus ⁊ cōfirmatus in ep̄m
velit ſuū ep̄atū. q2 iam manifeſtatū eſt a deo ipſum
eſſe dignū: quinīmo iam a deo vocatus eſt ad curaꝫ
animarū ſuſcipiendā. Immo poſſet cōtingere ꝙ ri
te electus/alias non cognitus indignus/ peccaret ſi
nō conſentiret cōſiderata ſufficiētia ſua/⁊ eccl'ie ne
ceſſitate hn̄tis loco ep̄oꝝ ſanctoꝝ/ multitudineꝫ lu
porum diſſipantiū gregem dn̄i malis ſuis moribus
⁊ exēplis: ignorantia lr̄aꝝ ⁊ maxime ſacraꝝ ⁊ ca
nonū/⁊ negligentia in regendo. Neqꝫ.n. querūt in
ouibus ſuis vitā anime/profectūqꝫ ſpūalem ad dei
gloriā/cuius ſunt vicarij/ſed ſolū ex ſuis ouibꝰ lanā
⁊ lac exqrunt intentiſſimo ſtudio ⁊ inexauribili cu
piditate. Sic igiẜ qui canonice ⁊ ſine ſua pcuratio
ne electus eſt/⁊ nō apparet rō inſufficientie/dꝫ ſeu
ſaltē pōt ſine pctō tale onus portare: nec reijcere il
lud ſemp eſt conueniēs: īmo merebiẜ talis ſi ex cha
ritate iugo huic collū ſummittat. Si aūt ab eccl'ia
non imponaẜ/dꝫ vnuſqſqꝫ illud nedū non deſidera
re: verū ēt fugere. Et ꝓpterea. s. Aug. 19. De ci. dei.
ſic ait. Ociuꝫ ſanctū querit amor veritatis: negociū
iuſtū ſuſcipit neceſſitas charitatis. Quā ſarcinaꝫ ſi
nullus īponit/pcipiende atqꝫ intuende vacādū eſt
veritati. Si aūt īponiẜ/ſuſtinenda eſt pp charitatis
neceſſitatem. hec ille. Et loquiẜ de negocio ⁊ ſarcina
ep̄atus. Immo in acceptādo ep̄atum predicto caſu
inueniẜ vera humilitas p hoc ꝙ talis electus ⁊ con
firmatus/mādatis ſuperioꝝ ſe ſubijcit. Uñ beatus
Greg. in lib. Paſtora. dicit. Tunc añ dei oculos ve
ra eſt humilitas/cuꝫ ad reſpuendū hoc qḋ vtilr̄ ſub
ire

ire p̄cipiẜ/ptinax nō eſt. hec ille. Sed hec nō obſtat
principali ꝓpoſito p̄dictarū cōcluſionū. vt de ſe pꝫ.
ℂ Ultima vero concluſio qua habeẜ ꝙ ambitio in
Probatur vltia cōcluſio. uēta in appetēdo ep̄atum ꝓpter honores/eſt de ſuo
genere pctm̄ mortale. ꝓbaẜ ſic. Naꝫ nō ſolū ſit iniu
ſtitia appetēdo diuitias nō ſuas/ſed maior ēt appe
tendo honores nō ſuos/q̄ꝫto honor diuitijs/ceteris
paribus p̄ponendus eſt. qn̄quidē per hunc acquiriẜ
regulr̄ bonū nomen ⁊ bona fama/q̄ diuitijs p̄ponen
da ſunt. iuxta illḋ Prouerbioꝝ. 22. Melīꝰ eſt nomē
bonū q̄ꝫ diuitie multe. Et ſicē eſt diſtributio diuitiaꝝ
vt ſint alicuiꝰ d̄terminati poſſidētis determinate diui
tie/⁊ ꝯ̄ñr eidē debite/ita ⁊ honores ſunt qdā bona p
diuerſitate virtutū ⁊ dignitatū diuerſis debita. Uñ
ſicut appetere diuitias alteri debitas eſt cupiditas
mortalis. vt.s̄.probatum eſt. Sic ēt appetere hono
reꝫ alteri debitū ⁊ propriū Talis aliqs honor debeẜ
ep̄o. Unde ſequiẜ ꝙ ſi talē appetat nō electus/mor
taliter peccet peccato ambitionis.

## Tres concluſiones, prima videlicet, tertia & quarta ſimul probantẜ, euaſionesq; præcluduntur. Cap. VIII.

Tres cōcluſiōes ſimul pbantur. Sed ⁊ oēs p̄dicte cōcluſiones excepta 2ª/ſimul
probanẜ duplr̄. Primo ſic. Qui appetit
ep̄atum ad finē non ordinatū a deo/peccat mortalr̄
ex gn̄e talis actus: eo ꝙ pretermittat in tali ſuo ap
petitu finē ad quē deus ſua miſericordia ep̄atuꝫ in
Pᵒ. ſtituit: ⁊ ſic ordinationi dei reſiſtit quātū eſt de ſe. ꝯ̄
preceptū Aplicū ad Ro. 13. qḋ factū nullus diceret
non eſſe pctm̄ mortale. Sed talis eſt oīs qui appetit
ep̄atum tā ꝓpter diuitias q̄ꝫ ēt pp honores/⁊ q̄ꝫ pp
ep̄alis gradus celſitudinem. vt de ſe manifeſtuꝫ eſt.
Neqꝫ.n. ad hos fines ſꝫ ad pcurandā animarū ſalu
tem eſſe voluit deus ep̄os in eccl'ia ſua. ergo oēs ta
les ex ꝓprio genere ſinguloꝝ predictoꝝ actuū/mor
2ᵉ. taliter peccāt. ℂ Scḋo ſic. Qui hꝫ pro fine ſui predi
cti appetitꝰ/dignitates/honores/ vel ēt diuitias ex
cludendo deū/peccat mortalr̄ pctō ſuperbie. vel am
bitionis vel auaritie. Sed qui appetit ep̄atū ꝓpter
hec tantū/quaſi pp vltimū finē appetitus/lꝫ nō rei
appetite/ſm̄ modū dicēdi Caietani habet pro fine
talis appetitus p̄dicta bona/ēt excludendo deū. qḋ
probaẜ/q2 talis paratus eſt deū offendere p preſum
ptionē mortalē cōiunctā in appetendo ep̄atū. vt.s̄.
dictū eſt/potius q̄ꝫ a tali appetitu ſuperbo vel cupi
do vel ambitioſo deſiſtere. ergo qlibet ſic appetens
Euaſio Ad pᵐ. peccat mortalr̄. ℂ Quāuis aūt iaꝫ euaſiones opinā
tis a. 1 hec excluſe ſint. nihilominus vt apertius pro
datur eoꝝ nullitas/ſerioſius inducende ſunt. Dicit
enī ad hoꝝ extremoꝝ argumētoꝝ primū Caietanꝰ
ꝙ qui appeteret ep̄atū pp honores ⁊ alia p̄dicta ſic
ꝙ ordinaret ep̄atū ad ea tanq̄ꝫ ad fineꝫ/ pculdubio
peccaret mortalr̄/diuinū ordinē puertendo. Sꝫ qui
appetit ep̄atū ꝓpter talia ponēdo illa vt finē ſui ap
petitus/non aūt vt finē ep̄atus deſiderati/nō puer
tit ordinē diuinū: q2 talis pōt hēre intentionē faciē
di debitū ſuum in officio ep̄atus: ⁊ nihilominus ap
petit celſitudine/honoribus/⁊ diuitijs quaſi portio
Ad 2ᵐ. ne ſua frui ad laudē dei. ℂ Ex quo ēt videẜ ſolui 2ᵐ
argumentū. q2 vꝫ talis nō ponit vltimū ſimplr̄ finē
in his: ſꝫ ordinat hoꝝ fruitionē ad laudem dei ſicut



in vltimū finē. ℂ Sed ꝯ̄. Quādo plura ſic cadūt ſub Impugnatio vtriuſqꝫ rn̄ſiōis.
vnico actu appetitus ꝙ vnū appetiẜ pp aliud/tunc
illud pp qḋ aliud appetiẜ habet rōnē finis reſpectu
illius/⁊ hoc dico/vt ſtant ambo ſub tali vno appeti
tu: et ꝯ̄ñr opꝫ ꝙ intellectus iudicet illud qḋ appe
tit vt ad finē/non hēre rōnem boni vt terminat ap
petitū illum/niſi ex tali fine: vel ſaltē ꝙ finis ille ha
beat rōnē potioris boni/vt ſtat ſub tali appetitu q̄ꝫ
ſit illud qḋ ordinaẜ ad talē finē. ⁊ ex hoc ēt ipſe intel
lectus ordinat in finē illū tale a ſe iudicatuꝫ minus
bonū: ⁊ ſub hoc ordine ſequiẜ inclinatio affectus in
vnū pp aliud tanq̄ꝫ pp melius. Unde. s. Tho. pª. q.
5. ar. 6ᵒ. ad 3ᵐ. affirmat. ꝙ vbi vnuꝫ pp aliud/ibi eſt
vnū tm̄ de quo principaliꝰ dr̄ bonū: illud inquā pp
qḋ aliud hꝫ rōnē boni. Ex quo ſequiẜ ꝙ vbi vnū pp
aliud de facto appetiẜ/ibi eſt vnū tātum principalr̄
deſideratū/⁊ non niſi vt principale bonuꝫ. illud in
quā propter qḋ aliud deſideraẜ. Ergo īpoſſibile eſt/
⁊ contradictionē implicat ꝙ appetitus tēdat in ali
quid tanq̄ꝫ in finē appetitus ⁊ non vt in finē rei ap
petite pp illum/eodē actu appetitus quo dr̄ hoc appe
tere ꝓpter illud. ℂ Et confirmaẜ hec deſtructio pre Confirmatio.
dicte vane diſtinctionis. Nam ſi p impoſſibile curre
ret/ſequereẜ ꝙ oīs ſimoniacoꝝ appetitus ⁊ operatio
palliari ſeu defendi poſſꝫ vt iuſta. Nā poſſet is ſimo
niacus qui (verbi cā) cōfert ep̄atū vel quecūqꝫ bn̄fi
cia eccleſiaſtica vel ſacr̄a pp pecunias/dicere: lꝫ hoc
faciā ꝓpter pecunias: nō tm̄ ordino ep̄atū vel digni
tatem quālꝫ vel ſacr̄m/aut hoꝝ collationē ad pecu
nias vt ad hoꝝ finē: ſed pecunie ſunt tm̄ finis appe
titus mei quo volo illa cōferre: quo ēt appeto pecu
nias. Et ſic procul de mūdo ſublata eſſet vniuerſalr̄
ſimonia p hanc diſtinctionē ſi bona eſſet. Quis naꝫ
eſt.n. ſimoniacus adeo fatuus qui iudicet tpale pre
eminere ſpūalibus in bonitate? Sed q2 vt p̄eminēs
appetit illud qḋ nouit vel noſſe debuit non p̄emine
re/ideo peccat. Non iudicaẜ aūt illud vt p̄eminens
appetere/niſi q2 appetit ſpūalia pp illud tpale. Si
ergo poſſit fieri in hoc diſtinctio de fine appetitus
tanq̄ꝫ nō malo/⁊ de fine rei appetite tanq̄ꝫ malo/et
eque obtineat ſimoniacus tpale bonū qḋ optat vno
hoꝝ modoꝝ appetēdo ſicut alio: qs nam tā fatuus
inter ſimoniacos reperieẜ qui nō dicat ſe illo mō bo
no appetere/⁊ nō illo malo? Nū aliqs in mūdo delē
ctaẜ pctō vt pctm̄ eſt? Nullus eſt in mūdo qui pecca
re velit. Sed oēs vellent ſine pctō votis potiri ſuis
ſi poſſent. Unde pꝫ ꝙ vltra hoc ꝙ iſte modus dicēdi
⁊ diſtinguēdi eſt inintelligibilis/vt pote ꝯ̄dictionē
īplicās/parit ēt venenū maximū in eccl'a/cuiꝰ viro
ſitas magis ac magis inualeſcet in pniciē ⁊ dimo
dam extinctionē vite ſpūalis niſi ſerā mater eccl'ia
veritate diſcuſſa prepotēter ſe opponat. ℂ Et qn̄ ad
ditur/ꝙ intēdit facere debitū ſuuꝫ in ep̄atu. Reſpō
detur ꝙ talis intētio non inueniẜ in tali appetitu:
q2 intentio eſt ipſiꝰ finis/qui in tali appetitu eſt bo
num tpale. Facere aūt debitū officij a tali appetēte
ep̄atum pp predicta bona tpalia/ordinaẜ ad illa vt
ad finē. Ad illud aūt non ſe extendit intētio vt ad
finē: ſꝫ ſolū vt ad ordinatū in finē. vt pꝫ. Q2 ſi ēt ſeor
ſum habeat iſtā bonā intentionē/ex priori tm̄ appe
titu maloviciaẜ annexo p̄ſumptioni. vt.s̄. dictū eſt.
Non ꝯ̄ñt ergo cū de ſe mala ſint hec ordinari ad lau
dem dei. Sꝫ hoꝝ oculos auaritia vel ſupbia ⁊ am

bitio excecati vt putēt ſe ad dei laudē illud ordina-
re qḋ ad proprium ordinant honorē vel commoduꝫ
ſicut ad vltimū finē. Et ſic pꝫ veritas firmiſſima pre
dictarum quatuor c̄nclusionum: ⁊ deiectio poſitio
nis contrarie.

## Peruerſitas inducti ſenſus a Caietano in veram concluſionē ex ſancto Thoma de promptā aperitur, & excludit̄. Ca. IX.

2ᵐ prin- **Quantum** ad 2ᵐ principale / q: auctor ꝯ-
cipale. rie opinionis conat̄ ad ſuā vo-
luntatē. s. Tho. doctrinā trahere repugnantē: ideo
ſpecial̄r intendo ēt nunc oſtēdere quō male ipm̄ ex-
ponat 22ᵉ. q. 185. ar. 1. determinantē nō eſſe licitum
appetere ep̄atū. Et examinabunt̄ oīa que circa hāc
materiā a Caietano dicunt̄ quaſi non ꝯtra. s. Tho.
cum tn̄ eidē in veritate ꝯtrient̄ vt manifeſtabit̄ per
ſingula: q̄ ēt ꝯn̄r ipugnabunt̄. Dicit aūt Caietanus
ꝙ ex. s. Tho. vbi. s̄. hn̄t quatuor cōcluſiones quantū
Pᵃ con- ad ꝓpoſitū ſpectat. Prima talis eſt. Illicitū eſt ma
cluſio. s. niſeſte / appetere ep̄atū rōne ſufficientie tp̄aliū / pu-
Tho. ta diuitiaꝝ ⁊ honoꝝ: q: primū ptinet ad vitiū cupi
Peruer- ditatis. 2ᵐ vero ad vitiū ambitionis. ¶ Sed huius
ſa expō. cōcluſionis ſenſum ꝑuertit Caie. ſupra inducta di-
ſtinctione / dicēs ꝙ ſi appetant̄ iſta tanq̄ꝫ finis ep̄a-
tus / talis appetit⁹ eſt pctm̄ mortale: q: ordinat̄ ep̄a-
tus quo ad ſuū principalē actū qui eſt cura aiaruꝫ /
ad bona p̄dicta vt ad finē. Si aūt appetant̄ tanq̄ꝫ fi
nis ipſius actus appetitus tm̄ / ⁊ nō vt finis ep̄at⁹ ap
petiti / tūc non eſt pctm̄ mortale. ēt ſi talis appetit⁹
pertineat ad ambitionē vel auaritiā. Hec. n. duo vi
tia nō ſunt ſemp mortalia. Et ꝓpterea (īquit) puto
nō dixiſſe auctorem in cōcluſione / ꝙ qui ſic appetit
ep̄atū / peccat mortal̄r: ſed ſimpl̄r dixiſſe eſſe illicitū
ſic appetere. Si. n. appetens hēat rectitudinē volū-
tatis reſpᵘ alioꝝ in ep̄atu iaĉroꝝ: q: ſ. vult facere q̄
cūq̄ꝫ ad bonū ep̄m ptinēt / iā ille appetitus pᵒ non
Impu- reddit̄ mortalis. Hec Caietanus. ¶ Sed errat in
gnatio. his aperte. Et quo ad pᵐ pꝫ manifeſte ꝙ cū dr̄ a. pp
peruer- b. appeti / ipm̄ b. eſt finis. ⁊ a. eſt ad finē reſpᵘ vnius
ſe expoſi ⁊ eiuſdē appetit⁹. vt. s̄. ꝓbatū eſt. Ergo in ꝓpoſito /
tionis. nō pōt ſufficiētia tp̄aliū eſſe rō appetitus ep̄at⁹ / niſi
ſit ēt finis illius ep̄at⁹ vt cadit ſub illo appetitu. vt
vꝫ appetat ep̄atū ordinādo illū ad obtinēdas ⁊ poſ-
ſidendas diuitias ⁊ honores. Id. n. exprimit hoc qḋ
dico ep̄atū appetere rōne ſufficiētie / ſeu (qḋ idē eſt)
propter ſuffi ciētiā tp̄aliū / honoꝝ inquā ⁊ diuitiarū:
⁊ ita in hoc appetitu p̄ncipalis finis eſt ſufficientia
vel abūdantia taliū tp̄aliū. Si. n. caderēt hec ſub il-
lo ep̄atus appetitu ſolū vt cā ſine qua nō, non dice-
ret̄ appeti ep̄atus rōne eoꝝ aut pp ea: ſicut nō dicit̄
ille celebrare rōne pecuniarū vel pp pecunias / q ce-
lebrat principal̄r pp ſalutē populi a deo obtinendā
pro diuerſitate neceſſitatū. ad quē fineꝫ ordinat̄ hic
finis partialis / velle inquā pficere q̄ ſpectāt ad offi-
cium boni ſacerdotis / cui fini annectit̄ vt cā ſine q̄
non. ſubſidiū aliqḋ tp̄ale ceſſante pacto veniali. Nō
enim hec duo ordinant̄ ſub tali appetitu / vt finis ⁊
ad finē. Neq̄ꝫ alias nō ſimoniac⁹. dr̄ celebrare ꝓpter
pecunias obtinēdas. Sꝫ in ꝓpoſito nō eſt ſic, vt di-
ctum eſt. ſꝫ tales querūt pro fine que ſua ſunt: ⁊ ī il-
la vt in finē / ordināt que ſunt Jeſu xp̄i. Licet. n. vi-
deant̄ hēre rectitudinē voluntatis quantū ad māꝫ /
circa alia que pertinent ad ep̄atū: q: ſ. dicūt ſe vel-
le operas ſuas īpēdere in ſalutē animaꝝ vt tenent̄:
non tn̄ hn̄t: q: vitiata eſt illa volūtas in radice ꝑuer
ſi ordīs opꝫ illoꝝ in debitū finē. vt dictū eſt. Vn̄ bea
tus Greg. in lib. Paſtoralis de talibus loquēs ait.
Plerūq̄ꝫ ēt hi qui ſubire paſtorale magiſterium cu
piunt / nō nulla bona opera aīo ꝓponūt. Et quā uis
hec elationis tentatione appetant / operaturos ſe tn̄
magna ꝑtractāt. Fitq̄ꝫ vt aliud intētio ſupprimat:
aliud ſupficies cogitationis oſtendat. Nā ſepe mēs
ſibi mētit̄ / et fingit de bono ope amare qḋ nō amat.
Cūq̄ꝫ ꝑcepto primitus officio ꝑfrui ceperit / obliui-
ſcit̄ quicq̄d religioſe cogitauit. hec ille. Immo pl̄es
facti ep̄i ſibiipſis mentiunt̄ hēre zelū ſalutis gregis
ſui: qḋ tn̄ nunq̄ꝫ opere demōſtrāt. Sꝫ dimiſſo ſemp
grege in medio lupoꝝ ſub cura eius q ſm̄ ſnīam dn̄i
a facie lupi veniētis fugit / reſidēt ipſi in ꝓprijs lari-
bus / lana lacteq̄ꝫ gregis / q̄ ſumma diligētia exq̄rūt
atq̄ꝫ cuſtodiūt / īpinguati: ⁊ varijs honoꝝ atq̄ꝫ reue
rentiaꝝ titulis quaſi vento inflati ac dilatati. Sic
igit̄ pꝫ ꝙ p̄dicta apparēs ⁊ nihilominus nō vera re
ctitudo volūtatis / nō tollit̄ q̄n vterq̄ꝫ appetitus. ſ.
auaritiā ſapiens ⁊ ambitionē / ſit peccatū mortale.
Et de ambitione vt ſic / ꝙ de ſe ēt ſit pctm̄ mortale /
ſpāl̄r pꝫ. 22ᵉ. q. 131. ar. 1. Licet nō oīs appetit⁹ hono-
ris ſit pctm̄ mortale: q: nō oīs ēt eſt ambitio. vt ibi-
dem pꝫ. Sed ꝙ ſpāl̄r in ꝓpoſito ſit pctm̄ mortale ſi-
cut ⁊ auaritia / ſupra diffuſe probatū eſt / cum hēant
p̄ſumptionē ⁊ iniuſtitiā mortalē cōiunctā. ¶ Ficti-
cium eſt ēt ꝙ ex verbo quo. s. Tho. ſimpl̄r dicit hoc
eſſe illicitū / eliciat̄ talē appetitū. nō ſemp eſſe mor-
talem. Sic. n. locutus eſt / q: nō niſi ſic loqui decebat
locū illū / in quo ſufficit exprimere ꝙ inordinat⁹ ſit
volūtatis actus ſm̄ talē vel talē pcti ſpēm. Ex ſupe
rioribus. n. (q̄ non eſt opus / imo ſupfluū eſſet ſemp
repetere /) hoc ē in ipſa 2ᵃ parte ſumme / iam pꝫ. qn̄
actus de ſe illicitus / eſt mortalis / ⁊ qn̄ nō. Hoc enim
ſpecial̄r declarat̄. 12ᵉ. q. 71. ar. 5. ⁊ alibi pluries ī ipſa
2ᵃ parte. Unde cū ex his q̄ ſuperius in libᵒ illo dicta
ſunt / deducit̄ aliquē actū eē de ſe mortalē / vt nos in
ꝓpoſito fecimus / ēt ſi in aliquo loco talē vel ſimilem
actū. s. Tho. nō exprimat eſſe mortalē / ſed ſolū ꝙ ſit
de ſe illicitus: nō minus pp hoc erit de intētione. s.
Tho. ꝙ ſit mortalis. Alioq̄n ſi ex hoc mō dicēdi poſ
ſet ſummi argᵐ ꝙ act⁹ aliqs nō eſſet de ſe pctm̄ mor
tale apud. s. Tho. iam occidere ſeipm̄: diuinare p in
uocationē demonum: vendere bn̄ficia eccleſiaſtica ⁊
hmōi plura pernitioſiſſima opa / nō eſſent de ſe pctā
mortalia: q̄n quidē. s. Tho. dicat p̄dicta ſimpl̄r eē il-
licita. vt de pᵒ pꝫ. 22ᵉ. q. 64. ar. 5ᵒ. de 2ᵒ vero. q. 95. ar.
4. de 3ᵒ aūt. q. 100. ar. 4ᵒ. vbi nō al̄r exprimit ꝙ ſint
pctā mortalia: cuꝫ tn̄ ſint mortaliſſima. Et idē facit
de multis alijs pctis. Quin ēt ſi ad modū loquendi
attendamus / pꝫ ꝙ intēdit de pctō mortali / cum di-
cat / manifeſtum eſſe ꝙ eſt illicitū ⁊c. Nō. n. de appe-
titu veniali dr̄ eſſe manifeſtū ꝙ ſit illicit⁹ / ⁊ p̄cipue
ſi defendat̄ tot bonis cautelis / vt Caie. facere conat̄
¶ Confirmat̄ aūt validius tales act⁹ eſſe de ſe pctā Confir-
mortalia / ex intētione ⁊ v̄bis ſcti Tho. in p̄dicto lo- matio.
co vbi ſolū dicit ꝙ ſunt illiciti. Nā ibi tal̄r appeten
tes. s. Tho. aſſimilat Phariſeis quos xp̄s acriter re
prehēdebat de hmōi appetitu: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ nō
reprehēdebat



reprehendebat eos de peccato veniali ſꝫ de mortali.
Unde ſemper premittebat cōminationē damnatio
nis eterne dicēs. Ve vobis. Ergo ſic appetitus illi di
cunt̄ illiciti apud. s. Tho. in illo articulo ꝙ intēdit
eos eſſe pctā mortalia. Et ſimil̄r intendunt oēs ſan-
cti Doctores dānantes predictū appetitum dū ex-
ponunt talē chriſti reprehenſionē / quos ibi. s. Tho.
inducit. Et ſic pꝫ ꝙ Caietanus deuiat ab intētione
ſancti Tho. in hac pᵃ ꝯcluſione peruertens v̄ba illi⁹.

## Peruerſa alterius vere concluſionis expoſitio Caie. excluditur. Cap. X.

2ᵃ cōclo **Secunda** vero concluſio. s. Tho. ibi ponit̄
s. Tho. eſſe talis. Appetere ep̄atuꝫ rōne
celſitudinis gradus / eſt preſumptuoſum.
Expoſi- ¶ Ad hanc cōcluſionē intelligendā dicit Caie. eſſe
tio ꝑuer applicandā diſtinctionē s̄. ab eo poſitā / (⁊ per nos
ſa. etiā. s̄. deiectā.) ⁊ videndū (inquit) an celſitudo gra
dus ſit tantū finis appetitus / ⁊ ſic (inq̄t) non reddit
appetitū illicitum / vel ſaltē non reddit mortale pec
catuꝫ. Uel ſi ſit ēt finis ep̄atus appetiti: ⁊ ſic eſt pec
catuꝫ p̄ſumptionis / q: vꝫ p̄ponit in appetitu ſuo id
qḋ eſt poſtponendū. ſ. celſitudinē. ⁊ ſic manifeſte con
uincit̄ ꝙ appetit celſitudinē ſupra dignitatē ſuam.
Non tn̄ dico (inquit) ꝙ ſemp tale pctm̄ ſit mortale.
Sed eadē rōne idem ſentio in hoc caſu / ſicut ſentio
Impu- in p̄cedenti. ¶ Sed in hac ēt concluſione ꝑuertit in
gnatio ꝑ tentionē. s. Tho. male interp̄tando litterā eius. Et
uerſe ex- primo quidē ex ſuperiori īpugnatione p̄dicte diſtin
poſitiōis ctionis pꝫ ꝙ non pōt ēt ad hanc concluſionē appli-
Pᵃ. cari: cū vana ſit diſtinctio / vt ꝓbatū eſt. Scdō igno-
2ᵃ. rantiā circa ſenſum litteralē p̄dicte ꝯcluſionis oſten
dit Caie. diſtinguendo ep̄atū / a celſitudine gradus
ep̄alis in ꝓpoſito. Arguit. n. contra ꝯcluſionē hanc
quaſi obſcurā / ex eo ꝙ ad p̄ſumptionē ſpectat appe
tere qḋ excedit dignitatē ſuam. Conſtat aūt (inq̄t)
multos hoīes eſſe in q̄bus reperiunt̄ cōditiones ab
Ap̄lo poſite de Ep̄o. Et ppea non vr̄ verū vniuerſa
liter ꝙ appetere hmōi celſitudinē ſit p̄ſumptuoſuꝫ.
Et rn̄dens dicit non eſſe vniuerſal̄r verū ꝙ appete-
re ep̄atū ſit p̄ſumptuoſuꝫ: ſꝫ ſolū appetere ep̄atū rōe
celſitudinis. vt dicit cōcluſio. ⁊ vult ꝙ ille nō ſit pre-
ſumptuoſus qui hn̄s conditiones ab Ap̄lo poſitas
appetit ſimpl̄r ep̄atū: quē ſi appetit rōne celſitudi-
nis gradus / iā ex hoc talis ꝯuincit̄ non hēre p̄dictas
cōditiones ſꝫ eſſe p̄ſumptuoſus: q: p̄ponit celſitudi
nē gradus ep̄atui: cū tn̄ deberet illā poſtponere. hec
ex illo. In q̄bus q̄dē dictis vltra hoc ꝙ abſolute po-
nit̄ nō eſſe p̄ſumptuoſum appetere ſimpl̄r ep̄atū q̄ſi
aliqs poſſit cognoſcere ſe hēre cōditiones poſitas ab
Ap̄lo / quorū vtrūq̄ꝫ falſum eſſe. s̄. monſtratū eſt: po
nit ēt id qḋ dictū eſt. vꝫ ꝙ ep̄atus / ⁊ gradus celſitu-
dinis ep̄alis ſint quedā diuerſa. Qḋ ēt ſe extimare
manifeſtat exp̄ſſi⁹ infra dū 4ᵃᵐ ꝯcluſionē. s. Th. ſuo
mō exponēs dicit / ꝙ ex hoc ꝙ appetitus ep̄atus nō
eſt ſemp p̄ſumptuoſus / ſequit̄ ēt ꝙ appetitus grad⁹
eiuſdē non ſit ſemp p̄ſumptuoſus. cū hic (inq̄t) clau
dat̄ in illo. Ex quo manifeſte pꝫ ꝙ ponit ea diſtincta
real̄r: alias nō dixiſſet ꝙ appetitus vni⁹ īcludit ap-
petitū alterius / ſed ꝙ eſt idē cum eo. Et tn̄ hec duo
nō niſi pro eodē a. s. Tho. ibidē capiunt̄. vt pꝫ tn̄ ex
verbis. s. Tho. inferi⁹ poſitis / vbi exp̄ſſe inſinuat ꝙ
gradus ille celſitudinis nihil aliud īportat q̄ꝫ p̄eſſe
ſubditis. Sic. n. dicit. Quia appetere p̄ximis ꝓdeſſe
prout eſt ep̄alis act⁹ / hꝫ annexā gradus celſitudinē /
p̄ſumptuoſum vr̄ ꝙ aliqs p̄eſſe appetat ⁊c. nihil aūt
aliud īportat ep̄atus q̄ꝫ p̄eſſe. eſt. n. p̄ſulatus ⁊c. Tū
p̄cipue / q: alias diminutus eſſet. s. Tho. ⁊ deficiēter
in prinᵒ enumeraſſet ea q̄ in ep̄atu reperiunt̄ / rōne
quoꝝ cadere poſſit ſub appetitu. Nā ipm̄ celſuꝫ gra
duꝫ ſi in eo nō cōſiſtit ep̄atus / qui ēt appetibilis eſt /
pretermiſiſſet. Cōplectit̄ ergo. s. Tho. ſub vocabulo
celſitudinis gradus / ipm̄ gradū ⁊ ordinē / ⁊ ipſaꝫ di
gnitatem ep̄alē / q gradus celſus eſt: vt pꝫ ex ipſo vo
cabulo ep̄atus deſignāre poſitionē ſup ſpeculas. Tū
q: ſi celſitudo iſta diſtinguit̄ ab Ep̄atu: iaꝫ ptinebit
ad honores enūatos a xp̄o. quos vꝫ Pharifei ama-
bant ⁊ q̄rebāt / puta ad honorē quo ambiebāt p̄mas
cathedras ī ſinagogis. Et ſic 2ᵃ ꝯcluſio clauderet̄ in
pᵃ: nec appetē talē celſitudinē ptineret ad p̄ſūptio-
nem ſꝫ ad ambitionē, ꝯ. s. Tho. ⁊ ipꝫ ēt Caie. Neq̄ꝫ
eſſet bona Caie. ꝓbatio ꝙ iō ptineret ad p̄ſumptio-
nē / q: ſic appetēs ꝑuerteret ordinē / ⁊ ꝯn̄r ſe idignū
redderet tali gradu / vt ex hoc ſeq̄t̄ ꝙ appetat. s̄. ſuā
dignitatē. Hec. n. ꝓbatio curreret ēt ī appetitu ep̄a
tus pp ſufficientiā tp̄aliū iuxta pᵃˢ ꝯcluſiones. Per
uertit̄. n. ēt ibi ordo rectus / dū p̄ponit̄ in appetitu
id qḋ eſt ep̄atui poſtponendū: ⁊ tn̄ nō pp hoc ponit̄
a. s. Tho. appetitus ille in gn̄e p̄ſumptiōis / ſꝫ ambi-
tionis vel cupiditatis ꝑ diuerſitate boni tp̄alis ap-
petiti. vt pꝫ per eū eodē arᵗᵒ. Et recte q̄deꝫ / eo ꝙ ex
fine agentis ſpēꝫ ſortiat̄ actus moralis ⁊ nō ex ordi-
natis in finē. Inuenit̄. n. ēt ibi p̄ſumptio. vt. s̄. oſten
ſum eſt. ſꝫ vt in aliud ordinata. ¶ Qḋ vō addit Caie. 3ᵒ.
talē inquā appetitū ordinantē ēt ep̄atū ad celſitudi
neꝫ gradus / ⁊ ſi p̄ſūptuoſū / nō tn̄ eſſe pctm̄ mortale /
ſi veꝝ eēt / nunq̄ꝫ īueniri poſſet cuiuſuis celſitudinis
appetit⁹ tā grauis p̄ſūptiōis ꝙ iudicari poſſet pctm̄
mortale: q̄n q̄dē vlla ptās / celſitudo vl̄ dignitas ma-
ior īueniri nō poſſit ī mūdo / q̄ vires hoīm ſic cōiter
⁊ regul̄r trāſcēdat vt iſta. cui⁹ grā dicit Greg. artiū
artē eſſe curā aīarū. Et quāto magis cura vl̄is atq̄ꝫ
Jerarchica q̄lis ē ep̄alis. Quapp ſi exceſſus alicui⁹
qḋ quis aggredit̄. s̄. vires iudicari d̄beat p̄ſumptio
mortalis: cū in hoc appetitu maxim⁹ īueniat̄ / mor-
taliſſimā reddet p̄ſumptionē. Et ſi hec mortalis nō
iudicabit̄ / nulla vnq̄ꝫ mortalis inueniet̄. Eā p̄ſum-
ptionē Caie. dicit eſſe modicā. vt pote venialē / quā
s. Tho. in opuſ. 18. ca. 19. vocat p̄ſumptionē nimiaꝫ.
Et ob quā Greg. in Regiſtro dicit ꝙ petētib⁹ negā
de ſunt eccl̄iaſtice dignitates. Hoc nō alia rōne diſi-
cari pōt / niſi q: ꝑ hāc p̄ſumpⁿᵉᵐ indigni ſiūt. Nulla
āt p̄ſumptio idignū reddit / niſi mortalis. Propter
veniale q̄ppe pctm̄ nō ſit qs idignus ep̄atu. vt ēt. s̄.
dcm̄ eſt. Alias nullus penit⁹ fuiſſet vnq̄ꝫ dignus: cū
nullus ſit hō q nō peccet / ēt iuſt⁹ ſepties ī die. Eadē
aūt rō quo ad deformitatē act⁹ eſt de petēte ⁊ de ap
petēte. Iudicāda eſt ergo vt mortalis ⁊ grauiſſima:
p̄ſumptio iſta. ¶ Preterea ſi appetere ep̄atū ordinā 4ᵒ.
do ipm̄ in honores aut diuitias eſt ꝓculdubio pctm̄
mortale ex ſuo gn̄e / vt. s̄. ī deductiōe pᵉ ꝯⁿⁱˢ. ſcti Th.
fatet̄ ēt Caie. cur nō erit ēt ⁊ magis pctm̄ mor. ordi-
nādo ipm̄ in celſitudinē gradus / ſi celſitudo hec ab
ep̄atu diſtingᵗᵘʳ: vel ſiſtēdo ꝑ appetitū in ipſo ep̄atu
rōne qua celſa quedā dignitas eſt / tanq̄ꝫ ī fine: Cer-
te nulla diuerſa ratio reddi poteſt. vt de ſe patet.

## Peruerſa tertiæ cõcluſionis expoſitio quã Caie. affert, impugnatur. Cap. XI.

3ª cõcluſio ſácti Tho.

**Tertia** concluſio ſancti Tho. vbi. ſ. talis ponitur. Appetere proximis prodeſſe/ eſt ſm ſe laudabile ⁊ virtuoſum. ¶Hanc concluſionem Caietanus etiã peruertit dicens ꝙ per ly proximis prodeſſe/ intendit. s. Tho. operationẽ epiſcopalem: ita ꝙ ſenſus concluſionis ſit iſte. Appetere operationẽ epiſcopalẽ/ eſt ſm ſe laudabile: vt ſic operatio epalis ſit res appetita ⁊ ratio appetendi.

Impugnatio peruerſe expõnis.

¶Sed male interpretatur ac tenebris inuoluit clariſſimam litterã ſancti Tho. Neqʒ enim ſenſus concluſionis huius eſt is quẽ affert expoſitio iſta. cũ cõcluſio vera ſit/ ⁊ ſenſus ille falſiſſimus. vt in ſuperioribus ex doctrina ſcti Tho. manifeſte deductum eſt. Neqʒ enim. s. Tho. in illa cõcluſione accepit operationem ordinatã ad ſalutem proximorũ/ operationem epalẽ: ſed preciſe ⁊ ſm ſe vt talis operatio eſt/ ⁊ ex tali fine: vt proximis inquã proſit. Que quia vt ſic nullã habet preſumptionẽ annexam/ nec alia deformitate maculaẽ/ eo ꝙ finis optim⁹ ſit ⁊ circa debitam materiã verſeẽ actus: ideo nimirũ ſi eſt actus ſm ſe/ hoc eſt ex ſuo genere/ laudabilis. In hoc autẽ coniunctũ qđ eſt operatio epalis ſi tendat appetit⁹ ſm ſe. i. vt talis operatio eſt/ epalis inquaʒ/ non ſolũ non eſt ſm ſe/ hoc eſt ſub predicta ſua ratiõe/ laudibilis appetitus ille/ verũ etiã nec abſolute laudabilis eſt: ſed ſolũ qñ circũſtantijs in quarta cõcluſione explicandis honeſtaẽ. Sine eis enim potius videẽ apperens preſumptuoſus/ vt ibi dr̃ ⁊. ĩ. declarabitur. Qz aũt hec ſint de intentiõe. s. Tho. in littera/ patet expreſſe. Sic. n. ait. Appetere proximis prodeſſe/ eſt ſm ſe laudabile ⁊ virtuoſum. Verũ qz prout eſt epalis actus/ habet annexã gradus celſitudinẽ/ preſumptuoſum videẽ ꝙ aliquis preeſſe appetat ad hoc ꝙ ſubditis proſit. In quibus quidẽ verbis. s. Doctor inuit vnã diſtinctionẽ q̃ talis eſt. Actus q̃ eſt appetere ꝓximis ꝓdeſſe põt capi duob⁹ modis. vno mõ ꝓut ꝓximis ꝓdeſſe/ eſt act⁹ epalis hñs annexã gradus celſitudinẽ. Alio mõ ſimplr̃ ⁊ abſo^te^ ſeu ſm ſe/ nõ cõſiderando connexionẽ quã hʒ cuʒ celſitudine gradus epalis. Hoc ſcdo mõ talis appetit⁹ eſt act⁹ de ſe laudabilis: ⁊ hoc ꝓdit hec 3ª ↄcluſio. vnde dicit ꝓximis/ ⁊ nõ dicit ſubditis. Primo vero mõ videẽ preſumptuoſus/ nõ imminente manifeſta neceſſitate: qđ exprimit 4ª concluſio/ paulo infra ponenda ⁊ declaranda. vnde dicit ſubditis/ ⁊ non ſimplr̃ proximis. Si aũt hunc actũ qui eſt ꝓximis prodeſſe accepiſſet in 3ª concluſione primo modo. iam eodẽ mõ iuxta tertiã ſicut iuxta quartã concluſionẽ eſſet talis appetitus ſm ſe laudabilis vel non laudabilis: videreẽ preſumptuoſus vel nõ videreẽ. cuius oppoſitum prodit littera q̃ʒ aperte.

## Peruerſa quartæ concluſionis diui Thomæ expoſitio per plurima Caie. dicta, ſerioſe recitatur. Cap. XII.

4ª cõcluſio ſácti Tho.

**Quarta** cõcluſio ſancti Tho. ſm Caietanuʒ vbi. ſ. talis eſt. Appetere epiſcopatum vt proſit ſubditis / preſumptuoſum videẽ: niſi manifeſta neceſſitate imminente: preſertim cuʒ aliquis charitatis zelo diuinitus ad hoc incitatur.

¶Circa hanc aũt concluſionẽ ſub hac forma poſitã/ Caietanus multa dicit. Et primũ quidẽ dictum ei⁹ eſt/ ꝙ ideo. s. Tho. non dicit preſumptuoſuʒ eſt/ ſed preſumptuoſum videẽ: qz noluit diffinire hmõi appetitum eſſe preſumptuoſuʒ/ ſed voluit dicere ꝙ habet preſumptionis ſpeciẽ: vt ſi non malus/ ſaltẽ habeat ſpeciẽ mali. Scriptum eſt autẽ. Ab omni ſpecie mala cauete vos. — Pᵐ dictũ Caietani falſum.

Scdm dictum eius eſt: ſanctuʒ Tho. ibi nõ ponere hanc concluſionẽ vt veram vniuerſaliter/ ſed tantũ vt in pluribus. ⁊ propterea excipit ab ea. — 2ᵐ.

Tertium eiuſdem dictum eſt ꝙ. s. Tho. duas facit exceptiones/ quarum tamen quelibet eſt per ſe ſufficiens ad remouẽdã preſumptionẽ ab huiuſmodi appetitu. — 3ᵐ.

Quartum dictum eiuſdem eſt ꝙ declarando primã exceptionem monet attendendũ ne quis ſeipſum ſeducat extimando neceſſitatẽ imminere/ vbi neceſſitas forte non eſt. Nec mirum (inquit) ſi teipſum fefelleris/ cum Helyas decept⁹ fuerit putans ſe ſolũ euaſiſſe in diuino cultu. Oportet igitur vt talis neceſſitas manifeſta ſit. — 4ᵐ.

Quintum dictum eiuſdẽ eſt hoc ꝙ monet omnes dum ſcdam exceptionem declarat/ vt diligentiſſime conſiderẽt ly diuinitus: quoniã (inquit) charitatis zelum multi poſſunt ſibi promittere ſe incitantẽ/ dum dicunt/ ſcio ꝙ non me mouet aliud q̃ʒ zelus animarũ. Sed ꝙ hmõi incitatio diuinit⁹ veniat/ nemo põt cognoſcere/ niſi aliqđ ſpeciale teſtimonium diuinitus adſit. vt de Iſa. conſtat ⁊c. — 5ᵐ.

Sextum eiuſdẽ dictum eſt ꝙ predictus appetitus epatus vt ſubditis proſit: ex hoc ꝙ aliqñ eſt licitus/ conuinciẽ non eſſe ex ſuo genere illicitus. Ex quo infert ꝙ nõ eſt facile iudicandus mortalis ex circũſtãtijs particularibus. Immo attenta tanta neceſſitate eccleſie carentis viris qui habeant conditiones ab Aplo poſitas pᵉ Thi. 3°. digno epo debitas. vʒ ꝙ ſit irreprehenſibilis/ ſobrius/ ornatus/ prudens/ pudicus/ hoſpitalis/ doctor/ non vinolentus/ nõ percuſſor/ modeſtus/ non litigioſus/ non cupidus/ ⁊ domui ſue bene prepoſitus. põt (inquit) is qui habet has conditiones ⁊ nõ eſt alias impeditus/ appetere ſine peccato epiſcopatuʒ vt proſit. Qz ſi etiam hmõi neceſſitatis oculus deficeret/ nõ niſi venialiter peccaret/ rõne (inquit) nõnulle preſumptionis qua ſe in animo ſuo alijs prefert. Alijs autẽ (inquit) dico/ non ſolũ quibus preeſſe deſiderat/ ſed qui forte melius q̃ʒ ipſe locũ illius epiſcopatus occuparẽt. — 6ᵐ.

Septimũ dictum eiuſdeʒ eſt ꝙ propter hoc ſcʒ peccatum veniale. inuenti ſunt ſcti viri qui epatuʒ fugerent. vt Ambro. ⁊ Martinus ⁊c. Hec ex illo. — 7ᵐ.

## Primum Caietani dictum pariter & ſecũdum, impugnatur. Cap. XIII.

Contra primum dcm̃ Caietani.

**Quamuis** auteʒ ex premiſſis poſſit facile patere peruerſitas huius expoſitionis atqʒ decurſus: nihilominus vt facilius a tãto periculo poſſit oĩs etiaʒ de ſe incautus liberari/ hec premiſſa ſua dicta per ſingula/ omneʒ detegens ac eliminans falſitatẽ examinabo. Primo igiẽ quãtum ad ipſam concluſionẽ ſciendũ ꝙ. s. Tho. non ſic eam nude proponit/ ſed rõni coniunctã. Poſtq̃ʒ. n. dixit ꝙ appetere proximis prodeſſe/ eſt ſm ſe laudabile ⁊ virtuoſum. ſubdit immediate. Verũ qz vt eſt epalis actus/ habet annexã gradus celſitudinẽ/ preſumptuoſum videẽ ꝙ aliquis preeſſe appetat ad hoc ꝙ ſubditis proſit/ niſi manifeſta neceſſitate imminẽte. quaſi dicat. Licet finis vltimus ſit ſm ſe laudabilis/ qz tamẽ appetere epatũ rõne celſitudinis/ eſt ſm ſe p̃ſumptuoſuʒ (hoc. n. iã p̃miſerat ⁊ per ſacras litteras aperte probauerat) ideo iſte quoqʒ appetitus abſolute videẽ p̃ſumptuoſus. Regulare quippe eſt in moralibus ꝙ cũ cadit actus ſup indebita materia/ abſolute ⁊ ſimplr̃ malus eſt/ ẽt ſi ad finẽ ordineẽ bonũ. vt docet. s. Tho. 22ᵉ. q. 100. ar. 3./ ⁊ Mal. q. 7. ar. 11. Ex his pʒ Caietanum in primo ſuo dicto deficere. Neqʒ enim. s. Tho. ex hoc dixit/ videtur preſumptuoſum/ ⁊ nõ dixit. eſt p̃ſumptuoſum/ qz ſic appetere nõ ſit abſolute p̃ſumptuoſum. aut qz de hoc dubitauerit/ ⁊ ideo noluerit diffinire: ſʒ hoc ideo dixit qz poterat cõtingere ꝙ talis actus/ qui de ſe eſt preſumptuoſus/ tũc non eſſet malus/ qñ vʒ circunſtantijs illis duabus honeſtareẽ. Ad modũ quo quilibʒ doctor poſſet ſub hoc mõ loquendi populũ inſtruere dicendo ꝙ furari vt inde deẽ elemoſina/ videẽ iniuſtum/ niſi neceſſitate iminente: cuʒ p̃ſertim hi qui fame pereunt non põt hoc per ſe facere. quaſi dicaẽ. ex vna parte videẽ iuſtum/ ex bono vʒ fine: ⁊ ex alia iniuſtũ: licet in caſu poſſit actus iuſtificari. Neqʒ. n. eſt dignus tali incõſtantia notari. s. Tho. vt qđ paulo ante abſolute dixit eſſe p̃ſumptuoſum/ iam ponere dicaẽ ſub dubio. Peculiaris etenim eius glia ſp fuit determinare determinãda in locis ſuis. Ex dogmate vero Caietani ſequunẽ contradictoria. Sequitur enim ꝙ actus talis/ malus nõ ſit/ ſed ſpẽm mali habeat: ⁊ iterũ ꝙ malus ſit eo ꝙ nõ cauerit ſic appetẽs ab omni ſpecie mala/ ↄtra monitũ Apli. Et ↄñr ſm ẽt Caie. non debuiſſet. s. Tho. dicere. videẽ. ſʒ eſt p̃ſumptuoſum. Et ſi ſm eũ eſt licitũ in tanta neceſſitate appetere epiſcopatũ eum qui hʒ meliores ſe et magis idoneos/ debuiſſet dicere. s. Tho. nõ eſt p̃ſumptuoſum non ſolũ qñ nullus inueniẽ qui velit p̃eſſe. ſed ẽt qñ plures inuenirenẽ ⁊ meliores. que oĩa manifeſte repugnãt littere. Non ergo alia ratiõe dixit. vr̃. ⁊ nõ dixit. eſt p̃ſumptuoſum/ niſi qz in caſibus a ſe explicatis non eſt preſumptuoſum. vt dictum eſt. Preterea hoc verbũ videẽ. non ſemper ĩportat dubietatẽ ſeu non determinationẽ in doctrina/ ſʒ multotiẽs eſſe apparẽs. Et ſic non ſolũ includat eſſe/ ſed ſuperaddat etiã euidentiã ſeu apparẽtiã. Vt licet intueri ẽt in ꝓceſſu Ariſtotelis. qui in rebus ẽt manifeſtiſſimis vtiẽ hoc modo loquẽdi. ſicut ex infinitis locis/ in tribus nũc occurrit. ſ. p° de Anima t. c. 2. ⁊. 11. ⁊ in 2°. t. c. 43. Et ſimilẽ modũ loquendi ſctũs Tho. ẽt obſeruat in tradendo doctrinã ſuam/ vt lʒ cognoſcere in locis innũerabilib⁹. ſʒ ꝓ nũc duo tm̃ videanẽ. ſ. ar. 2°. ⁊ 3°. q. 50. pᵉ partis. ¶Quantuʒ ad 2ᵐ dictum Caietani pʒ ꝙ non niſi voluntarie contra ſuum doctorẽ loquiẽ: dum dicit ꝙ cõcluſio illa non eſt vera vlr̃. Neqʒ enim excipit. s. Tho. a tota cõcluſione ſed a prima parte. Nam ipſa concluſio. s. Tho. ab Caietano ꝓpoſita: exceptionẽ in ſe claudit. Quo ergo. s. Tho. excipit ab ea: Primã ergo parteʒ promit tantum modo. s. Tho. eſſe vniuerſalr̃ verã preterq̃ʒ in duobus caſib⁹ explicatis.

## Tertium Caietani dictum in peruerſa expoſitione quartæ concluſionis ſcti Tho. falſum eſſe defenditur. Cap. XIIII.



**Quo** ad 3ᵐ Caietani dictũ/ diligenter cõſiderãdum eſt ꝙ eccleſia dei nõ ſolum vniuerſalis verũ etiã ſingularis/ que tñ perfecta eſt per fidei integritatẽ ⁊ ciuiuʒ vnitatẽ complectentẽ perfecte vitam politicã ⁊ moralem qualis eſt oĩs epalis/ deſignatur in canticis per dilectaʒ ⁊ ſponſam/ q̃ ſemꝑ ſponſum ⁊ dilectũ quantum eſt ex parte xp̃i/ paratum habet/ cui (ſi faciant homines qđ ĩ eis eſt iuxta mãdata dñi) dicere poſſit. Obſculeẽ me oſculo oris ſui. Et cuius pulchritudinẽ deſcribat dicens. Dilectus meus cãdidus ⁊ rubicũdus electus ex milib⁹. Cãdidus inquã per conſcientie puritateʒ. iuxta illud Apocal. 3°. Suadeo tibi emere aurũ vt veſtimẽtis albis induaris: ⁊ per ſapientie claritatẽ. de qua ſapientia dr̃. Sapientie. 7°. Candor eſt. n. lucis eterne. Rubicũdus per charitatẽ. iuxta illud Apoca. 1. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis noſtris in ſanguine ſuo. Elect⁹ ex milib⁹. i. ex tota cõgregatione vt precellens: quã ẽt excellentiã electio canonica ſpũ ſctõ auctore manifeſtat. Si aũt non diuinã inſpirationẽ electores attendant. ſed aliunde moueanẽ/ cõtingit eccleſiã etiam ſi cerimonijs ſponſum hẽre videatur/ animarũ pati ſeuiſſimũ hoſtem/ non ſponſi charitate frui. Non tñ deeſt in illa ecclia vel certe in vniuerſali/ qui idoneus ſit ⁊ a deo p̃paratus: lʒ peruerſitas hominũ ſepe tales poſtponat indigno. Semꝑ auteʒ dignũ aliquem a deo eſſe paratũ conſtat aperte tam in nouo q̃ʒ in veteri teſtamẽto/ qñ etiam ob ꝑſequutiones tyrannorũ ſeuiſſimas videbaẽ dei cultus totaliter exinanitus. Sicut accidit tẽpore ꝑſequutionis Achab ⁊ Ieſabel/ qñ videbaẽ ſolus Helyas relictus inter Prophetas: cum tñ plurimi etiã fideliſſimi dei cultores inuenti ſint. vt habetur 3ⁱⁱ Reg. 19. Similr̃ poſt xp̃m quanto maior videbaẽ perſequutio deſeuire/ tanto plures xp̃i milites inueniebanẽ: ⁊ fideliũ multitudo in dies augebaẽ. Verum licet fideles eſſent: non oẽs tamen erãt eque p̃fecti: ſʒ neqʒ tante ſanctitatis oẽs erant/ vt non ↄcurerenẽ timore penarũ: ⁊ ↄñr (iuxta conſiliũ domini) fugerent perſequutores ſuos de ciuitate in ciuitatẽ. Neqʒ eniẽ tenenẽ omnes eſſe p̃fectiſſimi. Quo fiebat vt dignitatem epalem plurimi qui idonei fuiſſent/ acceptare nolebãt oblatã/ eo ꝙ talis tenereẽ pro ſalute gregis primũ ſe lupis opponere. ⁊ ſic ille qui plebibus preerat/ primus ẽt ad tormenta ſepius trahebaẽ. vt dicit beatus Greg. in Paſtora. Qua rõne contingere poterat pro tẽpore non inueniri qui vellet epatũ ſuſcipere. In tanta igiẽ eccleſie neceſſitate poſſet aliquis qui ſe alias indignũ pro certo neſciret/ nedũ deſiderare epatum/ verũ etiam ſe offerre pro zelo ſalutis animarũ ad epatus onus ſubeundũ. Poteſt eniẽ iudicare talis ꝙ idoneus ſit ⁊ domini voluntate ad hoc onus ſubeundũ deſtinatus: dum ſcit deũ nõ derelinquere eccleſiam ſponſam ſuam ſine preparato ſponſo ſummi ſponſi Vicario. vt ſupra dictuʒ eſt. ⁊ alium pro tunc non cõtingere inueniri. Mali enim multo magis fugerent in caſu q̃ʒ boni. A ſufficienti ergo diuiſione concludere talis poſſet ꝙ ſibi reſeruaretur a domino quod alij ſubire fugerent. Vnde non peccaret deſiderãs epatũ/ atqʒ ſe tunc offerẽs: immo mereret/ preſertim ſi charitatis zelo mouebi-

tur qñ oẽs alios appetitus tpales a ſe relegabit/ad
ſalutẽ animarũ ſolum hñs oculos apertos/pro qui⸗
bus paratus eſt imminentẽ ſubire mortẽ. Quis eni
in tanta preſſura/charitatis zelũ negabit? De pdi⸗
cta ſola neceſſitate ſe loqui. s. Th. aperte demõſtrat.
Talem aũt in caſu ad hoc diuinitus inſpirari/licet
nullus habeat dubitare/nihilominus certiori aliquo
ſigno vel reuelatione cõtingit aliquẽ ad hoc incita⸗
ri. Et tunc ſi ẽt predicta neceſſitas nõ eſſet/ merito⸗
rie tñ quilibet acquieſceret dñi voluntati. ſicut ap⸗
paruit in electione Nicholai/Gregorij. ⁊ aliorũ plu⸗
rimorũ ſanctorũ patrum. Duplicẽ hunc caſum quo
põt honeſtari ⁊ meritorius fieri appetitus epatus/
exprimit vbi. s. s. Tho. Sic. n. dicit. Preſumptuo⸗
ſum videt̃ q aliquis preeſſe appetat ad hoc q ſub⸗
ditis proſit niſi manifeſta neceſſitate imminente/ſi
cut Greg. dicit in Paſtorali q tunc laudabile erat
epatum querere qñ per hunc quẽqȝ dubiũ non erat
ad ſupplicia grauiora puenire. Unde nõ de facili in
ueniebat̃ qui hoc onus aſſumeret. preſertim cum ali
quis charitatis zelo diuinitus ad hoc incitat̃. ſicut
Greg. dicit in Paſtorali. q Iſaias prodeſſe pximis
cupiens/laudabilr̃ officiuȝ predicationis appetijt.
hec ille. Cognouit aũt Iſaias ſpãli ſigno q ad hoc
diuinitus incitabat̃/qñ ſe vidit per altaris calculũ
eſſe purgatũ. Unde Greg. vbi. s. dicit Iſaias q mit
ti voluit/ante ſe per altaris calculũ purgatũ vidit:
ne non purgatus quis adire ſacra miſteria audeat.
Quia ergo valde difficile eſt purgatũ ſe quẽlibet poſ
ſe cognoſcere/predicationis officiũ tutius declinat̃.
hec ille. Et loquit̃ non de officio predicãdi ſimplr̃: ſȝ
de officio paſtorali cui neceſſario annectit̃ predica⸗
tio. vt pȝ ex titulo ⁊ intentione libri illius. Suppo⸗
nit enim Greg. q articulus ille neceſſitatis modo
nequaquã occurrat/pace data eccleſie.

## Euaſio quædam præcluditur. & admoni⸗ tio Caieta. cum ſale acceptat̃. Ca. XIIII.

Euaſio.

Sed dicet forte aliqs q eiuſdem rõnis videtur
eſſe neceſſitas qua timore penarum fugiũt
boni paſtores/⁊ neceſſitas qua nũc eccleſia caret bo
nis paſtoribus ex mala puiſione: eo q non ſemper
meliores ſed qñqȝ ditiores ⁊ qui plures offerũt nũ⸗
mos pinguiores ⁊ honorabiliores obtinent epatus/
qd proh dolor ẽt auditu eſt horribile cũ ſit corã deo
⁊ angelis eius execrabile ac ſupra modũ abbomina
bile. ¶ Reſpondet̃ q non eſt eiuſdẽ rõnis neceſſitas
hec ⁊ illa. Quia in hac nõ fugiunt boni ſicut in illa
dum eligunt̃. Neqȝ. n. habent fugiendi ſtimulum in
iſta ſicut in illa. Que ſi nunc imineret/ crediderim
ego q illi qui pro ſe quẽpiam rogare/⁊ electores iu
ramento aſtringere vt ſe eligãt in Pontificẽ/dicũt
ex excellentiſſima charitate procedere/ iam epatuȝ
non deſiderarent vt pximis prodeſſent. Excuſarent
enim ſe facile q ad hoc pro tũc diuinitus nõ incita⸗
rentur: ⁊ ideo ne forte tũc eſſent aut viderent̃ pre⸗
ſumptuoſi/talẽ epiſcopatũ fugerent ⁊ horrerent. Oc
currere aũt magis ac facilius quiſqȝ põt preſenti ne
ceſſitati q̃ȝ illi. Boni ſunt. n. ⁊ idonei plurimi/qbus
ſine pctõ poſſumus epiſcopatũ deſiderare/⁊ honeſto
titulo electoribus vel qbuſcũqȝ prouiſoribus eos of⸗
ferre/⁊ ad eligendũ tales prouocare: qd circa ſe attẽ
tare quiſqȝ prohibet̃ vt abbominabile. Sicut autem

Impugnatio.

quiſqȝ melius ſeipm cognoſcit q̃ȝ alios/ ita ẽt ſeipſȝ
plus diligit/vt poſſit vehemẽs amor oculos obceca⸗
re/putet qȝ ſe idoneũ cuȝ non ſit: ⁊ ob hoc nullus dȝ
tale quid de ſeipſo preſumere qd poteſt de proximo/
ſiniſtra q̇cũqȝ intentione ſummota. ¶ Admonitio
vero quã 4° loco ſubnectit Caieta. acceptanda eſt: ⁊
exemplũ de Helya eſt quidẽ ad propoſitũ declarãde
neceſſitatis: licet qñqȝ non vere ſed opinante: nõ ta⸗
men ad propoſitũ principalis ſue intentionis/ quaſi
Helyas ſub hoc errore pſulatũ deſiderauerit vt pro
ximis prodeſſet. Neqȝ enim Helyas legit̃ principa⸗
tum aut ſacerdotiũ deſideraſſe errore illo deceptus:
neqȝ ſi deſideraſſet/ob hoc pctm̃ aliqd incurriſſet:
cum errorẽ illum nõ incurrerit ex negligẽtia: quia
quantũ ad exteriorẽ apparentiã non errabat/ſed ſic
erat. Cuius ſignũ eſt/q non niſi diuina reuelatione
de oppoſito certificatus eſt. Et pari mõ in caſu/ſi fa⸗
cta diligenti inqſitione quantũ decet humanam co
gnitionem/nullus ob penurũ metum inueniret̃ qui
vellet epatum acceptare/poſſet qs ſine peccato ſe⸗
ipſum offerre. Qȝ ſi ponat̃ q Helyas ſic peccauerit
(qd tamen abſit a fideliũ cordibus credere) quanto
maiori pſumptionis macula ſordidabit̃ qui nõ ſo⸗
lum talis neceſſitatis articulo ceſſante/verũ etiã qñ
plurimi inueniunt̃ idonei/⁊ ſuo etiã iudicio magis
digni q̃ȝ ipſe ſit/ſeipſum oibus preferens offert/ ne⸗
dum deſiderans. verũ etiã petens epiſcopatũ: ⁊ tan
ta inſtantia vt non ſolũ data copioſa pecunia electo
ribus/ne aliũ a ſe indignum reputatũ eligant/adiũ
ctis precibus eos incliner/quin ẽt iuramẽto votoue
aſtringat vt ſe eligant. vti Caie. dicit nõ modo lici⸗
tum verũ etiã ex excellentiſſima procedere charita⸗
te: Attendant igit̃ qui ſic dicunt qualr̃ ſibijpſis cõ⸗
ſtent ⁊ veritati. ¶ 5m aũt dictum Caie. optimuȝ eſt.
De expreſſa. n. diuina excitatione/ita q ex ſpãli ſi⸗
gno diuinitus dato procedat/intẽdit illa exceptio.
Nec pter hoc ſequit̃ quin ẽt ſine eo poſſit qs in ma
nifeſta neceſſitate de qua. s. deſiderare epatum: non
quidẽ qȝ tunc cognoſcat p certo ſe hẽre charitatis
zelum diuinitus. ſed qȝ ſcit q non pter gradũ celſi
tudinis/neqȝ pter tpalia cõmoda/ ſed pter zeluȝ
ſalutis animarũ tantummõ mouet̃. Et dum cogno
ſcit q deus eccleſiã ſuam nõ derelinqt ſine prepara⸗
to a ſe idoneo paſtore: ⁊ tũc alius non occurrit q ve⸗
lit: ſibi reſeruatũ onus ↄcludit/pſuadens ſibijpſi q
ex diuina miſericordia in grã dei ſit: cum oppoſituȝ
in ſe nullo ſigno ſuſpicet̃: quãuis de hoc certus eſſe
non poſſit.

Ad 5m Caietani dictũ.

## Vltimum dictum Caietani impugnatur. Capitulum. XV.

Quantum vero ad 6m dictũ errat Caieta
nus. Pro quo ſcienduȝ q illa
regula. vȝ. Actus qui eſt qñqȝ licitus ⁊ qñqȝ illici⸗
tus/non eſt illicitus ex ſuo gñe. vera eſt. Similr̃ illa.
Actus ex ſuo gñe illicitus/nulla rõne vel circũſtan
tia poteſt fieri licitus/pariter vera eſt. Ex his autem
optime ſequit̃ q appetere epiſcopatũ abſolute ⁊ cõ
muniter ad omnẽ modum ⁊ omnẽ rationẽ appeten
di/nõ eſt ex hoc ſuo cõiſſimo genere malum. Alias
nunquã poſſet talis actus inueniri laudabilis aut
meritorius: cuius tamen contrariũ in duobus caſi⸗
bus eſſe conuincit̃ ex lr̃a ſancti Tho. Et tñ cum hoc
ſtat q



ſtat q appetere epatuȝ preter hos duos caſus/eſt ex
ſuo genere vel potius ex pluribus generibus pecca⸗
tum mortale. vt. s. probatũ eſt. Quod tũc maxime
eſt qñ quis tante pſumptionis iuenit̃ vt putet ſe ha
bere oẽs conditiones boni epi: ⁊ deſiderat epatũ nõ
obſtante q inueniant̃ alij qui ſe melius locũ illuȝ ⁊
dignitatẽ occuparent. Non. n. excuſat̃ talis preſum
ptio pter manifeſtam neceſſitatẽ ob hoc q eccleſia
careat viris idoneis. ſupponit̃. n. non carere. Neqȝ
qȝ ad hoc talis diuinitus excitet̃ charitatis zelo: cũ
nullũ ſpeciale ſignũ ſupponat̃ interuenire idoneum
faciens vel oſtẽdens deſiderantẽ. Unde non eſt talis
actus in caſu pctm̃ veniale rõne nõnulle pſumptio
nis: ſed mortale/qȝ hoc eſt nimie preſumptionis. vt
dicit. s. Tho. pter ſupbiã qua tales ſe dignos ⁊ pfe
ctos putãt: ⁊ propter iniuſtitiã qua ſe dignioribus
preponere non verentur. Neqȝ propter modicã fu⸗
giendam preſumptionem ſanctiſſimi patres noſtri
fugiebãt epiſcopatũ: ſed propter maximam eorum
humilitatẽ/qua ſe putabãt indignos ⁊ inſufficien⸗
tes ad tale grauiſſimũ onus portãdũ. Et ſi añ electio
nem de ſe factã talẽ dignitateȝ deſideraſſent: ipſi q̃ȝ
nõ ſancti ſȝ pſumptuoſi vel ambitioſi vel certe cupi
di viri fuiſſẽt: ſupbi ⁊ iniuſti. ¶ Nec valet excuſatio
quã affert Caietanus vbi ptractat immo peruertit
ſcti Tho. verbũ 22e. q. 100a. ar. 5°. ad 3m. dicentis. Si
aliqs pro ſe rogat vt obtineat curã aiaꝝ: ex ipſa pre
ſumptione reddit̃ indignus. ⁊ ſic pces ſunt p indi⸗
gno. Dicit. n. Caietanus q venialis vr̃ pſumptio qñ
periculũ iminet ſemp male puiſionis ſtãte hmõi cor
ruptela q pbi viri poſtponant̃. Et ſic pces nõ ſunt
pro indigno ſimplr̃/ſȝ ſm qd. Pȝ. n. ex pmiſſis qũo
pdicta pſumptio mortalis eſt de ſe. Neqȝ. n. quis ſit
indignus epatu vel cura aiarũ pp pctm̃/niſi ſit pec
catũ mortale. Qñ non põt veniale fieri quocũqȝ bo⸗
no reſpectu vel fine fiat. Nõ. n. ſunt faciẽda mala vt
eueniãt bona. Et peior eſt doctrina ⁊ ↄſiliũ Caieta.
ibi q qs poſſit petere pro ſe epatũ qñ clare cõſtat q
q niſi ipſe dignus petat: eccleſie illi male puidebit̃.
Supponit. n. poſſe clare cuipiã ſe dignũ eſſe cõſtare
preterq̃ȝ in pdictis duobus caſibus. qd tñ eſt falſum.
Cũ neqȝ ſe qſqȝ poſſit ſcire dignũ eſſe: neqȝ alios in
quos põt cadere puiſio eſſe minus dignos niſi ſupra
ſcriptis rõnibus aut cauſis. Nõ his pſumptuoſis acti
bus debemus pcurare bonos paſtores eccliꝛs/ſȝ apd
deũ per orõnũ inſtantiã: ⁊ hoc oẽs tãgit: ⁊ apud ho⸗
mines p doctrinã ⁊ efficacẽ ſermonẽ aut iformatio
nem qñ nr̃a intereſt. Nec eccl̃ia illa poſſet grãs refer
re ſi ex illa pſumptuoſa petitione eriperet̃ de manu
vnius lupi: qȝ ex hac ipſa petitiõe iciderer in manus
alterius/tãto peioris quanto callidioris: vt pote ſe
uitiã abſcõdentis ſub pelle ouina: palliando pſum⸗
ptuoſum appetitũ quaſi ſctm̃. Et minus xp̃s hũc ac
ceptaret vt fidelẽ negocij ſui geſtorẽ/ſȝ potius vt ſibi
aduerſariũ/cũ ſuperbia reſiſtat/eoſqȝ deprimẽdos
fore doceat. Quãuis. n. velit xp̃s vt humana ẽt rõ⸗
ne vtamur obuiãdo periculis eccleſiarũ ſuarũ: non
tñ rõne deprauata ſuperbia vel pſumptione vel qua
cũqȝ alia deformitate pctĩ. Etiã ſi videat̃ corruptũ
eccleſiaſticũ regimen (de quo dolendũ eſt) nõ pp hoc
hȝ qſq̃ȝ q poſſit petere curã animarũ. Nã iter alias
corruptiones hec vna eſt/q tales q petãt/plures in
ueniunt̃. Neqȝ corruptela quecũqȝ vigeat in eccl̃ia

põt cuicũqȝ pſtare q cognoſcat ſe dignũ eſſe ⁊ ſuffi⸗
cientẽ ad regẽdas aias. ⁊ ad hoc ipm petẽdũ ex cha
ritate moueri: qd tñ cognoſcere neceſſariũ ẽ ad hoc
q talis petitio careat pſumptione. Qȝ ſi aliqs poſſet
cognoſcere ſe dignũ pter caſus expſſos a. s. Th. qbus
vȝ liceat epatũ dſiderare/poſſȝ ẽt epatũ petere q ſic
ſe dignũ extiaret/ẽt ſi eccl̃ie regimẽ eſſet ſctiſſimuȝ.
Nũqd eſt malũ pro digno petere epatũ? Periculo⸗
ſum valde tale dogma eſt. Et eſt hoc aperire ianuaȝ
inferni/lubricũ parare cuicũqȝ ſuperbo vel preſum
ptuoſo/vt cõſiderãs in ſe aliquã virtutũ aut gratia
rum ſpẽȝ/pceps ruat in appetitũ ⁊ pcurationẽ epa
tus. Nõ talia docuerũt nos verbo ⁊ exẽplo ſctiſſimi
patres ⁊ doctores eccl̃ie. Aug°. Ioã. Chryſoſtomus.
Greg. Th. ⁊c. Nec fuerũt diminuti in doctrina ſua/
aut incõſiderati in zelo ſalutis aiarũ/vt ſolũ docue⸗
rint qd agendũ ſit. ꝯ. limites legũ ſeu ẽt abſolute: ⁊
non ẽt qd inter corruptiones eaꝝ fieri poſſit ⁊ qñqȝ
debeat. ⁊ in caſu neceſſitatis vel ſimplr̃ vel pro nunc
inter tales ⁊c. vt Caie. de eis nõ veret̃ inferre. Neqȝ
enim tpibus eoꝝ deerant corruptiones/qñ neqȝ de⸗
erant leges/q̃ pp trãſgreſſiões poſite ſunt. Neqȝ de
ficiebat eis ſapiã quã petẽtibus dat dñs affluenter/
qua poſſent ſua doctrina caſibus obuiare. quũ pſer⸗
tiȝ ⁊ caſus oẽs ipſi serioſe expſſerint/qñ iquã liceat
aut nõ liceat epatũ appetere. ⁊ ſũma ſolertia diſtin⸗
xerit actus oẽs deformes ſm varias pctĩ ſpẽs in ta⸗
li appetitu cõtingẽtes. A quorũ doctrina dũ iſte de
fecit/defecit a veritate in mã ſumme periculoſa. Et
ſic pȝ 2m principale qd aſſumpſimus declarare.

## Argumenta prius facta in contrariũ ſol⸗ uuntur: & primo primum. Cap. XVII.

Nunc 3° ſupeſt ſoluere argumẽta in principio
qõnis propoſita. Qñ ad pm dr̃ primo q
verbũ Apl̃i non eſt ꝯ premiſſam determinationeȝ.
Quia epatus opus/vtiqȝ optimũ eſt. ſaluti vȝ aia⸗
rum ſuperintẽdere. Unde quantũ eſt ex parte opis/
ipſum quoqȝ deſideriũ bonũ eſt. Uerũ qȝ epatus nõ
ſolum opus iportat/ſed gradũ atqȝ primatũ ſuper
animas/ex quo hẽat epũs tale opus exercere tanq̃ȝ p
prius pr̃ ⁊ paſtor: ad qd bene deſiderandũ/ exigit̃ p⸗
portio deſiderãtis. vt vȝ ſit idoneus ad talẽ gradũ/
ideo Apl̃s ſubiungit ibidẽ cõditiones ad hoc q ali
quis ſit dignus epatu dicẽs. Opȝ aũt epm ⁊c. Quas
quidẽ conditiones cũ nemo regulr̃ ſciat ſe habere/⁊
non poſſit aliqs pro certo extimare ſe illas oẽs hẽre
niſi ſuperbus. ideo niſi de hoc a deo certificet̃ / non
poteſt aliqs epatũ deſiderare/niſi ſuperbus ſit ⁊ pre
ſumptuoſus. Si autẽ in epatu deſiderato nõ ſolum
velit qs concludere opera debita epo circa curã ani
marum cũ ipſo primatu: verũ ẽt pdictas conditio
nes in bono epo requiſitas/tunc nihil aliud eẽt epi⸗
ſcopatũ deſiderare/niſi ſe fore illo dignum: ⁊ ſic rite
poſſe cure animarũ inſiſtere/earũqȝ pro viribus pro
curare ſalutẽ. Et talis vtiqȝ bonũ hoc opus hñ deſi⸗
deraret. vt docet. s. Tho. 22e. q. 185. ar. 1. Et hũc eſſe
ſenſum Apl̃i pȝ ex enũatis pdictis conditionibus:
q̃ſi diceret. Epatũ qui deſiderat/deſideret ẽt dignus
hoc miniſterio inueniri. Hoc. n. eſſet appetere ſtatũ
epatus quatenus pfectus eſt. Perfectionẽ aũt ſpũa
lẽ appetere/ſctũȝ ẽ. Et quãto intẽrior fuerit appeti⸗
tus/tãto maiorẽ ẽt in appetẽte ſanctitatẽ indicat.

3m principale. Ad pm.

Et propterea Greg. in Paſtor. primã illã Apli auctoritatẽ ptractãs dicit ꝙ Apls laudãs deſideriũ/ in pauorẽ protinus vertit qd laudauit dicens. Opꝫ aũt epm irreprehenſibilẽ eſſe ⁊c. Circa q̃ vba Gregorij conſiderandũ eſt ꝙ ſcti ac grauiſſimi ſancte mris eccleſie doctores antiq/ pauendũ dicũt epatũ deſiderare/ oblatũ renuunt/ electi fugiũt. eo ꝙ qlibet eoꝝ tã eſti ſctitate doctrinaqꝫ celeberrim⁹ fuerit/ indignũ tñ ⁊ minus idoneũ ad tantã ſe ſubeundã puinciam reputabat. ⁊ tñ tpibus iſtis infeliciſſimis nõnulli viri qui ſanctoꝝ doctoꝝ digni nõ ſunt corrigiã ſoluere/ epatus deſiderandũ ſanctificãt ⁊ publice cõmendant. 2° aduertendũ ꝙ deſideriũ illud Aplm commẽdaſſe intendit Gregorius rõne obiecti/ non autẽ rõne pportionis ſubiecti deſiderãtis ad obiectũ illud. Vñ in pſona Apli ſubdit ibi Grego. Laudo qd queritis: ſꝫ diſcite qd queratis. quaſi dicat. Ipm quidem queſitũ/ bonũ eſt: ſed diſcite qd queratis/ an vꝫ excedat vires veſtras. Hoc aũt diſcere quiſqꝫ dꝫ ab alijs/ ẽt ab his qui foris ſunt ſm Aplm. non autẽ a ſeipſo. ¶ Scdo ad idẽ argm eſt dicendũ ꝙ ſi ẽt ipſuꝫ actũ deſiderij qs velit ab Aplo cõmẽdari/ nõ niſi p determinato tpe verificat̃ Apli verbũ. Naꝫ ſm beatum Greg. in Paſtora. illo tpe hoc dixit Apls quo is qui plebibus pꝛerat/ primus ẽt ad martyrij tormẽta ducebat̃. Ex quo habet̃ ꝙ nõ niſi tpe neceſſitatis de qua in determinatione qõnis iuxta doctrinã ſcti Tho. dictũ eſt/ tale deſideriũ ab Aplo cõmendatur. Non ſunt aũt alr interpretãda verba Apli ⁊ ſacre ſcripture q̃ exponãt ſacri doctores. vt determinat̃ ⁊ precipit̃ in Concilio Lateraũ. ſub Leone. X. anno dñi. 1516. Oẽs aũt vnanimiter dãnant tale deſideriũ rõne exceſſus gradus epalis ad extimationẽ quã dꝫ quiſqꝫ regulr de ſe hẽre. ⁊ ſic rõe actus deſiderij niſi tpe neceſſitatis: nõ aũt dãnant illud rõne obiecti vl ſtat⁹ in ſe. Volũt ẽt ꝙ qlibet poſſit deſiderare ſe eſſe dignũ epatu/ ⁊ poſſit bona opa facere q̃ ptinent ad epm qñ contingeret ipm eſſe epm. Vt. s. Tho. ex intẽtione ſanctoꝝ doctoꝝ vbi. s. dicit. Vñ nõ niſi ↄtra intentionẽ ſancte matris eccle ⁊ ↄ̃ preceptum eius eſt/ alr interptari pdicta Apli vba/ ⁊ ↄñr ↄ̃ dei preceptum eſt abſolute epatũ deſiderare. Vñ Chryſoſtomus (vt vbi. s. s. Tho. inducit) ſic ait. Bonũ opus deſiderare bonũ eſt. primatũ aũt honoris cõcupiſcere/ vanitas eſt. Et iterũ. Primatũ eccleſie cõcupiſcere neqꝫ iuſtũ ẽ neqꝫ vtile. Quis. n. ſapiẽs vult vltro ſe ſubijcere ſeruituti/ ⁊ periculo tali vt reddat rõnẽ pro omni ecclia: niſi forte qui nõ timet dei iudiciũ/ abutẽs primatu eccleſiaſtico ſeculr: hec ille. Ecce ꝙ nõ obſtãte auctoritate Apli/ iudicat Chryſoſtom⁹ appetentẽ epatũ nõ timere dei iudiciũ/ ⁊ abuti velle epatu. q̃ quidẽ ſine pctõ mortali nõ contingunt. Vñ clariſſimũ eſt ſm ſanctos doctores ꝙ Apli vba non obſtant qn appetitus ille ſit pctm̃ mortale. Tabeſcant igit̃ de cetero ſemimortua virgulta: nec id audeãt qd aggredi cedri libani cõtremiſcũt: ⁊ in ſe ſuffodienda reducãt ſubdꝛta venena.

Ad confirmationem.

¶ Ad confirmationẽ dicendũ ꝙ ſi ẽt inducta vba Gregorij intẽdãt de Epatu/ quẽ tñ formalr non exprimũt/ adhuc contra determinationẽ nõ militãt. Pꝫ. n. ꝙ loquit̃ de eo qui iaꝫ vocatus eſt p electionẽ ad ſacerdotiũ. qd maxime indicat. ly accedat. Nullus. n. dꝫ accedere ad epatum. niſi qui vocatus eſt ad illũ. Accedit enim ad accipiendã poſſeſſionẽ/ quã indignus non debet capere: ⁊ qui indignum non ſe ſentit aut extimat/ nõ niſi cum timore capere dꝫ. vt ex Greg. verbis habetur.

## Secundum argumentũ ſoluitur cum ſua confirmatione, inde tertiũ. Ca. XVIII.

Ad 2m.

Ad 2m argm reſpondet̃ ꝙ anteqꝫ diuinitus notificet̃ ꝙ quis ſit dignus epatu pdictis modis vel ſupnaturalibus vel regularibus de qbus dictum eſt in qõne/ qlibet ſub pctõ mortali tenet̃ non deſiderare epatum. vt determinatũ eſt in qõne. Sꝫ poſtqꝫ per canonicã puiſionẽ qs electus eſt in epm/ vel in manifeſta neceſſitate/ aut diuina ⁊ ſupnaturali incitatione preuia/ eſt a deo vocatus tanqꝫ Aaron. põt ⁊ aliqñ debet acceptare epatuꝫ. Licet. n. ſit ſignũ profunde humilitatis/ ⁊ maximi timoris dei refutare vl nõ acceptare epatũ/ reputãdo inſufficiẽtiam ppriam/ aieqꝫ periculũ/ ne forte ſuccũbere cõtingat ſub tãta ſarcina/ qua rõne multi ſcti viri vl ſimplr epatum renuerũt/ vel inuiti tali oneri colla ſummiſerũt. non tñ peccat electus ſi acceptet: neqꝫ refutare tenet̃ iam acceptatũ: eo ꝙ iam remotũ eſt illud vñ fuerat ante illicitũ ⁊ pſumptuoſuꝫ/ epatuꝫ dico ne dũ ſimplr oblatũ acceptare/ verũ ẽt deſiderare/ non regularis inquã cognitio de idoneitate/ q̃ notificat̃ a dño per rite factã electionẽ. Unde confidẽs in eo q ſe vt idoneũ iudicauit/ epatũ acceptare põt/ ⁊ acceptando mereri. Sicut ſepe dictum eſt.

Ad confirmationem.

¶ Ad confirmationẽ rñdet̃ p ea q̃ iam determiata ſunt pcipue in reprobatione 4e ↄclonis Caietani: qꝛ vꝫ ſi actus cadat ſup materia indebita/ vel poſito ꝙ in ſe debita ſit mã/ ſi tñ eſt agẽti ipꝛoportionata/ reddit̃ ex tali mã vel improportione malus. In pp̄oſito igit̃ licet obiectũ ⁊ mã appetitus ſit qddã bonũ/ ipſa inquã dignitas epalis/ qꝛ tñ non cognoſcit̃ vocatione dñi (vt ipſe pmulgauit p Aplm debere cognoſci/ anteqꝫ qs per deſideriũ ſibi aſſumat eccleſiaſticũ honorẽ) ꝙ ſit dignus/ qui ſic deſiderat epatũ/ id ex ignota tali debita pportiõe ⁊ idoneitte/ peccat deſiderãdo. Promulgauit. n. dñs p Aplm ſuũ ꝙ anqꝫ per deſideriũ ẽt/ eccliaſticũ ſibi qs honorẽ aſſumat/ eſſe ſe dignũ cognoſcat p dei vocatiõeꝫ. ad Hebr. 5°.

Ad 3m.

¶ Ad 3m dicẽdũ eſt p idẽ. Quãtũcuqꝫ. n. finis vltimus epatũ deſiderãtis eſſet ſctiſſimus/ nõ põt tñ pdictuꝫ deſideriũ honeſtare: ſꝫ ob indebitã mãꝫ ⁊ improportionatã pdicto mõ deſideranti/ in ſua puerſitate relinquit̃. Si aũt mã debita ſit ⁊ cognoſcat̃ proportionata/ iam actus ex bono fine bonitatẽ determinate ſpẽi ſortiet̃. Et ſic intendũt Phi morales finem bonũ actui bonitatẽ ⁊ ſpẽꝫ moris dare. Preſũptuoſus ergo ⁊ ↄñr a diabolo excitatus cũ ſit hic appetitus epatus/ nõ põt ad ſctm̃ finẽ ex habitu virtutis ordinari/ ſꝫ ex velleitate quadã leui qñqꝫ cõtingit quẽpiã ſibi blãdiri vt videat̃ finẽ hunc actui dare/ quo poſtmodum ſi contingat voti compos effici/ nudum reddit actum ⁊ preſulatum. Sepe enim (vt btũs Greg. dicit in paſtor.) mẽs ſibi mentitur/ ⁊ fingit de bono ope amare qd non amat: de mundi aũt glia nõ amare qd amat. Cũqꝫ pcepto primitus officio pfrui cepit/ obliuiſcit̃ qcqd religioſe cogitauit. hec ille. Qd ẽt (vt. s. dictũ eſt.) quotidiana experientia demõſtrat. Multi. n. ſibijpſis blãdiunt̃/ ꝙ

intendant



intẽdãt hẽre curã aiarũ/ qui pn intẽdunt cure corporis ſui vel ẽt cognatoꝝ: maiorẽ adhibẽtes ſolicitudinẽ vt in dies abũdent honoribus ⁊ diuitijs/ qꝫ populũ ſibi ſubiectũ bonis moribus adornari: vel certe a malis actibus ⁊ diaboli laqueis liberari. Plures etiã apud ſe mente ptractant ꝙ bona plurima pauperibus ⁊ eccleſijs erogabũt: ſi fiant epi q facti/ potius eccleſias expoliant ac dirui q̃ ad diuinũ ⁊ ẽt tpalem cultũ pmittũt/ paupes litigijs ⁊ exactionib⁹ crudelr perſequunt̃. Nimirum aũt ſi tales mactant ⁊ pdunt oues dñicas/ qꝛ vere paſtores non ſunt/ ſed fures potius atqꝫ latrones eſſe ↄuincunt̃: eo ꝙ non intrauerunt per oſtiũ/ hoc eſt per chriſtuꝫ/ eius humanitatẽ imitantes quã ipſe ſectãdã pcipit dicens. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde. Sed aſcenderũt aliũde eleuati per ſcalas ſuperbie ⁊ ambitionis aut cupiditatis/ aut p ſaltum pſumptionis. Neqꝫ mirũ etiã ſi tales operant̃ cõtra eam quã ante ſuſceptum epatuꝫ ſibijpſis mentiebant̃ habere bonã intẽtionẽ: qñ quideꝫ tabeſcant rami arboris/ folia maceſcant/ fructus decidant ac depereant/ radice infecta.

## Quartum argumentum ſoluitur cum ſua confirmatione. Cap. XIX.

Ad 4m.

Ad quartum dicendũ ꝙ aliud requirit̃ ad hoc ꝙ aliqs poſſit iudicare ſeipſum idoneũ ad epatum/ ⁊ aliud ad hoc ꝙ iudicet aliũ epatu dignũ. ⁊ hoc dico ante canonicã electionem ⁊ ↄfirmationẽ. Cum. n. ad aſſumendũ honorem preſulatus oporteat hoiem vocari a deo tanqꝫ Aaron. iuxta ſniam Aplicam. non põt qs ſeipſum extimare dignũ/ niſi a deo certificet̃ ꝙ ſit dignus modis ſuperius expſſis. Ad hoc aũt ꝙ alius petatur in epm vt dignus/ non exigit̃ certa cognitio de idoneitate viri: ſed ſufficit opinio cauſata ex diligenti inquiſitione ⁊ ↄſilio facto ſup hoc. Pro cui⁹ certitudine poſtmodũ ſufficit cõe iudiciũ ⁊ cõe votum eligentium pro vna pte/ ⁊ ↄfirmatoris approbatio p alia. Lꝫ. n. deſit certa cognitio ſinguloꝝ de idoneitate electi/ cum tñ in noie dñi ↄgregant̃/ ipſo eodẽ dño Jeſu in medio eoꝝ poſito ⁊ dirigente corda/ non niſi idoneum ⁊ dignũ eligere poſſunt. Quia tñ contingit in multitudine qñqꝫ aliquos querere que ſua ſunt iuxta pprias paſſiones/ ⁊ nõ que Jeſu xpi/ queue ſancte matris eccleſie ↄcernunt ſpũalem pfectũ/ electio ipſa ſuperiori defert̃ examinãda/ ⁊ pro ſuo arbitrio cõfirmanda vel irritanda. Qui ſi fecerit qd in ſe eſt/ ad inqrendos (humano tñ ⁊ vrbano more) electi mores/ ⁊ reqſitas ad epm bonas in eo ↄditiones/ a dño ſilr dirigẽt̃ vt non niſi dignũ cõfirmet. Quãuis igit̃ ois hõ poſſit ſe bonũ eſſe credere qñ nihil ſibi ↄſcius eſt: hoc tamẽ nõ ſufficit ad hoc ꝙ poſſit ſine peccato epatum ſibi deſiderare: qꝛ nõ ſcit ſe a dño vocari vt dignuꝫ/ neqꝫ h̃ de ſe ſentire dꝫ pre humilitate. Neqꝫ dꝫ etiã extimare ſe perfectũ eſſe in gratia: qd tamen pertinet ad ſtatũ epalem. vt. s. oſtenſuꝫ eſt. Jura aũt allegata non loquunt̃ niſi reſpectu alterius a ſe. Nõ requirit̃ tñ ſemper euidens pbatio ad hoc ꝙ ab electore iudicet̃ quis nõ idoneus: ſed ſufficit probabile argumentũ cauſans opinionẽ. cõtra quã ſi eligeret/ peccaret. Facta aũt electione/ exigit̃ clara ⁊ manifeſta pbatio ↄ̃ electũ/ vt debeat quaſi indignus vel nõ idoneus pꝑter illam a cõfirmatore reprobari. Et de hac pbatione fienda in iudicio ↄ̃ electũ vel poſtulatum intendit inductũ vnicũ ca. de ſcrut. ⁊. d. c. Dudum. de preſump. Quod aũt addit̃ inueniri quoſdã qui ſe neſciant indignos/ verũ putamus. ſed hoc nõ ſufficit ad excuſandũ deſiderium illud a peccato. ſed exigit̃ vt quis ſciat ſe dignũ ⁊ habere oẽs ↄditiones ad bonum epm reqſitas: qd non niſi ſupbus ⁊ arrogans de ſe aſſerat niſi ſupradictis modis ſibi diuinitus innoteſcat. Et poſito ẽt caſu ꝙ quis non eſſet ſuperbus dũ putat in ſe habere oẽs illas ↄditiones ⁊c. non poterit tñ ſe excuſare qn ſit ſupbus/ ſi cunctis ſe pferat in quos põt electio cadere. qd tñ facit qui ſic epatũ deſiderat vt ſibi tanqꝫ digniori magis debitum. Quod ſi alios (vt debet) merito putat eſſe digniores: iniuſtus eſt/ dum pro ſe locũ ⁊ dignitatẽ ſuo deſiderio querit/ alteri magis ↄuenientẽ. Tenemur enim eligere illũ qui iudicio noſtro melior eſt/ ceteris paribus. vt. s. etiã dictum eſt ex doctrina ſancti Tho. ⁊ illi magis debetur epiſcopatus.

Ad ↄfirmationẽ.

¶ Ad ↄfirmationẽ vero dr̃ ꝙ lꝫ qs ſe melius cognoſcat quãtum ad interiorẽ intentionẽ ⁊ voluntatẽ qꝫ cognoſcat alium/ ⁊ hoc intẽdit Apls in allegata auctoritate. vñ dicit. q̃ ſunt in hoie ⁊c. ⁊ niſi ſpũs hois qui eſt in eo. tñ multitudo ↄgregata in noie dñi ⁊ cõſequenter ab eo directa qui corda hoium nouit melius qꝫ poſſit qs ſeipſum cognoſcere/ pelegit magis idoneũ vel in hoc/ vel ſaltem in alijs ↄditionibus ad idoneum epm reqſitis que parent ad extra. ⁊ ob hoc magis examinande ſunt iudicio alieno qꝫ proprio. Sepe. n. ex inordinato amore quo qs ſeipſuꝫ diligit/ in propriã erigitur extimationẽ quo ad talia magis qꝫ debeat. vtputa quo ad acqſitam ſciam/ naturalẽ prudentiã/ conſtantiã in rectitudine vite ⁊ operũ/ ⁊ ſimilibus: que melius in nobis ſub debita mẽſura librantur ab alijs qui nobiſcũ conuerſant̃/ ⁊ pcipue a patribus ⁊ ſenioribus/ qꝫ a nobiſipſis. Nõ ſufficit ẽt ſola bonitas morũ interior ad dignum epm/ ſed etiã exterior habitudo ⁊ diſpoſitio (in interiori tñ bona diſpõne fundata) qua gratus reddat̃ ⁊ amabilis vt pater/ metuendus vt iudex/ ſequẽdus vt paſtor. que oia melius in alijs ppendimus qꝫ in nobis. ⁊ nihilominus adeo neceſſaria ſunt/ ꝙ in eis pſtans/ ẽt ſi nõ preſtaret in morum grauitate/ dũmodo malus non eſſet/ preeligendus eſſet ſm. S. Tho. 22. q. 185. ar. 3. ⁊ quolibet. 8. ar. 6°.

## Reliqua quæſtionis argumenta diluũtur. Capitulum. XX.

Ad 5m.

Ad quintum dicendũ ꝙ talem appetitũ eſſe pctm̃ mortale rõne ſinguloꝝ que tangunt̃ in argumẽto pbatum eſt in corpore qõnis. Et de auaritia ſpãliter dictũ eſt ꝙ lꝫ nõ ſit ex genere ſuo cõiſſimo pctm̃ mortale: eſt tñ mortale pctm̃ in pp̄oſito ex genere ſuo ſpãli. tanqꝫ inquã propter mortalẽ iniuſtitiã/ qꝫ pꝑter mortalẽ pſumptionẽ neceſſario ↄiunctã. Idem dr̃ de iſta ambitione/ que non ſolũ de ſe/ ſed ẽt ex annexa mortali preſumptione/ mortalis eſt. Nec põt taliter appetẽs habere bonam intentionẽ/ neqꝫ ad dei laudẽ hunc ſuũ appetitũ ordinare/ cũ repugnet volũtati diuine. ſed ordinat potius actus epales ⁊ dignitatẽ ipſaꝫ in honores atqꝫ diuitias tanqꝫ in vltimũ finem ſui appetitus. Qd aperte exprimit̃ cũ dicit̃ ꝙ appetit quis

ep̃atum ꝓpter honores atq; diuitias. Et diſtinctio illa de fine appetitus ⁊ appetentis ſaluari nõ poteſt hic. vt probatũ eſt. Et qui putat ſe magis dignũ epiſcopatu q̃ alius quicũq; in eccleſia dei. tãta ex hoc ipſo cognoſcit̃ arrogantia ⁊ ſuperbia tumens/ ꝙ iudicat̃ alijs oĩbus minus dignus. Neq;.n. talis eſt dignus ep̃atu/ ſed extremo cõtemptu cum deriſione. Quis.n. auderet verbis ꝓprijs ſuadere populis vel prelatis/ ſe ceteris oĩbus eẽ digniorem vel certe dignioribus ſe ꝑeligendũ rogaret/ niſi qui ab oĩbus cõtemni ⁊ ꝓbro corã cunctis eẽ ſatageret? Cõis eſt.n. animi ꝯceptio talẽ eẽ ſuperbũ ⁊ p̃ſumptuoſũ/ imo corã oĩbus deriſibilẽ qui talẽ ſe habere appetitũ verbis oſtenderet. Appetitus ergo ille ẽt interior omni tali macula corã deo deformat̃/ non minus q̃ verbis exp̃ſſus in ꝯſpectu hoĩum. Neq;.n. verba ꝯtẽptibilẽ ob malas affectiones aliquẽ reddunt/ niſi q: mens ipſa ꝯtẽptibilibus illis paſſionibꝰ obligata/ eiſdẽq; ſubdita iudicat̃. Qua ergo fronte qs dixerit preſumptionẽ hanc maximã/ non eẽ letalẽ? Nulla eſt maior ſuperbia/ ſociata grauiſſima iniuſtitia ⁊ iniuria erga proximũ perfectũ ſciã ⁊ moribus: nulla põt inueniri maior preſumptio/ q̃ velle hoĩbus ep̃atu dignis ⁊ ꝯñter ꝑfectis/ ſeq; ꝓprio ẽt iudicio dignioribus/ dñari. Similis.n. talis eẽt illi qui dixit. In celum cõſcendã: ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meũ. Immo peior eſt illo: q: nullũ hẽbat ille ſuperiorẽ cui preeẽ aut dñari cuperet. Vñ timendũ eſt illi qui talia ſequi peruerſa dogmata auſus fuerit taliq; ſordidiſſimo deſiderio affici/ ne ſuper illũ dñica ſñia deſcẽdat. Qui ſe exaltat humiliabit̃. quã propheta plurimum ꝑtimeſcens dicebat. Dñe non eſt exaltatũ cor meũ/ neq; elati ſunt oculi mei. Timendũ eẽt valde/ ne ſi ſilis fieret in culpa vl̃ deterior/ ſimili quoq; pena vel grauiori plecteret̃ qua dictũ eſt ꝑ illi ſuperbo. Verũtñ ad infernũ detraheris in ꝓfundũ laci.

Ad 6m. ¶ Ad 6m dicendũ ꝙ appetitus ep̃atus iuxta tenorẽ quatuor principaliũ concluſionũ que in qõne ꝓbate ſunt/ eſt de ſe malus/ ⁊ de ſuo genere pctm̃ mortale: ⁊ pro nullo caſu põt eẽ bonus. Et cum dr̃ ꝙ liceat appetere in duobus caſibus ep̃atum ꝓpter ſalutem proximi. Rñdetur ꝙ caſus illi duo non hñt rõnem circũſtantiarũ ſimplr̃/ ſed variantium ſpẽm actus/ inquãtum mãm ꝑ indebitã ⁊ improportionatã/ reddunt debitã. vt ex hoc ipſo tollat̃ p̃ſumptionis deformitas qua prius actus ille ex ipſa ſua ſpecifica rõne malus erat: ⁊ illa ſtante/ nõ poterat ẽt per dei potentiam eẽ bonus. Quod ẽt ex eo qd̃ argm aſſumit exẽplum/ manifeſtat̃ clariſſime. Nullus.n. negat inter catholicos/ fornicationẽ ipſaz eẽ de ſuo genere peccatum mortale/ vtpote actũ diuino iure ꝓhibitum. Et ſm̃ hanc ſuam ſpẽm qua ponit acceſſum ad non ſuam/ nunq̃ põt fieri bonus actus/ ẽt per dei potentiam. A quo tñ ſi predictũ formale deformatiuũ remoueat̃/ ⁊ per dei cõmiſſionẽ ⁊ voluntatẽ fiat ſua q̃ prius ſua nõ fuerat/ iam actus ille bonꝰ erit/ ⁊ diuine voluntati ꝯformis. Silr̃ ſuperbia ex ſuo genere peccatum mortale ponit̃ a theologis. vt pʒ per. s. Tho. 22e. q. 62. arti. 5o. ex quo iudicaret̃ ſi regios honores Dux cõcupiſceret/ mortalr̃ peccare. Qui tñ Rex factus/ ſi eoſdẽ regios honores ⁊ cultus appeteret/ nõ peccaret. Eiuſdẽ ergo nature actus/ ꝑñt alterius eẽ ſpẽi moralis. Aliqui tñ ſunt actus qui de ſe ſic habẽt annexam malitiã/ vt nullatenus valeant fieri boni: ſicut actus odij in deũ/ ⁊ hmõi. Sic igitur in ꝓpoſito/ nemo põt quacũq; intẽtione ſm̃ ſe bona/ ep̃atuʒ appetere/ manifeſta neceſſitate non occurrente/ aut deo ſpãliter non incitante ex zelo charitatis. ⁊ hec prohibitio de iure diuino eſt. Poſitiuũ quippe ius ad interiora directe nõ ſe extendit. Qz ſi aliqd predictoꝝ in cã occurrat/ iam ex hoc p̃ſumptionis deformitate ſublata/ ſi appetat hõ/ meretur. imo ſi renueret/ mortaliter peccare poſſet/ vtpote diuine voluntati iam manifeſtate reſiſtens. vt ẽt ex verbis Aug. ⁊ Greg. elicit̃. 8. q. 1. c. olim. ⁊. c. in ſcripturis. iuncta glo. Ex his pʒ argumentũ qd̃ tanti facit Caietanus vt huic vel ſoli videatur innixus/ nullius eẽ roboris aut momenti.

¶ Ad vltimũ dr̃ ꝙ ſm̃ intentionẽ legiſlatoris verba legis ſunt exponẽda: que quidem intentio ex cã ſcribendi colligit̃. Fuerunt autẽ illis tpibus (vt vtinam mõ non eẽnt) qui cõtenderent ep̃atus apicem attingere/ qui tñ nec infimũ gradũ ſacri ordinis aut etiã vite ſpũalis gradui rñdentis apprehendere curarunt. Talem inordinatũ ſaltũ execrant̃ ⁊ ꝓhibent ſanctiſſimi p̃res: humanitate nimia/ ac lenitate verboꝝ inuiolabilr̃ decernẽtes/ ne qs vlla rõne non ſolum querat/ verũ etiã ſperare debeat ſic inordinate pontificatuʒ adipiſci. Sed ſi gradatim qs aſcendat ad ſacerdotiũ ⁊ ſm̃ gradus ordinẽ cõtinue ꝑficiat: exactiori vita ꝑductus ad bonos mores: ſperare debebit. i. nõ habebit ex oppoſita rõne vnde nõ ſperet ſummi ẽt pontificis locũ. Non ꝓpter hoc aũt ꝯcedit̃ abſolute/ talem locũ ſperare/ q: q̃uis non predictis prohibentibus/ alijs tñ rõnibus nedum ſpes/ verum etiã deſiderium ꝓhibetur. vt. s. in qõne determinatum eſt. De qua benedictus deus. Amen. Ad 7m.

Editum anno dñi. 1527.



# QVAESTIO DE SIMONIACA REDẼPTIONE VEXATIONIS ECCLESIÆ.

## Argumenta proponuntur ad partes. Cap. I.

Queritur vtrũ liceat ob redimendã vexationẽ eccleſie/ dare vel ꝓmittere pecuniã/ ſeu quodcũq; precio cõparandũ/ vel ẽt beneficia eccleſiaſtica/ facientibus ne malus aliquis eligat̃/ ſed bonus hic vel ille indeterminate/ in caſu quo quis extimet vel timeat ne ſint electores inclinati malum eligere per phas ⁊ nephas. Et vr̃ ꝙ ſic. Pro parte affira. Rõ.

Quia licet dare pecunias perturbatori ſup iure queſito. Lex.n. ei fauet qui ſic quieti conſulebat ſue ſup iure ſpũali. de ſimo. c. Dilectus. Et hoc eſt redimere vexationẽ ſuam/ ſiue ſpũale ſit ius/ ſiue tpale. vt determinant ibi Doctores. Et hoc ipſum cõfirmant ⁊ approbant ſacri theologi. vt pʒ per ſanctũ Tho. quẽ oẽs in h̃ ſequunt̃ talia docẽtem. 22e. q. 100. ar. 2o. 5m. Sed eccleſie iam queſitũ eſt a dño ius habendi bonũ paſtorẽ/ firmum inquã in fide/ vtpote ſucceſſorẽ eius de quo dictũ eſt Math. 16. Sup hanc petrã edificabo eccleſiaʒ meã. ⁊ perfectũ in charitate/ vtpote cui dñs dicat qd̃ dixit Petro/ ſi diligis me plus his/ paſce oues meas. Jo. 20. ⁊ qui ſit imaculatus. Talis.n. ſponſus debetur imaculate ſponſe qualis eſt eccl̃ia. iuxta illud qd̃ de ea dicit eternus ſponſus Canti. 7. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Et ad Ephe. 5. hoc ipſum clarius de eccleſia explicat̃ ab Apl̃o dicente ꝙ xp̃s dilexit eccleſiam ⁊ ſeipſum tradidit pro ea/ vt illã ſanctificaret/ mundans eam lauacro aque in v̂bo vite: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam nõ habentẽ maculã aut rugaʒ aut aliqd hmõi: ſed vt ſit ſancta ⁊ imaculata. Et iterum qui ſit talis/ qualẽ Apl̃s pe Tim. 3o. a ſpiritu ſancto edoctus deſcribit bonũ ep̃m dicens. Opʒ ep̃m irreprehenſibilẽ eẽ ⁊c. Cum ergo ſuper hoc ſanctiſſimo iure ſuo vexet̃ eccleſia/ qñ per phas ⁊ nephas procuratur electio mali paſtoris/ videt̃ ꝙ non ſolum liceat verum ẽt excellentis ſit charitatis per pecunias electores inducere vt ꝓuideãt de aliquo bono paſtore: ⁊ illos auertere ne quẽcũq; malũ eligant vt ex ipſo iure iam eccleſie queſito facere tenentur.

Confirmatur. ¶ Confirmat̃ rõ. primo. Non minus eſt acquiſitũ ius eccleſie mãli ſup ornamẽtis ⁊ vaſis eius/ q̃ eccleſie miſtice ſup habẽdo ſibi digno paſtore. Vtrũq;.n. ex diuina diſpõne procedit. Sed volentibus expoliare templũ/ licet dare pecunias ne taʒ imane ſacrilegiũ cõmitterẽt. ergo multo fortius licebit dare pecunias ne cõmittant imanius/ pnitioſum ipſi eccleſie procurando caput.

2o. ¶ Scdõ. Quãto p̃ſtat vita ouium xp̃i oĩbus rebus tpalibus/ cum pro ouibus aĩam dñs poſuerit. ceteriſq; ponẽdam ⁊ non ſoluʒ exteriorẽ ſubſtantiam cũ opus fuerit/ diſtricte mãdauerit: tanto magis licet pro ſeruanda ſpũali vita ouium xp̃i/ q̃ pro ſeruanda tpali vita pecunias dare. Sed incidẽtes in latrones vel alr̃ exiſtẽtes in ꝑiculo vite/ licite offerunt pro vita aut libertate redimẽda pecuniaʒ: ⁊ ſi iuramẽto ſe obligent ad aliqd ob hoc eis dandũ/ tenent̃ ſeruare ꝓmiſſuʒ. g̃ multo magis licet dare ⁊ promiſſas reddere pecunias ne ponat̃ in diſpẽdium vita ſpũalis ouiũ xp̃i per ꝓcurationẽ mali paſtoris.

¶ Confirmat̃ 3o. Non minus hʒ eccleſia ius ſup habendo bono paſtore/ q̃ habuerit Jacob ſup primogenitura: cũ eccleſia ex diuina diſpõne ꝓprium hoc ius habeat/ ſicut ille ſuũ habuerat: ⁊ magis hʒ eccleſia queſitum ius predictũ vtpote melius/ ⁊ magis a deo intentũ/ q̃ fuerit ipſi Jacob ius primogeniture queſituʒ. Sed Jacob pro redimẽda vexatione ſuper tali iure/ emit ſine pctõ quietẽ in iure primogeniture illius. vt tenent ſacri theologi ⁊ p̃cipue. S. Tho. 4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 3. ad 5m. / ⁊. 22e. q. 100. art. 4. 3m. g̃ multo fortius poteſt pecunia ſub pacto dari ne grauius perturbet̃ predicto mõ in excellentiſſimo illo iure ſancta mater eccleſia. 3o.

¶ Sed in ꝯtrium pro rõne facit cõe ſcandalũ oĩum xp̃ianoꝝ/ ſi perciperent electum quẽpiam in pontificẽ premiſſo pacto ſup collatione pecuniarũ vel alterius cõmodi precio cõparabilis/ vel ẽt effectualr̃ diſtributis pecunijs electoribus. Cõe quoq; iudiciũ eccleſie/ in quo qd̃ foris paret ſolũ attendit̃/ ⁊ ꝯñter quo iudicarent̃ tales vt ſimoniaci. Ergo tale factũ non videtur licitum. Pro parte negatiua. Rõ.

## Ordo determinationis: indeq; explicatur opinio falſa. Cap. II.

Pro determinãda iſta difficili/ nec minus propter quedam pericoloſa ſcripta nuper in lucẽ edita/ neceſſaria qõne/ iplorato diuino auxilio/ ſic ꝓcedam. Primo inducet̃ Caietani opinio q affirmatiue reſpõdet in hac mã/ cuʒ oĩbus eius placitis. Scdõ per ꝯcluſionẽ negatiuã firmiſſimis fundamentis ac validiſſimis rõnibus obfirmataʒ expugnabitur principale propoſitum Caietani. Tertio examinabuntur cetera placita huic principali ab eodẽ cõnexa/ exploſis falſitatibus quibus reſperſa fuerint. Vltimo ꝑinducta ſoluet̃ eiuſdẽ in fronte queſtionis rõ cum ſuis cõfirmationibus. pro quãto parti affirmatiue videntur facere.

¶ Quo ad primũ ſciendũ ꝙ nouam quãdam ⁊ hactenus inauditã opĩonẽ Caietanꝰ inuexit ⁊ p publicam impreſſionẽ cuiuſdaʒ ſui opuſculi de põtificatu intitulati/ p̃ſumpſit affirmare q̃ſi opus ſanctiſſimũ/ qd̃ eẽ ſimoniacũ hactenus certo certius ſemp eccleſia tenuit: vt dicat ipſe Caie. ſub caſu ſ. q. ꝓpoſito ꝙ dare pecuniã non ſolũ liceat/ verũ ẽt ex excellentiſſima charitate ꝓcedat. Huic aũt principali ſue ꝯcluſioni addit primo/ ꝙ q̃uis liceret ꝑdicto mõ ⁊ predicta intentione dare vel ꝓmittere pecunias/ nõ tñ liceret dare vel ꝓmittere bñficia eccleſiaſtica. eo ꝙ tales ſunt indigni qui tali pacto ꝓmittunt non eligere malũ/ ſed tm̃ bonũ. Dare aũt eccliaſticũ beneficium indigno/ eſt actus ſm̃ ſe prauus/ ⁊ nulla poteſt excuſatione aut intẽtione iuſtificari. Et ꝓpterea nõ magis hoc licet/ q̃ liceret dicere mendaciuʒ pro ſaluanda eccleſia. Et in hoc bene dicit. Sed cõtra ſe militat. vt. i. deducet̃. Scdõ dic̃ ꝙ talis qui dat electoribus vel ꝓmittit pecunias vt in caſu/ ad redimẽdã inquã vexationẽ eccleſie/ nõ aũt pro ſua ꝓmotione: põt tñ datis iam aut promiſſis vt. s. pecunijs/ pro ſe

rogare vt eligaẗ ab eis: q̃ ſe putat dignum. Tertio dicit ꝙ põt etiam eos ad hocipſum per interpoſitũ iuramentũ obligare: niſi forte eſſent inclinati eligere meliorẽ vel eque dignum/ vel poſtmodũ in talem aliquẽ mutareẗ ſñia. Non.n.inquit liceret ponere obices ſpiritui ſancto aut eccleſie libertati ad eque bonũ aut ſaltẽ ad meliorẽ. Quarto ponit duo ſigna ꝙ talis dum in caſu ꝓ ſe rogat/ cognoſcaẗ non ꝓ ſe eligendo dare pecunias. Primũ. Si talis q̃n erat in minoribus cõſtitutus nõ coacervauit diuitias/ ſʒ proximis egẽtibus diſtribuit. Q: ſi ſecus egiſſet/ q̃uo nunc tam repente tanta affluit charitate vt ꝓ ſola eccleſie vexatione redimenda oĩa dare velit. Ne igiẗ ſibiiſi mens tunc mentiaẗ/ ⁊ fingat vt dicit Greg. de bono opere amare qð non amat/ ſolertiſſime (inq̃t) ſollicitiſſime ⁊ cautiſſime ſcrutandus eſt quo qs aĩo mouetur/ ⁊ ꝑdicto ſigno iudicandũ. q: vt idē Gre. in hom. pentecoſtes dicit/ de dilectione cõditoris/ ⁊ proximoꝝ propter eũ/ non mens tm̃ ſed manus req̃ratur. Scðm ſignum qð affert vt infallibile ad ſciendum q̃d ipſuʒ moueat/ eſt ſi in veritate daret omnia que dat ꝓ redimẽda eccleſie vexatione/ ẽt ſi alius fieret pontifex eque bonus aut melior. Nam ſi non daret/ cõuincitur ꝙ ꝓ ſeipſo aut illo ſublimando ſoluit/ ⁊ non tantũ ꝓ eccleſie redemptione. Hec eſt ſumma poſitionis.

## Ad impugnationem præmiſſæ falſæ opi. ſeptẽ fundamenta præiaciunẗ. Cap. III.

Cõclo. **Quantum** ad ſcðm principale/ oñdenduʒ eſt primã ⁊ principalẽ Caietani cõcluſionẽ eſſe falſam: ⁊ ꝓbandũ ꝙ dare pecuniã vt in caſu: nõ liceat ſed ſit ſimoniacũ: ⁊ dogmatizare oppoſitũ eſt hereticũ/ cedens in maximã ruinam ſancte matris eccleſie ⁊ populoꝝ ſcandaluʒ inexpiabile. Pro cuius veritatis manifeſtatione/ premittẽtur quedã fundamẽta. Scðo vero afferenẗ rõnes efficaciſſime.

pm fundamentũ ꝓ ɔclone. Fundamentum ergo pm tale eſt. ꝙ redimere ſm grãmaticos/ ⁊ ẽt ſm beatũ Iſido. in li. ethimologiaꝝ. ⁊ ſm ſacros Theologos in 3° ſñiaꝝ. d. 19. importat ideʒ qð reemere ſeu iteꝝ emere. Et hoc eſt dicere/ rem prius ſuaʒ ⁊ poſtea amiſſam/ recuperare pecuniis/ vel equiualenti. Et hoc eſt licitũ: etiã ſi talia bona ſint eccleſiaſtica Quod tamẽ intelligiẗ ſm Archiepm 2a parte titulo ꝑ. c. 5. §. 13. poſt dd. q̃n non ſint amiſſa per ablationeʒ eius q ex ordinaria ptãte hoc põt faceret: q̃ʒuis ẽt iniuſte ɔtingat abſtuliſſe ius eccleſiaſticũ. Si qs.n. (vt dicunt) remoueaẗ ab eccleſia vel ꝑbenda/ ⁊ alteri aſſigneẗ/ non poſſet eam pecunia redimere: ſʒ eſſet ſimoniacus: ſiue iuſte ſiue iniuſte fuerit amotus. Et ſilr dicendum eſſet de eo qui ſuper iure quęſito perturbaẗ ⁊ inquietaẗ ex cã a ſuo ſuperiore. Non.n. poſſet redimere quietẽ ſuaʒ ſuper iure ſpũali/ quãdo auferet ab eodẽ ſuperiore/ ex ſua iuriſditione ꝓcedente: ſed dʒ ſe defendere per viam iuris quãdo iniuſtã nouerit perturbationẽ: vel patienter ferre ſi iuſta: ⁊ veniam implorare ſi põt.

2m. Scðm fundamentũ eſt ꝙ redimi ẽt improprie dr malum qð tolliẗ per ꝓprie ſumptã redemptionẽ ſui iuris. Et hoc mõ improprie quidẽ/ ſed cõi iam facto vocabuli vſu diciẗ quis redimere vexationeʒ ſuam ſuper aliquo iure quęſito: inquãtum per redẽptionem ſui iuris vel quiete poſſeſſionis in eo/ tolliẗ conſequenter vexatio quã patiebatur in eo.

3m. Tertium fundamentũ eſt/ ꝙ in ꝓpoſito cadit ſub q̃one vtroqʒ mõ accepta redẽptio/ lʒ ſub impropria alioquin vulgata/ acceptione exprimaẗ. Impropria enim/ ſemꝑ ⁊ neceſſario ꝓpriam ꝑexigit ſuper quaʒ fundaẗ: ⁊ ex iuſtitia illius/ hec quoqʒ iuſta/ ⁊ ex iniuſtitia iniuſta redditur. Si enim iniuſta ſit vexatio/ iuſta erit vtraqʒ redemptio: ⁊ econtra.

4m. Quartum fundamẽtum eſt ꝙ cum redẽptio emptionẽ ſupponat ⁊ claudat. Si emptio ipſa iuſta nõ ſit/ ẽt ipſa redẽptio iuſta non erit: puta ſi ſit emptio ſimoniaca/ erit ⁊ ipſa redemptio ſimoniaca.

5m. Quintum fundamentũ eſt ꝙ in ꝓpoſito nomine eccleſie intelligimus ɔgregationẽ fideliũ tam bonorum q̃ʒ maloꝝ. vt ſic extra eccleſiaʒ intelliganẗ ſolũ infideles/ ſm illud Apl'i. 1. Corin. 5°. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare. i. de infidelibus ſm cõeʒ ⁊ lr̃alem expoſitionẽ. Ad huius autẽ eccleſie ius/ aliqua ſpectant que nõ poſſunt per ſe ſinguli accipere vel vẽdicare/ ſed eis debenẗ medio miniſterio ꝑlatoꝝ ⁊ miniſtroꝝ qui ad hoc ipſum a deo ſunt ordinati: ſicut ppl's a miniſtris eccl'ie ſuſcipit ſibi debita ſacra.

6m. Sextum fundamentũ eſt/ ꝙ eligere ſibi paſtoreʒ/ ad eccleſiam quidẽ ſpectat/ ſed non ſic vt oẽs fideles ad id cõcurrant per ſe: ſed per inſtitutos a deo vice fidelium oĩum determinatos electores. Unde diciẗ eccleſiam ꝓuidiſſe de ꝑlato/ q̃n electores eligendo/ ⁊ cõfirmator ɔfirmando qð per electores factũ eſt/ prelatus eſt inſtitutus. Si hoꝝ ergo aliquis in ꝓprio ſui hmõi officii vel cõmiſſionis iure vexeẗ/ tota in eo eccleſia ɔñter vexari cenſeẗ. Si aũt tales qbus cõmiſſa hmõi eſt cura/ nõ vexarenẗ/ iam neqʒ eccleſia vexari diceret/ ẽt ſi ɔ voluntatẽ alicuius de populo/ quicq̃ʒ ab ipſis miniſtris fieri ɔtingeret/ vel ẽt ɔ iuſtitiam.

7m. Septimum fundamentũ eſt ꝙ tunc aliquis ꝓprie dr vexari ab alio/ ſuꝑ iure ſuo iam quęſito/ q̃n ab eo tale ius auferẗ/ vel certe perturbaẗ quies in eodem cõtra ſuam voluntatẽ. Uexatio.n. ex vi vocabuli ſonat in volũtariam paſſionẽ. Unde ſi qs ſponte iure proprio ſe priuaret/ vel ab alio ſe priuari cõſentiret/ vel certe aliter q̃ʒ cõueniens eſſet eodẽ vtereẗ voluntarie/ non diceretur vexari. vt de ſe patet.

## Ratio prima pro concluſione affer tur & inuicte defenditur. Cap. IIII.

**His** iactis fundamẽtis/ probaẗ iam ꝑmiſſa cõcluſio multiplr. Et arguiẗ ſic reprobando ſimul oppoſitã. Primo. Concluſio que opponiẗ cõcluſioni implicanti ɔdictionẽ eſt vera ⁊ neceſſaria. vt pʒ ex terminis. Sed affirmatiua propoſiti caſus implicat ɔdictionẽ. ergo negatiua oppoſita eſt vera ⁊ neceſſaria/ que eſt cõcluſio noſtra. Probaẗ minor. Q̃n malus paſtor per phas ⁊ nephas eligiẗ eccleſia non vexaẗ neqʒ vexari ex hoc põt. ergo implicat cõtradictionẽ poſſe tunc dari pecuniã electoribus vt alium quẽcunqʒ bonũ eligant ꝓ redimenda vexatione eccleſie. Pʒ ɔñtia. q: qð nõ eſt aut eſſe põt/ nõ redimiẗ. Añs aũt pʒ ex 6° ⁊ 7° fundamẽto. Cum.n. in electoribus eccleſia tũc intelligatur eligere/ ⁊ electio volũtarium q̃d importet/ pʒ eccleſiam nil ꝑturbationis ɔ voluntatẽ pati/ q̃n quiſq̃ʒ eligiẗ. Nullatenus ergo põt ex hoc dici vexari. Ut ex hoc pateat ẽt caſuʒ q̃onis impoſſibilitatẽ ineuitabilẽ apertiſſime cõtinere. Nec huic obuiat ꝙ aliqui boni de eccleſia vel ẽt de numero eligentium ɔdicant/ aut q̃uolʒ egreferant. q: hoc non tollit q̃n electio illa tante ſit libertatis/ tantũqʒ voluntarii habeat/ quãtum ipſa electionis rõ poſtulat/ in idipſum libere cõcurrente electoꝝ maiori pte iuxta ſacroꝝ canonum inſtituta. Credendũ eſt ẽt ꝙ ſm ꝓportionẽ multitudinis eligentium corruptorũ/ ſit ẽt multitudo maior populi corrupti. cum ꝓpter peccata populi det dñs regeʒ ⁊ rectores inſipientes: tum q: cognati ⁊ amici ſunt vt in pluribus in hmõi volũtate ɔcordes. tum ẽt q: numeꝝ malorum maior eſt abſolute numerus q̃ʒ bonoꝝ/ ſaltem vt in pluribus tam tꝑibus q̃ʒ perſonis. Stultoꝝ enim infinitũ eſſe numerũ ſapiens affirmat. Sic igitur pʒ ꝙ nullus põt offerre pecunias malis electoribus ne malũ eligant/ vt eccleſie vexatio redimaẗ/ cum vexationẽ in caſu nullam cõcurrere poſſibile ſit. Cũ ergo ſine iſto remoto/ actus maneat ſimoniaca labe fedatus/ vtpote ſpũalis ptãtis vſus ſub pacto tẽporalis cõmodi reqſitus ⁊ exhibitus/ pʒ ꝙ oĩs in caſu pecunias offerens/ ⁊ nõ ſolus accipiẽs/ eſt ſimoniacus. Et contrariũ ſi qs cognita veritate ſentiret/ nõ minus eſſet hereticus/ q̃ʒ eſſet ille qui diceret fornicationeʒ ſimplicem non eſſe peccatum.

Euaſio. Sed forte quis dicet ꝙ ratio concludit de redemptione ſi quã moliretur quis obtinere pecuniis/ facta iam electione mali paſtoris: nõ autem de ea quã quis moliter pecuniis obtinere ne fiat electio mali.

Preclu°. Sed iſta euaſio nulla eſt. quia rõ fundaẗ ſuper negatione cuiuſlibet vexationis ipſius eccleſie. Cũ.n. vexatio quiddã violentũ importet. non põt eccleſia dici vexari ꝓpter hoc ꝙ aliqui volũtarie moueanẗ ⁊ inclinenẗ in aliquẽ ꝓficiendũ paſtorẽ. vñcunqʒ ꝓueniat talis volũtaria inclinatio/ ſiue ĩquã pecuniaꝝ ſiue obſequioꝝ ſiue minarũ virtute. Implicat ergo redimi poſſe vexationẽ/ vbi vexationẽ implicat vllam eſſe. Nihilominus Caietan' tenet poſſe pecuniis redimi vexationẽ futuram per electionẽ iminenteʒ mali paſtoris. Unde pʒ rõnem eſſe directe ɔ eum/ q: talem futuraʒ electionẽ implicat eſſe inuolũtariam cum electio ſit actus li. ar. Nec valet dicere ꝙ eſt inuolũtaria ſm voluntatẽ rectam. Non.n. hʒ illã voluntatẽ rectã vt nunc/ q hʒ voluntatẽ eligẽdi malũ.

## Ratio ad eandem concluſionem affertur ſecunda. Cap. V.

Rõ 2a. **Scðo** probaẗ eadẽ negatiua ɔclo ex eodẽ fundamento ꝙ affira oppoſita implicet ɔdictionem. ⁊ arguitur ſic. Illa ɔcluſio ɔdictionẽ implicat/ que ꝓponit aliq̃d fiendũ vt iuſtũ ex aliquo fine bono/ queʒ bonum finẽ implicat ɔdictionẽ tali mõ poſſe ɔtingere ſeu euenire. Sed talis eſt ɔcluſio affirmatiua caſus. ergo negatiua oppoſita eſt neceſſaria. Minor eſt euidẽs notis terminis. Maior aũt ꝓbaẗ/ q: finis ille bonus ex quo ponebaẗ actus iuſtificari/ redẽptio erat vexationis eccleſie per ꝓuiſioneʒ boni paſtoris excluſo malo. Sed implicat cõtradictionẽ/ ſanctionibus eccleſie permanẽtibus/ talem fieri per hũc modũ boni paſtoris ꝓuiſionẽ. ergo ɔdictionẽ ẽt implicat illũ finẽ eẽ bom ex q̃ ſolo iuſtificari dicebaẗ actus ille quo pecunie malis electorib' ex pacto dabantur ⁊c. ⁊ ɔñter implicat ɔdictionẽ actum illum in ſua ꝑuerſitate non perdurare. Maior huius pʒ ex caſu. Minor vero ꝓbaẗ. Nulla electio ſimoniaca ex parte electoꝝ/ põt ꝓuidere de bono paſtore excluſo malo. Sed electio facta in caſu/ eſt ſimoniaca ex pte electoꝝ. g ⁊c. Minor hmõi pʒ. q: daẗ ſpũale. ſ. vſus ſpũalis ptãtis ex pacto tpalis cõmodi/ etiaʒ ſi actus eſſet tm̃mõ negatiuus/ puta non eligere malũ. q: reducitur ad genus ſpũalis affirmatiui oppoſiti: imo ambo actus pariter iura vt ſimoniacos deteſtanẗ/ negatiuuʒ inquã ſicut affirmatiuuʒ. vt pʒ. 1. q. 1. ca. Nullus. el 3°. de actibus negatiuis. Sic.n. ibi Greg. 7. ait. Qui aũt pecunias accipiunt vt ordinandis ſacros ordines non tribuant/ vel vt canonici electioni aſſenſum non ꝑbeant/ aut eccleſiis edificandis ⁊ cõſecrandis lapidẽ benedictuʒ vel ɔſecrationẽ ſubtrahant/ multis argumẽtis accepte pecunie rei ⁊ infames eſſe ꝓbantur. hec ille. Idẽ habeẗ in. c. Nemo. de ſimo. Ubi ſic diciẗ. Nemo preſbyteroꝝ exẽnium vel emolumentũ quodlibet tpale imo ſpũale detrimentum a quocũqʒ publice peccãte accipiat/ vt epõ vel miniſtris eius pctm̃ illius celet: nec pro reſpectu cuiuſqʒ ꝑſone cõſanguinitatis aut familiaritatis alienis cõicans peccatis hoc epõ innoteſcere detractet. Hec Alex. iii. in ɔcilio Lateranẽſi. Ex quibus pʒ ꝙ actus negati nõ poſſunt pecunia cõparari ſine vitio ſimonie. Quin ẽt leges ciuiles ꝓhibent ꝓ talibus negationibus puta non ferende ſñie/ non detegendi vel accuſandi criminis ⁊ hmõi/ pecunias accipe ſub grauiſſimis penis. vt ibidẽ. D. Gratian' allegat. c. Iubemus. c. In eũ. c. Cõcuſſionis. ca. Lege Iulia. ca. Eadẽ. Quãto ergo magis interueniet aptiſſima ſimonia ſi actus ſit affirmatus. puta eligere nõ hunc/ ſed aliuʒ vt in caſu. Unde ẽt Caietan' minorẽ hanc cõcedit in tractatu de pontificatu. Sʒ maior huius ſic ꝓbaẗ. Electio que eſt nulla/ non põt eccleſie ꝓuidere de bono paſtore excluſo malo. vt ſic tollaẗ vexatio ipſius eccleſie. Sed electio per ſimoniacos facta/ eſt nulla. ergo ⁊c. Pʒ maior hec ex terminis. imo vexareẗ magis eccleſia/ dũ ꝓ paſtore/ non paſtorẽ ſed alienum patereẗ. Minor vero ꝓbaẗ. q: tales ſunt priuati iure eligendi ſic ꝙ electio eoꝝ nulla eſt/ q: ſimoniaca. vt pʒ tum per determinationẽ cõcilii Cõſtantieñ. ſub Martino q̃nto. ⁊ per extrauagantẽ eiuſdẽ Martini que incipit. Sacro. in qua inter alia ſic decerniẗ. Electiones aũt poſtulationes/ cõfirmationes ⁊ q̃uis ꝓuiſiones ſimoniace/ eccleſiaꝝ/ monaſterioꝝ/ dignitatũ/ perſonatuũ/ officioꝝ ⁊ beneficioꝝ quorũcunqʒ/ deinceps facte/ nulle ſint ipſo iure/ nullũqʒ ꝑ illas ius cuiq̃ʒ acquiraẗ. Hec ibi. Tuʒ q: excõicatus priuaẗ iure eligendi ita ꝙ electio per illũ celebrata/ ipſo facto nulla eſt. De elec. c. Illa quotidiana. ⁊ c. Conſtitutus. ẽt ſi ſit excõicatus minori. extra de cle. excõ. mi. c. vltimo. Tum q: ſuſpenſus ẽt eodẽ modo priuatur eligẽdi iure. c. Cum dilectus. de ɔſue. Tum q: interdictus/ eligẽdi pariter iure priuaẗ. De elec. cuʒ inter. Simoniaci aũt in ordine ⁊ beneficio ſunt excõicati maiori/ ſunt ſuſpenſi/ ſunt interdicti. ergo nõ poſſunt eligere. Et ſi eligant/ vt intendit offerẽs pecunias in caſu/ magis vexabiẗ eccleſia vt. ſ. deductuʒ eſt. Pʒ aũt hec minor quãtum ad excõicationẽ per eandẽ extrauag. Martini in qua poſt ꝑmiſſa verba ſic ſubdiẗ. Nec ꝓmoti ɔfirmati aut ꝓuiſi faciant fructus ſuos/ ſed ad illoꝝ reſtitutionẽ/ tanq̃ʒ iniuſte ablatoꝝ teneanẗ/ ſtatuẽtes inſuꝑ ꝙ dans ⁊ recipiẽs

(ſupple que premiſſa ſunt.ſ.beneficia ⁊ ordines:⁊ eo
modo quo ꝓmiſſum eſt.ſ.per electiones poſtulatiões
cōfirmationes ⁊ ꝓuiſiones)ipſo facto ſniam excōica
tionis incurrat/etiā ſi pōtificatus aut cardinalatus
preſulgeat dignitate.hec ibi.Itē quo ad excōicatio/
nem ſimul ⁊ ſuſpenſionē ⁊ interdictū/ pꝫ eadem mi/
nor per aliam eiuſdē Martini extrauā.factā Man/
tue.que incipit. Dānabilis. In qua ꝯfirmat oēs ex/
cōicationes/ ſuſpenſiones/ priuationes ⁊ interdicta
⁊ alias cenſuras latas ab alijs pontificibus ꝯ̄ ſimo/
niacos:quas ēt vult incurrere ipſo facto oēm ſimo/
niacum occultū vel manifeſtū/ vbicūqꝫ ſimoniā cō/
miſerit/cuiuſcūqꝫ ſtatus/ēt ſi ep̄atus aut cardinala
tus aut quauis alia eccleſiaſtica vel tpali ꝑfulgeat
dignitate:abſolutionē Pape reſeruās niſi in mortis
articulo.nō obſtante quocūqꝫ indulto vel facultate
abſoluendi conceſſa vel cōcedenda a ſede ap̄lica niſi
ſp̄aliter auctoritatē contineat abſoluendi a peccato
ſimonie. Et hoc idē cōfirmat.D.Eugenius in qua/
dam ſua extrauag.que incipit. Cum deteſtabilē.Et
dñs Paulus ſcōs in proceſſu cene dñi de ſimoniacis
in ordine vel beneficio/reſeruans abſolutionē vt.ſ.
Et idē.d.Sixtus 4°.ſiue in curia Ro.ſiue extra.

Euaſio ad ſecundam rōnem præcluditur.
Capitulum. VI.

Euaſio prima. Sed forte quis rationē hanc euadere ſubtiliter
conabit dicens/ꝙ lꝫ tales apud deum pec/
cent mortaliter ⁊ ſint ſimoniaci/non tñ incurrūt pre
dictas penas/niſi ꝑfecto effectu/hoc eſt perfecta illa
electione: qꝛ vl̄r nullus penas incurrit ab eccleſia
inflictas ꝓpter aliqđ opus prauū/niſi poſtqꝫ ad offi/
cium operis perfectū peruenerit. Puta ſi cōferens
bñficiuꝫ ꝓpter pecunias ꝓmiſſas/oibus pactis/ſi ſo
lam ſignationē lr̄arum/ vel quodcūqꝫ neceſſariū ad
perfectionē collationis illius ꝑtermiſerit/ſimonia/
coꝝ penas incurriſſe non diceref: ſed ſoluꝫ ⁊ ſtatim
dum bñficiuꝫ plene collatū eſt. Pene.n.ſunt reſtrin
gende/⁊ fauores ampliandi. De reg.iu.in vj. Non
ergo facta eſt electio in caſu ab excōicatis ſuſpēſis ⁊
interdictis:qꝛ non eſt facta a ſimoniacis/qui has pe
nas adhuc incurrerint. ⁊ ideo non videf nulla talis
electio. Sed ois que poſt hanc ab eiſdē fieret a cen/
ſuris ipſis non abſolutis. ¶ Poſſet etiā forte ſecūdo
2ª. quis dicere ꝙ inſtante electione ſit abſolutio ab oī
cenſura.qđ in electione ſummi pontificis maxīe ob/
ſeruandū eſt. ⁊ ſic non celebraf electio ab excōmuni/
catis ⁊c.etiā ſi ſimoniace pecunias acceperint ⁊c.
Impugnatio ꝑᵉ euaſionis. ¶ Sed ꝯ̄ iſtas euaſiones arguif.⁊ primo ꝯ̄ ꝓrimaꝫ.
Prima. Tum qꝛ tales electiones Papa dicit eē ſimoniacas:
⁊ ex hoc decernit eas eſſe nullas:⁊ ſic electos aut ꝓui
ſos vult haberi pro non ꝓmotis: ⁊ ꝓhibet ne faciāt
fructus ſuos/ꝑcipiens vt reſtituant perceptos.ergo
tales electores ꝓpter ipſum electionis actum ſimo/
niacuꝫ/ſunt ſimoniaci.Sed oēs ſimoniaci in ordine
aut bñficio/ſunt excōicati ſuſpēſi ⁊ interdicti.ꝗ ꝓp
hunc actū/iſti cenſuris hmōi ſic ligātur vt ex ipſo li
gamine actus ille procedens ſit nullus: nullaqꝫ ſit
facta paſtoris ꝓuiſio. qđ erat intentū principale ra/
2ª. tionis inducte.Tum qꝛ ſuppoſito ēt ꝙ non incurre/
rent excōicationē ⁊ ceteras cenſuras ꝓpter electio/
nem ſimoniacā niſi tum primo qñ perfecta eſt/quā/
tum eſſet ex parte ipſius electionis:nihilominus illi
fuerunt ante electionē excōicati per opus pacti ꝑfe/
cti ꝙ non malum ſed bonum eligent ſub ꝯuentione
pecuniarū.ergo ante electionē erant excōmunicati
ſuſpenſi ⁊ interdicti.⁊ ſic electio nulla/ ⁊ nullus pa/
3ª. ſtor electus. Tum qꝛ quilibet electoꝝ ante perfectā
electionem per publicationē/ facit actum ꝓprie ele/
ctionis ſimoniace perfectū/ qñ ſinguli vota ſua ꝑfe/
cte ꝓmunt.ergo ſinguli ante perfectā ⁊ cōpletā ele/
ctionem.i.ante publicationē/ que ſic eſt de ſubſtan/
tialibus electionis vt per eam ius acquirat electus/
fuerunt oēs excōmunicati:⁊ ꝯſequenter nulla ſit ele/
ctio/nullius valoris publicatio/nullus paſtor.
Impugnatio 2ᵉ euaſionis. Prima. ¶ Contra ſcđam ēt euaſionē arguif. Tum quia nō
oīs ꝑſidens electioni a quo cōiter ſit ꝑuia abſolutio
ꝗ clariſſime Doctor Angelicus diuus Thomas/ ſolum inquā baptiſmū aque ante rõnis vſum/ hoīum fideliū miniſterio poſſe ꝓdeſſe. qua ēt rõne pluribus in locis doctrine ſue dicit inter cetera ꝙ pueris non eſt differēdus baptiſmus aque ſicut adultis differri põt. Et inter alias rões hanc inducit ſemper vt cogentem/ q: vȝ pueri non poſſunt alr̄ ſaluari. Adulti vero poſſunt: q: ſufficit eis baptiſmus flaminis in articulo neceſſitatis: qui tamē ex hoc nõ plenam cõſequunt̄ peccatoꝝ remiſſionē quo ad penā. ſicut cõſequuntur baptizati baptiſmo aque. Hec ſpālit̄er docet. quo ad primū quidem 3ª. q. 68. ar. 3º. dicens. Si pueri ſint baptizandi/ non eſt differendū baptiſma. Primo q: non expectat̄ in eis maior inſtructio aut plenior conuerſio. Scõo ꝓpter periculū mortis. q: nõ põt eis alio remedio ſubueniri niſi per ſacramētum baptiſmi. hec ille. ¶ Quid clarius. Et in ſol. primi ſic ait. Verbuȝ Leonis quo. ſ. dicit ꝙ duo tpa. ſ. paſcha ⁊ pentecoſtes ad baptizanduȝ a Romano pontifice legittime p̄fixa ſunt/ intelligendū eſt/ excepto periculo mortis. qđ ſemper in pueris eſt timendū. Quo ad ſcðm aūt pȝ id qđ dictū eſt/ per eum. 3. q. 67. ar. 3. ita dicentē. Inter oīa alia ſacr̄a maxime neceſſitatis eſt baptiſmus. qui eſt regeneratio hoīs in vitam ſpiritualem: q: pueris alr̄ ſubueniri non põt. ⁊ adulti nõ poſſunt alr̄ ꝗ per baptiſmū plenam remiſſionē conſequi ⁊ quātum ad culpaȝ ⁊ quātum ad penam. hec ille. ¶ Quod aūt pueri ſaluari nõ poſſint per hoc ꝙ nõ habeant aut habere poſſint baptiſmū in voto quocūqȝ modo/ declarat. s. Tho. 3. q. 73. ar. 3. c. fi. dicens. Per baptiſmū ordinat̄ homo ad euchariſtiā. Et iđ ex hoc ipſo ꝙ pueri baptizant̄/ ordināt̄ per eccleſiam ad euchariſtiam. Et ſic ſicut ex fide eccleſie credunt/ ſic ex intētione eccleſie deſiderāt euchariſtiā/ ⁊ per conſequens recipiunt reȝ ipſius. Sed ad baptiſmū non ordinant̄ per aliud p̄cedens ſacr̄m. ⁊ ideo ante ſuſceptionem baptiſmi/ non habent pueri aliquo mõ baptiſmū in voto. ſed ſoli adulti: vnde rem ſacramēti non poſſunt percipere ſine ꝑceptione ſacr̄i. hec ille. Hoc idem cõfirmat Quoli. 6º. ar. 4º. dicens. In pueris nõdum habentibus vſum rõnis non põt eſſe motus fidei ⁊ dilectionis aut ꝓpoſitum ſuſcipiendi baptiſmū. ⁊ ideo non poſſunt ſaluari niſi per baptiſmū aque. vel per baptiſmū ſanguinis ſi ꝓpter chriſtum occidātur. Ex quo nõ ſolum xp̄iani ſed ēt martyres fiunt. vt dicit Aug. de innocentibus. hec ille. In 4º quoqȝ ſniaꝝ. d. 4. q. 3. ar. 3º. qla. 2ª. ad 3m ait. Quāuis pueroꝝ etas ſit magis miſerabilis/ tñ opȝ ſi ſaluari debeant/ ꝙ in eis aliqua cauſa ſalutis ſit. Et q: per proprium motū liberi arbitrij ſaluari non poſſunt/ opȝ ꝙ per ſacr̄m baptiſmi ſaluentur. Plus. n. valet adulto fides ꝓpria/ ꝗ paruulo fides aliena. Quod autē aliqñ fides aliena puero ad ſalutē ſufficiebat cū aliqua ꝓteſtatione/ hoc erat inquātum illa proteſtatio habebat vim ſacr̄i quā non hȝ baptiſmus aque. hec ibi. Et. d. 5. q. 2. ar. 1. qla. 1. ad 2m. ait. Non eſt ſimile de pnīe ſacro ⁊ baptiſmo. q: aliqs ſine abſolutione ſacramenti pnīe põt ſaluari in neceſſitate: ⁊ iteꝝ abſolutio ſacerdotalis a tota pena non abſoluit. Sed in pueris nõ eſt aliqđ aliud per qđ poſſint ſaluari/ nec q̄ adulti poſſint a tota pena liberari: ⁊ ideo eſt maioris neceſſitatis ꝗ pnīa. hec ille. Et diſ. 6. q. 2. ar. 1. qla. 2. ad pm. ait. In neceſſitate non opȝ expectare iſta duo tpa. ſ. ſabbatū paſce ⁊ pentecoſtes. Unde de cõſe. d. 4. dr̄. De cathecuminis baptizandis id decretū eſt vt in paſchali feſtiuitate vel pentecoſtes veniāt ad baptiſmum. Ceteris aūt ſolēnitatibus infirmi tantū debēt baptizari. Et quia pueri vt infirmi cõputant̄ propter nature imbecillitatē ⁊ ꝓpter periculum dānationis a quo non poſſunt alr̄ liberari: ideo ipſi nunc baptizant̄ vt in pluribus. ⁊ non expectant̄ iſta duo tpa/ ſicut in adultis expectari ſolebant. hec ibi. Et di. 17. q. 3. ar. 3. qla. 1. ad 2m dicit. ꝙ pueris qui nõduȝ habent vſum rõnis baptiſmus p̄termitti non poteſt ſine periculo ſalutis eterne. hec ibi. En ecce ꝗ aperte multipliciter qȝ/ Clariſſimus atqȝ ſanctiſſimꝰ doctor Thomas hanc ꝓteſtatur veritateȝ/ vt vnam de pertinentibus ad fidem atqȝ ſaluteȝ inuiolabilē. vt non niſi p̄ſumptuoſiſſimus poſſit cõtra ſanctiſſimaȝ hanc doctrinā os aperire. Alex. etiā de Ales in 3ª. parte. q. 17. mēbro 4º. tenet expreſſe ꝓpoſitum de his qui ſunt nati ex vtero/ ꝓpter qđ mēbro 5º. determinat ꝙ ſunt cito baptizandi ꝓpter periculū. quia vȝ non poſſunt aliter cõſequi ſalutem. De his aūt qui adhuc ſunt in vtero in eadē. q. mēbro 2º. tenet ꝙ baptizari ⁊ ꝯſr̄ ſaluari non põt. ⁊ hoc ꝓpter inſtitutionem diuinaȝ. ſ. de baptiſmi remedio ſalutis dando. ſ. tantū his qui ſunt ex vtero ⁊ poſtea per baptiſmum renatis effectu vel ſaltē voto proprio ſuſcepto. ¶ Idē tenet ſanctus Bonauē. tam de his qui adhuc ſunt in vtero vt in ſol. primi ex allegādis patebit/ ꝗ de his qui iaȝ ex vtero nati ſunt ſpecialr̄ in 4º. d. 4ª. exponens lr̄am Magiſtri/ qui ſm̄ ſanctos Doctores ita determinat pueros non niſi per baptiſmuȝ poſſe ſaluari ꝙ ſi moriant̄ etiā dū ad baptiſmū deferunt̄/ non ſaluant̄. vt i. ſ̄. dictū eſt. quo tñ caſu manifeſtuȝ eſt parentes habere deſideriū ⁊ fidem baptiſmi pro puero. Addit aūt Bonauētura ꝙ in dicto caſu non poſſunt adiuuari ēt ſi parentes vel deferentes orent pro ipſo puero in tanto diſcrimine cõſtituto. ¶ Scotus ēt in 4º. d. 4ª. q. 1. ideȝ tenet expreſſe/ ꝙ vȝ nullo modo poſſint infantes ſaluari niſi per baptiſmum. ¶ Riccardus etiā in 4º. d. 4. q. 6. idem tenet. ¶ Herueus in 4º. d. 6. ar. 1. hoc ipſum defendit. Et breuiter oēs Theologi non ſolum id eſſe firmiſſimū in fide tenent/ verū etiā abſqȝ diſcuſſione vt̄ principiū notiſſimum ſupponentes/ inqrunt multa/ ⁊ multa determinant/ quoꝝ inqſitio eſſet alioqn ſupflua/ ⁊ determinatio diminuta. puta ꝙ non ſit ſcindenda mulier viua/ ne in vtero p̄iclitans dānetur: q: inqunt non ſunt faciēda mala vt eueniant bona. qđ nõ dicerent niſi vnanimes ſupponerent nõ poſſe pueros per orationes in caſu tali ſaluari. Addidiſſent enim talia ideo non debere aut poſſe fieri quia poſſunt alia remedia adhiberi: vt eſſet hoc qđ eſt inductuȝ a Caie. qñ foret vtile. Similiter determināt ſancti Doctores ꝙ potius dȝ permitti puer nõ baptizatus in ſua dānatione decedere/ ꝗ emere aquaȝ a malo ſacerdote nolente baptizare niſi tali interueniente ſimoniaca cõmutatione. Non ſic aūt fuiſſet neceſſariū vt poneretur talis caſus/ ſed dicerent ꝙ in tali impoſſibilitate baptiſmi aque ſine ſimonia/ põt per fidem parētum ſaluari. ſi iſta opinio fuiſſet ſm̄ fidem tenenda/ ⁊ non potius eſſet cõtra fidē. Ut ex his ⁊ alijs ſupradictis manifeſte pateat/ ꝙ nouitas iſta/ neduȝ fidei/ verum ēt cõi doctoꝝ ⁊ fideliū cõceptioni repugnat.

Non ex

## Nõ ex inefficacia fidei neceſſarius eſt puero periclitanti baptiſmus. Cap. XV.

Ad pm. Hac igit̄ veritate firmiſſime ſtabilita/ ſupereſt argumenta ſoluere q̄ a principio qõnis in contrariū afferunt̄. Et ad primū quidē primo dicit̄ cum. s. Tho. 4º. d. 1. q. 2ª. ar. 6º. qla 2ª. ad 3m. ꝙ modo nõ ſufficiunt orões vota fideſqȝ parentū vel offerētiū ſicut olim ante legē ſcriptam/ non q: fidei efficacia ex qua orões ⁊ vota cõferebant ēt ad purgationem infantis/ ſint diminuta/ cū omnia ſacr̄a ex fide efficaciā habeant. ⁊ p̄cipue baptiſmus qui nõ planctum vel aliud opus bonū ſed ſolā fidem reqrit ſm̄ Ambrm ſup eplaȝ ad Ro. ⁊ habet̄ in ca. Sine. de cõſec. diſt. 4ª. ſolā inquaȝ fidē baptizati ſi ſit adultus: vel ſaltē eccleſie mr̄is eius vice cuius puer offert̄ a quocūqȝ offert̄. ea. diſt. cap. Queris. Sȝ q: eſt ei aliquid adiunctū qđ neceſſe eſt obſeruari. vȝ ipſum baptiſmi ſacr̄m. Et hoc expſſe habet̄ ex allegata Gregorij auctoritate in moralibus. ⁊ ponit̄ in ea. diſt. c. Quod aūt. Sic. n. ibi dicit Greg. Qđ aūt apud nos valet aqua baptiſmatis/ hoc egit apđ veteres vel ꝓ paruulis ſola fides/ vel ꝓ maioribus/ virtus ſacrificij: vel ꝓ his qui de Abraā ſtirpe prodierunt/ miſterium circūciſionis. Ubi Greg. tāgit fidē que ſola ꝓ ſalute paruuloꝝ olim valebat/ mõ non ſufficere/ ſed eſſe cū ea neceſſariū etiā baptiſmū. Sicut apud hebreos neceſſaria fuerat ēt circūciſio. Neqȝ. n. īpedita quocūqȝ caſu circūciſione poſt octauū diem/ potuiſſet infanti ſubueniri ꝑ quācūqȝ parentū fidem. Sed ſup eū cadebat illa ſnīa. Maſculus cuiꝰ preputij caro circūciſa nõ fuerit/ delebit̄ aīa illa de populo ſuo: q: pactū meū irritū fecit. Geñ. 17º. Sic ēt ab inſtanti natiuitatis mõ manet illā ſnīa ſuper quēcūqȝ natū. Niſi qs renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpūs ſancto/ non põt introire in regnū dei. Ioā. 3. Et nõ ſufficit ſola parentū fides. Alioqn oēs de facto filij chriſtianoꝝ/ immo ſimplr̄ omniuȝ hoīm ſaluarent̄/ in fide ſaltē ⁊ per p̄ces eccleſie deſiderātis eoꝝ ſalutem. Sicut. n. ꝓ baptizando puero per aquā non ſic neceſſario requirit̄ fides parentū aut cuiuſqȝ aſtantis quin hoꝝ ipſa deficiētes poſſint vere baptizari in fide eccleſie. vt tenēt. s. Doctores/ ⁊ ſpecialr̄ docet. s. Tho. 4º diſt. 6. q. 1. arti. 3. ad 3m. ⁊ habet̄ in decret. de conſec. diſt. 4. cap. Ubi de quibus. ⁊ cap. Satis. ita dicendum eſſet/ ſi per fidē ⁊ orationes parentū in articulo neceſſitatis excludētis baptiſmū aque poſſent infantes ſaluari/ non ita neceſſario requiſitā eſſe fidem parentū/ quin ꝑ eccleſie fidē illis deficientibus pariter ſaluarent̄. Cõſequens aūt ꝙ vȝ omniū chriſtianorum vel ēt omniū hominū pueri periclitātes ſaluent̄/ nec Caiet. concederet. Confert ergo fides ⁊ oratio. imo neceſſaria eſt ipſa fides ad ſalutē: ſed nõ ſufficiunt hec: non quidē propter minorē efficaciaȝ ꝗ olim habuerint/ ſed ꝓpter ſuperinductā obligationem baptiſmi. Sicut nõ eſt minoris efficacie lex moris in religioſo ꝗ in ſeculari. quāuis p̄cepta moralia ſufficiāt ad ſalutē in ſeculari/ q̄ non ſufficiunt in religioſo: ſed requirunt̄ ēt conſilia ad que ſe obligauit ex voto. Alioqn ſi argumentū ꝓcederet/ iam poſſet ⁊ adulto fides dare ſalutem ſine baptiſmo vt olim poterat vȝ ante inſtitutionē circūciſionis/ vel his qui nõ erant de genere Abrahe ante xp̄i mortē/ ſine ſacrificio/ vt tenēt multi Doctores ad quā opinionem videt̄ etiam. s. Th. declinare qđ lib. 6. ar. 4. vt paulo. i. recitabit̄. Cõſequēs tñ ab eccleſia reprobatur. vt. ſ̄. deductū eſt. ¶ Scõo dicitur ad idē argumentum ꝙ aliena fides cum aliqua hmõi fidei exteriori proteſtatione/ profecit aliqñ puero ad ſaluteȝ. ex hoc ꝙ illa exterior ꝓteſtatio hēbat vim ſacr̄i quā nunc hȝ baptiſmus aque. vt dicit. s. Tho. 4º di. 4. q. 3. qla 2ª. ad 3m. ⁊. ſ̄. allegatū etiam eſt. Cõueniens aūt fuit vt ſacro ſeu ſigno magis expſſo deſignaret̄ ⁊ cauſaret̄ etiam abūdantior gr̄a ablutionis ⁊ purgationis olim peccatoruȝ ⁊ omnis reatus/ q̄ gratia modo dat̄ per baptiſmū/ ꝗ olim conferret̄ gratia ſolū purgationis ab originali pctõ. ¶ Quod aūt ante dieȝ octauuȝ periclitantes incircūciſi pueri/ ſaluarent̄ per fidem orões ⁊ vota parentū/ ideo erat q: ante diem octauū nullū aliud remediū ſalutis erat ꝓuiſuȝ: nec tenebat̄ alio ſigno adhibito puero ſubuenire. Unde manebat efficacia ſufficiēs orationū ⁊ fidei que priꝰ fuerat ad ſalutē. ſicut ⁊ ad puellas omni tp̄e ſanctificandas añ baptiſmi cõſtitutionē. Baptiſmi vero conferendi tp̄s nato puero non determinat̄: ſȝ quacūqȝ hora/ põt hoc remediū ſalutis adhiberi. ⁊ abſolute dat̄ de eo conferendo preceptū omni creature. qđ non euacuat caſualis ⁊ rariſſime cõtingens impoſſibilitas. Licet non imputet̄ infanti ad culpam/ ſed ſolū negat ſalutē nõ illi debitā/ ſolaqȝ dei miſericordia per baptiſmū ſi illius facultas eſſet habita cõcedendam. Unde ꝓpter hoc eidē puero nulla fit iniuria. ¶ Quod aūt contra hoc opponit̄ baptiſmū inquaȝ non eſſe fidei adiunctū niſi ſub rõne poſſibilis/ non eſt negandū. Neqȝ. n. ſub rõne impoſſibilis ei adiungitur. lȝ ex caſu rariſſimo cõtingat impoſſibilē reddi. Sicut ēt potuiſſet olim cõtingere nullum hominem adeſſe puero nato cuius ſaluaret̄ circūciſionis remedio. ſeu ēt fide vel voto. In caſu ēt impoſſibilitatis cõferende circūciſionis ab octauo die/ vota q̄cunqȝ parentū vel orationes ſub quacūqȝ fide nõ ſatiſfeciſſent ad pueri ſalutē non obſtante ꝙ nec ipſa circūciſio fuiſſet inſtituta niſi ſub rõne poſſibilis ab octauo die. Baptiſmus aūt ab hora exitꝰ ex vtero. ſalutis hȝ efficaciam. ¶ Ad auctoritatē aūt pſalmi quam quidā predicator ad hoc ipm̄ inducebat/ pȝ ex ipſis verbis pſalmi ꝙ loquit̄ de adultis: cū expſſe loquat̄ de ſalute eoꝝ quorum deus deprecationem exaudit. Et ꝙ nec īduci poſſit deū exaudire ēt in ꝓpoſito deprecationē eorūdem pro ſalute alioꝝ/ pȝ ex verbis quibus dicit. ⁊ ſaluos faciet eos. ſ. deprecantes. Et hos eſſe verborum illorum ſenſus etiā gloſa confirmat ibidem.

## Duo motiua quæ in hoc primo argumēto tangit Caie. olim a. s. Tho. & facta & ſoluta fuiſſe. Cap. XVI.

Mirum aūt eſſe cuicūqȝ ſapienti debet ꝙ Caie. argumēta que. s. Tho. olim fecit ⁊ ſapientiſſime diſſoluit/ ipſe veluti demonſtrationes (īplicite tñ) induxerit/ ad nouā hanc opinionem/ ne dicam hereſim (quā execrant̄ ſancti Doctores)/ erigendam. ⁊ cõtempſerit ipſas ēt quas affert angelicus ipſe doctor ad hec ſolutiones nedū impugnare verū ēt recitare. Si quideȝ. s. Doctor qõlib.

6°.ar.4°. Dupl'r arguit contra concluſionē iam determinatā que argumenta tanq̄ rōnes inuictas tāgit ⁊ Caie. īplicite. Sic inquā primo arguit. s. Tho. dicens. Non eſt minoris efficacie fides tpe gratie q̄ tēpore legis nature. Sed tpe legis nature ſaluabantur pueri in fide parentū. vt Greg. dicit. ergo etiaꝫ nunc tpe gratie. ¶ Preterea per xp̄m nō eſt arctata hominibus via ſalutis/cū ipſe dicat Joā. 10. Ego veni vt vitā habeant ⁊ abundātius habeant. Sꝫ an̄ xp̄i aduentū ſaluabant' aliqui pueri in fide parētū. ergo multo magis nūc poſt xp̄i aduentū. ¶ Rn̄det aūt q̄ōni ſanctus Tho. dicēdo ꝙ pueri non poſſunt ſaluari niſi per baptiſmū aque vel ſanguinis. nō āt per fidē ſolaꝫ parentū/qꝛ xp̄s dicit Jo. 3°. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſcrō non pōt introire in regnū dei. Per baptiſmū ēt flaminis non pn̄t ſaluari:qꝛ talis baptiſmus nihil aliud importat niſi motū fidei ⁊ dilectionis cū ꝓpoſito ſuſcipiendi baptiſmuꝫ aque. qui motus non pōt eſſe in pueris an̄ vſum rōnis. ¶ Ad primum aūt argm reſpondens dicit ꝙ ſm quoſdā tempore legis nature non ſufficiebat ad ſalutē paruulorꝫ ſolus motus fidei in parentibus. ſed requirebat' aliqua exterior ꝓteſtatio fidei per aliqd̄ ſenſibile ſignū. Et ſm hoc nihil differebat id qd̄ tunc requirebat' ab eo qd̄ nunc requirit' ad ſalutem/niſi ꝙ nunc illud ſignū ſenſibile eſt determinatum:tunc aūt erat indeterminatū ⁊ ꝑ voto adhibebatur. Aliorꝫ opinio eſt ꝙ ſolus interior mot' fidei relatus ad ſalutē pueri ſufficiebat. Nec tn̄ nunc diminuta eſt fidei virtus. ſed augumētat' gradus ſalutis:qꝛ nunc qui ſaluant' per xp̄m ſtatim introducunt' in regnū celorꝫ. qd̄ tunc non erat. Unde nō eſt incōueniens ſi ad hoc aliqd amplius requirat'. ſ. baptiſmus. vt dr̄ Joā. 3°. ¶ Ad 2m dicit ꝙ per xp̄m in hoc ipſo eſt ampliata hominibus via ſalutis ꝙ nūc per eū apta eſt ianua vite eterne q̄ ante clauſa erat per pctm̄ primi parentis. hec ibi. Que rn̄ſiones optime ſatisfaciūt ēt ſi argumenta vim faciāt pro tēpore neceſſitatis excludentis aq̄ baptiſmū. vt pꝫ de ſe. ¶ Ad hoc ipm̄ principale motiuū reſpondet ēt Diuus Bonauētura 4° diſt. 4. in exponendo litterā dicens. Quāuis antiquus ſaluarent' pueri in fide parentū ſola ⁊ nō modo:non tn̄ ſequit' ꝙ melioris tūc eſſent conditionis:qꝛ nullus ſtatus eſt melior iſto pp generalitatē remedij. Particularis aūt perſone cōditio pōt eſſe deteriorata. Deus aūt in inſtitutione ſacramentorꝫ/ſtatū cōcernit vniuerſalis eccleſie. Et qm̄ certitudo remedij maior ē ⁊ cōior in ſacro q̄ in fidei merito/ideo ſunt hoīes in meliori ſtatu mō q̄ eſſent antiqui. ¶ Patet aūt ex p̄dictis ꝙ Bonauētura ſequutus eſt 2am opinionē a. s. Tho. recitatā. vt paulo an̄ produximus. Intēdunt aūt ambo de fide non ſm eandē ad xp̄m relationē. qꝛ fides antiquorū erat in xp̄m venturū/q̄ fides vt ſic eſt euacuata/immo facta mortifera. fides aūt noſtra qua ſaluātur ⁊ pueri dum baptizant' eſt in xp̄m iam reſuſcitatuꝫ ⁊ in celo regnantē. s. Tho. aūt aliqn̄ ſequutus eſt primam opinionē. vt pꝫ in 4° diſt. 4. q. 3. ar. 3. qla 2a. ad 3m. vt. ſ. allegatū eſt. que ex hoc videbat' ꝓbabilis ꝙ nō niſi per ſacr̄a que ſunt ſenſibilia ſacre rei ſigna: vel per ea extrinſeca ſigna q̄ ex hoc ipſo ꝙ ſenſibilia quedā erant poterant hēre vim ſacr̄i/conſueuit de' homini ꝓcurare ſalutē in omni ſtatu. Fides aūt interior ſola/non eſt aliqd ſenſibile ſignū. Proteſtatio aūt illa fidei ſenſibil'r extra ꝑficiebat'. ⁊ ideo adiuncta fidei poterat hēre vim ſacramenti. ⁊ pn̄r ſaluteꝫ puero cōferre. Nihilominus in 3a parte determinauit ꝙ ſola fides parentū vel aliorꝫ loco parētū/ſicut etiā dicit Greg. ſufficiebat paruulis ad ſalutē ante legem ſcriptam. vt. ſ. cap. 4°. recitatum eſt.

## Secundum, tertium atq; quartū, a principio propoſitum argumentum. clara ſolutione diluitur. Cap. XVII.

Ad 2m. Ad 2m principale argm in prin° adductū dr̄ ꝙ fidem offerētiū valere paruulis dū baptizant'. Eccl'ie cōmēdat auctoritas de cōſec. di. 4. ca. Illud. Que ēt fides ſi deſit/ valet baptiſmus ea. di. ca. Nō illud. dūmō baptizans virtual'r ſaltē intendat facere qd̄ eccleſia facit/ſeu qd̄ xp̄s fieri p̄cepit circa baptiſmū. ea. di. ca. Hi de qbus. ⁊. c. Satis. Offertur. n. illi vice eccl'ie cuius fides dat efficaciā ſacr̄orꝫ ſic ſaluat infantē/ſi tn̄ infans aqua baptizet'. Eidē ēt ſuffragat' eccleſie ſcrē conſuetudo ex ap'lica traditione. Quod ēt auctoritate confirmat' ſanctorꝫ doctorum Ambroſii/Augni. Cypriani. Thome. imo totius eccleſie ꝯſenſu atq; decreto. ea. d. c. Baptiſmi. Cognoſcimus ēt deū reuelaſſe ſanctis ſuis ꝙ baptiſmus flaminis ſolus ꝓdeſt in articulo neceſſitatis ad ſaluteꝫ adulti. Nullius aūt doctoris ſcti/vel ſummi Pōtificis doctrina cognouimus/fidē alienā paruulo poſſe ꝓdeſſe ſine baptiſmo aque:imo docent vnanimiter oppoſitū. vt. ſ. deductū eſt. Unde negat' pn̄a. Et ad probationem dicit' ꝙ lꝫ pro infante ⁊ loco fidei ⁊ intentionis eius/ſint eius parētes vel hi qui ad baptizandum puerū offerunt/aut ēt miniſter:vt ſicut alieno arbitrio ⁊ volūtate deuia/pctm̄ ⁊ damnationem incurrerūt infantes:ita gratiā ⁊ ſalutē ꝑ aque baptiſmi ſacr̄m aliena ſub intētione fideq; cōſequātur. Sine hoc tn̄ baptiſmo nō ſufficiūt iſta in infantibus/ſicut ſufficiūt in adultis opera propria:prout in ſuperioribus declaratum eſt.

Ad 3m. ¶ Ad 3m aūt argm dicendū eſt primo ꝙ ſn̄ia ſeu verbum inductū poſſet interpretari ꝙ debeat ſacerdos implorare bonorū oīm largitoris clementiam ⁊ gratiam vt aquā ad baptizandum infantē habere poſſit:⁊ cū fecerit qd̄ in ſe eſt/tum inquirēdo aquam/tum in implorādo diuinū auxilium/cōmittens deo id qd̄ ſibi eſt impoſſibile/tunc deus ſupplet defectū/non circa ſalutē pueri ſi moriat' ſine baptiſmo. ſꝫ circa ſacerdotē. inquantū ei deus non imputat ad defectum ꝙ puer non baptizatus deceſſerit. Qꝛ. n. non intendat auctor opuſculi illius ꝙ deus ſuppleat defectum circa puerū quaſi ſaluet illū ex fide ⁊ diligētia ſacerdotis intēdentis non tn̄ potentis illū baptizare/pꝫ. qꝛ in eodē capitulo paulo poſt dicit/ꝙ pōt dari baptiſmus qn̄q; eadeꝫ hora qn̄ natus eſt puer/ne interueniente morte/paganus moriat' qui redimit' per baptiſmū. in quo modo loquēdi dat auctor intelligere/ꝙ nullus ſit ali' modus quo poſſit puer ſaluari niſi per baptiſmuꝫ aque. ¶ Dicitur 2° ꝙ illud opuſculū non eſt ſancti Tho. nec Doctoris q ſit alicui' auctoritatis. Quod quidē/manifeſte cōprobat ſtilus groſſus ineptus ⁊ nō niſi hominis īperiti. Si ēt lr̄a corrupta nō ſit/īperitus eſt auctor ille/cuꝫ alleget plura decretorum capitula/que nullatenus propoſito deſeruiunt ad qd̄ inducuntur. Nonnulla etiam capitula inducit ⁊ allegat q̄ nullibi reperiuntur. Sicut cap. Qui queritur. diſt. 22. ⁊ cap. Beati. de conſe. diſt. 4. ⁊ pleraq; alia. Unde patet opuſculum illud non eſſe auctoris magne ſcientie vel prudentie vel grauitatis.

Ad 4m. ¶ Ad 5m dicitur ꝙ propter aſſertiones quorūcūq; neothericorū cum nulla ratione in veritate cogēte/ſed ſolū ex friuolis ſuaſionibus recedāt a cōi ſancte Matris eccleſie doctrina:nullus moueri debet niſi ad eorum cōtemptum. Quos etiam ſi quis pre reuerentia excuſare voluerit:dicat ꝙ dubitatiue poti' ⁊ inquiſitiue loquuntur/non autem aſſertiue preſumunt contra torrentem ſanctorum doctorū ex apoſtolica traditione docentium ꝙ in caſu pueri nō ſaluantur/ſi decedant inquam ſine baptiſmo fluminis vel ſanguis:⁊ ꝙ in eis baptiſmus flaminis quorumcūq; ſuffragio locuꝫ habere non poteſt. Si qui tamē aſſertiue huic apoſtolice doctrine ſe opponūt ⁊ velit quiſpiaꝫ talibus ſupra merita deferre. dicat eorum in ſuis verbis hanc eſſe intentionem ꝙ de potentia dei abſoluta poſſibile eſt puerum in dicto caſu ſaluari. Sicut de facto ſaluati fuiſſent ī vtero ſanctificati/ſi ante ſuſceptionē baptiſmi vel circūciſionis aut cuiuſcūq; fidei proteſtationē ante vſum lib. arb. mortui fuiſſent. Nos auteꝫ in preſenti queſtione loquimur de potētia dei ordinaria/nobis per ſacras litteras ⁊ eccleſie doctrinam manifeſtata qualiter ſe extendat ad noſtram ſalutem.

## Nullam habere virtutem inducta motiua pro ſalute decedentium in vtero demonſtratur. Cap. XVIII.

Ad 5m. Ad id autem quod aſſertur de periclitantib' in vtero/patet etiam quid dicendum per ſupradicta. Si enim ſalutem non conſequuntur ex defectu baptiſmi. hoc eſt peraccidens quantū eſt ex inſtitutione diuina ⁊ intentione ſancte Matris eccleſie:⁊ eſt preter id quod in pluribus accidit:nullaq; ſit eis iniuria/cum non ſit eis debita ſalus que ex ſola gratia ⁊ dei miſericordia conceditur regeneratis in Chriſto. ¶ Cum autem contra hoc tanq̄ incōueniens ſpecialiter inducitur primo ꝙ ſequeret' in aliquo naturali ſtatu eſſe hominem deſtitutuꝫ omni remedio conſequende ſalutis/quod non decere videt' diuinam miſericordiam. Reſpondet. s. Tho. qui iādudum hoc argumentum fecit ⁊ ſoluit in 4° diſtin. 6. q. 1. ad pm dicens. ꝙ non eſt ex defectu diuine miſericordie ꝙ in maternis vteris exiſtentibus remedium non exhibetur:ſed qꝛ non ſunt capaces illius remedij per qd̄ ſm legem cōem participes paſſionis Chriſti efficiantur/a qua eſt remiſſio peccatoruꝫ. qꝛ non poſſunt ſubijci operationi miniſtroruꝫ eccleſie per quos talia remedia miniſtrātur. hec ille. Debemus autem in his que naturali noſtro lumini non ſubdunt'/qualis eſt ſupernaturalis noſtra ſalus/⁊ a deo ſtatuta media que ad illā perducunt/ſacre ſcripture ſm expoſitionem ſanctorum doctorum dūtaxat inniti:non autem ſenſui vel iudicio noſtro. Conſtat autē apertiſſime ex verbis domini Joā. 3°. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſancto/nō poteſt introire in regnum dei/eſſe neceſſarium quemlibet ſaluandum/ex vtero prius naſci/q̄ in Chriſtum regenerari ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. Quod ⁊ Auguſtinus ſcribens ad Dardanum confirmat atq; declarat dicens. Hoc excepto lapide angulari. ſ. Chriſto domino noſtro/non video quomodo edificent' homines in domum dei ad habendum in ſe inhabitantem deum/niſi cum fuerint renati:quod nondū eſſe poſſunt anteq̄ nati. Qꝛ ſi quiſpiam iam eſſe natum hominem cum adhuc eſt in vtero matris dicat/teſtimoniūq; adhibeat euangelium quia dictum eſt Joſeph de beata virgine. quod in ea natū eſt/de ſpiritu ſancto eſt. nunquid nam huic natiuitati accedat ſecunda natiuitas? Alioquin iam non erit ſecunda ſed tertia. Dominus autem cum hoc loqueret'/niſi quis natus fuerit denuo/eam ſcꝫ computans natiuitatem que fit matre pariente non concipiente neq; pregnante. q̄ fit ex vtero non que ſit in vtero. Neq; enim renatum dicimus hominem quem mater peperit/tanq̄ iterum natus ſit quia iam ſemel in vtero natus fuerit. Sed illa natiuitate non computata que grauidā facit/natus dicitur homo partu/vt poſſit renaſci ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. Secundum quam ex matre natiuitatem etiā ipſe dominus in Bethleem Jude naſcitur. hec Auguſtinus. Ex quibus patet a deo conſtitutū eſſe quaſi cōi lege/vt non niſi natum ex vtero poſſit eccleſia ſpiritualem filiū aqua baptiſmatis generare. Nullus eſt ergo preter legem iſtā iudicandus in ſtatu ſalutis infans in vtero fuiſſe/niſi quibus littere ſacre teſtimonium prodidere tale priuilegium fuiſſe conceſſum. ¶ Rariſſime quoq;/⁊ non niſi fortuitu caſu cōtingit ad partum naturalem non peruenire fetum. Non eſt autē propter caſus raro contingentes pretergredienduꝫ id quod eſt de lege cōi:eo maxime ꝙ nulli ſit iniuria vt. ſ. dictū eſt. Ex ipſa quoq; prouenit originali culpa ꝙ talis impoſſibilitas conſequende ſalutis contingere poſſit. ¶ Sicut enim non eſt ex defectu diuine miſericordie ꝙ exiſtentes in termino vie/qui ſtatus etiam naturalis eſt/non poſſint mali gratiā adipiſci:nec ob hanc impoſſibilitateꝫ ſit eis iniuria/eo ꝙ tam ex conditione ſtatus q̄ ex culpa ſua in eam deuenerint:ita non eſt ex defectu diuine miſericordie/ſed ex conditione ſtatus ⁊ ex originali culpa ꝓuenit in vtroq; caſu/predicta impoſſibilitas conſequendi remedij. ¶ Sicut etiam contingit ei qui ſine culpa ſua incurrit ſtatuꝫ amentie non contritus poſt admiſſum mortale peccatum:quem tamen pro tali naturali ſtatu nullus dicit per quecūq; ſuffragia eccleſie poſſe ſaluari. Neq; enim eſſet maior ratio de ſtatu naturali pueri in vtero ⁊ ſtatu fatuitatis adulti ex naturalibus cauſis tam intrinſecis q̄ extrinſecis/vti contingere poteſt. ¶ Licet non poſſit proprie puer dici habere ſtatum naturalem dum eſt in vtero matris:ſed tendere ad ſtatū in quo poſſit ei remediū ſalutis adhiberi per baptiſmū. ita ꝙ ēt tales pueri ſm ſuū naturale ſtatū imo ꝓgreſſum/quia ſtatus iſte conſiſtit potius in fieri q̄ in eſſe/poſſunt habere ſalutis remediū in termino ſue generationis/in ſua inquam natiuitate ex vtero ad quam naturaliter tendunt. Unde non poſſunt dici deſtituti omni remedio ſalutis. ¶ Sicut ⁊ puer natus/ſi eſſet a parētibus ⁊ alijs omnibus derelictus/

τ ſic nō baptizat⁹ decederet/ dānaret:nec tñ poſſet
dici deſtitut⁹ omni remedio ɔſequēde ſalutis:qꝛ q̄ꝫ/
tum eſt ex ordine τ inclinatione nāli hoīꝫ/potuiſſet
remediū hēre:ſi fuiſſet inuētus τ dilect⁹ vt ordo nāe
poſcebat:τ ſic nō defuiſſent ei opportuna ad ɔſequē
dum baptiſmū que nā pro pte τ eccleſia ꝑ alia mini
ſtrat abūdantiſſime/aquā inquā natura:miniſtros
vero τ forme notitiā/eccleſia. Pari mō τ rōne puer
in vtero periclitās non pōt dici deſtitutus omni re/
medio ɔſequēde ſalutis ex ſuo ſtatu nāli:ſed ſolū ex
accidētali infirmitate. Potuiſſet.n.ad alioꝝ cogni
tionē puenire ſm regularē curſuꝫ nāe/per cōtinua/
tionē gñationis debito ſtatutoqꝫ tpe a nā. Illud.n.
naturale eſt qđ cōtingit ſemper vel vt in pluribus.
ſm Phm in 2°. Ph⁷. Cum ergo pueri plures ſine
cōparatione perueniāt ex ſtatu quo ſunt in vtero ad
ſtatū quo extra vterū poſiti pñt baptizari. Pñt di/
ci ſm ſuū ſtatuꝫ naturalē/ſalutis eſſe capaces. Licet
non tunc qñ vꝫ ſunt in vtero:ſed qꝛ naturaliter ten
dunt ad exitū. vt dictū eſt. Licet per accidens (raro
tñ) contingat impedimentū/quo in maturo tēpore
decedāt ſine baptiſmo. Sicut alius pōt impediri ex
diſtātia vel occultatiōe pſone vel loci. vt ēt dcm̄ eſt.
¶ Ad aliud motiuū Caietani quo infert puerū in
vtero capacē eſſe baptiſmi flaminis / eo ꝙ ſit ēt ca/
pax baptiſmi ſanguinis. negat̄ pmo iſta ɔña. Sicut
enī ex hoc ꝙ eſt in tali ſtatu capax baptiſmi ſangui
nis/nō ſequit̄ ꝙ ſit capax baptiſmi fluminis/ eo ꝙ
deficit ei vna cōditio neceſſaria ad talē baptiſmum
ſuſcipiendū. Non.n.poteſt hoīm miniſterio ſubdi/
quo confert̄ tale baptiſma/qꝛ adhuc non prodijt in
hoīm notitiam practicā per ſocialē τ ſub ſenſu cadē
tem operationē humanam propriā τ diſtinctaꝫ:ita
non ſequit̄ ꝙ ſit capax baptiſmi flaminis:qꝛ deficit
ei conditio reqſita ad hunc baptiſmū.ſ. vſus lib. ar.
quo hēat in proprio voto baptiſmū aque/ſaltem in
virtute. vt latro. Scđo dicitur ꝙ non eſt eadē ratio
de baptiſmo flaminis/τ alijs baptiſmatib⁹. Baptiſ
mum.n.flaminis ſm doctrinaꝫ ſancte mr̄is eccleſie
τ ſanctoꝝ doctorum nullus conſequit̄ niſi ꝓprio vo
to vel ꝓpoſito. vt dictum eſt:quo carent infantes tā
in vtero q̄ꝫ extra. Alia vero baptiſmata cōferri pñt
opere tantūmō alieno. ēt malo ſicut non niſi opere
dānabili ex parte agētis/nō eſt capax infans in vte
ro baptiſmi ſanguinis. (martyriū.n.inferunt homi
cide ſoli/ tyrāni/aut infideles ex peſſima volūtate.)
τ ita ēt preſuppoſito ope malo poſſet infantulus in
matris vtero baptizari ſciſſo mr̄is vtero vel qūoli/
bet alr̄ violenter τ impie patefacto. vt non cenſeat̄
magis incapax infans in vtero baptiſmi fluminis
vno mō inordinato ſaltēꝫ preſuppoſito. q̄ꝫ baptiſmi
ſanguinis alio pariter impio τ iniquo. nō ſic de ba/
ptiſmo flaminis. vt dictū eſt. Videt̄ aūt Caie. ſuppo
nere ꝙ ante legē ſcriptam vel circūciſionis tpe poſ/
ſent in vtero periclitātes pueri ſaluari per fidē τ vo
ta parentū. qđ nullus hactenus dixit:τ pmiſſis rōni
bus falſiſſimū cōprobat̄. Ex his pꝫ futilia valde fuiſ/
ſe Caie. motiua pp q̄ a cōi conceptu ecclīe τ a cōſor
tio Theo^r oīm ſe elongauit/qñimmo belliū oībus in
dixit lꝫ in vanuꝫ/vt in huius qōnis decurſu viſum
eſt. de qua tāta ſint dctā. p oīa bñdictus de⁹. Amē.

Editum anno Domini. 1530.

# QVAESTIO DE FORma conſecrationis ſanguinis CHRISTI.

## Argumenta proponuntur ad partes, & quæſtionis intentio aperitur & ordo. Capitulum. Primum.

Queritur vtrum forma cōſecrationis
ſanguinis Chriſti qua vtit̄ ec/
cleſia Ro. ſit cōueniens. Et vi/
detur ꝙ non. qꝛ eoꝝ que cadūt
ſub fide:non eſt audendū aliqđ
dicere niſi ea q̄ diuinitus nobis
ex ſacris eloquijs ſunt expſſa τ
reuelata. Sed forme ſacramētoꝝ non minus cadūt
ſub pura fide/q̄ꝫ cadat ēt ſuperſubſtantialis occulta
diuinitas. neutrū.n.pōt humana rōne inueſtigari.
Cum ergo de ſupſubſtantiali occulta diuinitate vni
uerſaliter nō ſit audendum aliqđ dicere vel cogita/
re preter ea q̄ diuinitus nobis ex ſacris elogiis ſunt
expreſſa ſm Diony. in prin° de di. no. ſequit̄ ꝙ τ for/
mas ſacramentoꝝ eas ſolas eſſe credendū eſt quas
in ſacris lr̄is expreſſas inuenimus. Non inuenimus
aūt predictā formā ɔſecrationis ſanguinis in ſacre
lr̄is/vt manifeſtū ſupponimus:ſꝫ aliqđ eius:τ aliq̄
ēt verba nō ſub eadē forma vel cōſtructiōe. ergo τc.
¶ In ɔ̄triū eſt predict⁹ vſus ſcrē Ro. Eccleſie quā
nephas eſt dicere ꝙ erret ī his que ad fidē pertinēt.
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ iſta queſtio mouet̄ a.s.
Tho. 3ª. q. 78. ar. 3°. τ 4°. diſt. 8. q. 2. ar. 2. q^la p°. τ de/
terminatur ab eodem egregie vtrobiqꝫ per cōcluſio
nem affirmatiuā. Quaꝫ ēt Capreolus in 4° di. 8. q.
1. cōcluſione 6ª/optime declarat τ inuicte defendit
ab aduerſarijs. ita ꝙ ſuperfluū merito iudicari de/
beret etiā verbū addere niſi Caie. his non obſtanti/
bus ab hac veritate in facieꝫ ſcti Tho. frigidiſſimis
arguticulis deuians oppugnaret magr̄m, aperta
etiā confeſſione ꝙ ab eius in hoc intentione diſcor/
der. Ne igit̄ huius viri audacia τ dicēdi viuacitas Intētio.
quēpiam in cautū abducat a veritate/hanc qōnem
accuratius intendo proſequi ſub hac forma. vt pde/
clarato titulo/quatuor inducant̄ falſe opiniones/
contra ſingulas breuiter obijciendo. Inde verā opi
nionē τ concluſionē. s. Tho. declarabimus ſimul ac
ad rōnes eius ſolutiones ab aduerſarijs oppugna/
bimus. Poſt hec proponemus τ ſoluemus motiua
omnia primarū opinionum ordinate.

## Declarato titulo, & quattuor opinionibus leui manu detectis, proponitur quinta vera. Cap. II.

Quantum igit̄ ad primum ſciendū ꝙ per Titulus
formā ſacramenti intelligim⁹
propoſitionē compoſitā per omnia τ ſola illa verba
que neceſſario ſic cōcurrunt actiue ad cauſandū ſa/
cramentum/ꝙ ſi aliqđ eorum deeſſet/nihil fieret:τ
ob hoc talia v̄ba dicunt̄ de ſubſtantia forme. Vñ qꝛ
in vtraqꝫ forma eucharistie ly.n. vt talr̄ neceſſariū
verbum



verbum non cōcurrit/de ſubſtantia forme ab oībus
tam Theologis q̄ꝫ Canoniſtis eſſe negat̄. Neqꝫ eniꝫ
pertinet ad conſtitutionē forme:ſed pcedit eam ſm
ſenſum/vt dictio cōtinuatiua pcedentis ſnīe cū ipſa
forma. vt aperte nos edocet. s. Tho. 3ª. q. 78. art. 2°.
Opinio/nes. ad 5m./τ 4° diſt. 8 q. 2. ar. 1. q^la 2ª. ad pm. ¶ Quantū
ad 2m ſciendū ꝙ que ſint verba de ſubſtātia forme cō
ſecratiōis ſanguinis xp̄i/τ que ſit talis cōpleta for/
ma quo ad verba ſupradicto mō neceſſaria dubium
fuit apđ multos. τ diuerſe pp hoc fuerūt opiniones.
P°. Prima opinio piculoſa valde in hac mā eſt ea quā
Scotus expſſit τ tenet in 4° di. 8. q. 1. ar. 2°. Poſtq̄ꝫ
enim iuxta modos dicendi alioꝝ τ maxime. s. Tho.
egregie qōnē diſſoluit. Dum ad ſuā tandem ſnīam
proferendā deſcendit/multa falſa τ piculoſa ꝓtulit
dicens in ſnīa nobis ignotā eſſe formā ɔſecrationis
taꝫ corporis q̄ꝫ ſanguinis xp̄i. Nec hoc inqt magis
incōuenire/q̄ꝫ multorum ſacramentoꝝ ordinis for/
mas ignorare. Vult tñ ꝙ infra canonē miſſe conti/
neant̄ he forme/a verbo cōicātes vſqꝫ ad verbū ſup
plices. ita ꝙ qui non dixerit oīa predicta v̄ba cano/
nis/non ſit ſecurus. Nec eſſe dicit adorandū corpus
xp̄i vel ſanguinē niſi ſub cōditione/quouſqꝫ verba
Impu/gnatio. canonis oīa ſint cōpleta. ¶ Sed iſta opin. eſt primo
contra cōem oīm tam ſanctoꝝ q̄ꝫ etiaꝫ Illuſt. Theo
logorum placitū. Omnes.n.aliquā eſſe certā τ eccle
ſie notā formā conſecrationis ſanguinis affirmant.
Eſt ēt periculoſa/ cū ſit contra vſum adorationis τ
cultus xp̄ianoꝝ abſolute adorantiū ſacr̄m poſt pro/
lationē immediate factā verboꝝ quibus pro forma
vtit̄ ſancta Mater ecclīa. Tam.n.a ſacerdote q̄ꝫ ab
oī poplo adorat̄ ita corpus xp̄i ſicut ſanguis/ſtatim
finitis verbis τ eleuata hoſtia vel eleuato calice ad
hoc ipm/vt vꝫ a populo ſuppliciter adoret̄. Multa
alia falſa circa hanc qōnē ibi profert Scotus q̄ exa
minabunt̄ τ īpugnabunt̄. ĩ. vbi plenius adducent̄.
2ª. ¶ Alia eſt opinio τ ritus quorūdā grecoꝝ/pro for/
ma cōſecrationis ſanguinis his tm̄ verbis vtentiū.
Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti qui pro vobis
τ multis effandet̄ in remiſſionem peccatoꝝ. Non vi
detur aūt dicendū ꝙ in hoc errēt/cum nō inueniat̄
eccleſiā circa hoc reprehēſibiles eos iudicaſſe. tū ēt
qꝛ inter eos plurimi floruerunt clariſſimi doctores
eccleſie. tum ēt qꝛ in libro. s. Baſilij quo vtebat̄ pro
miſſali τ venerabilr̄ in eorum eccleſia ſeruatur/for/
ma hec angelo dictante ſcripta refertur.
Impu/gnatio. ¶ Sed cū nonnulli greci qui pcipue in hoc ab eccle
ſie Ro. ritu deuiant. in alijs ēt plurimis/eidē in eoꝝ
perniciem aduerſent̄/quicqđ circa hoc referāt aut
obſeruent/fidē non facit ꝙ a fide nō excidant. Eoſ/
dem ēt in hoc reprehēſibiles quin etiā damnabiles
eſſe per eccleſie determinationem expreſſam/infra
mōſtrabit̄/cum eorum motiua plenius euacuabunt̄.
3ª. ¶ 3ª igit̄ eſt multorum opinio quaꝫ ſequit̄ τ multis
argumentis ɔfirmat Dur. vt Capre. recitat 4° diſt.
8. contra 6am. Dicit ergo Dur. cōſentiens plurimis
doctoribus nō contēnēde auctoritatis/ꝙ forma ſan
guinis eſt hec. Hic eſt calix ſanguis mei. Cetera v̄o
que ſubnectunt̄ quaſi pdicati determinatiōes/vſqꝫ
ad ly peccatoꝝ incluſiue/nō pertinere dicit ad ſub
ſtantiā forme/ſed potius addita dicit ad excitandā
Impu/gnatio. deuotionem τ exprimendū fructū dñice paſſionis.
¶ Sed iſta opinio pariter vt p^a ritui ſancte mr̄is ec
cleſie aduerſat̄/quo a populo non ſtatim adorat̄ ſan
guis/poſt illa v̄ba ſanguinis mei/ſed ſtatim cū com/
pleuit ſacerdos verba vſqꝫ ad ly peccatoꝝ īcluſiue.
Item eodē colore τ magnitudine litterarū oīa v̄ba
ſpālr̄ ſcribunt̄ in oībus miſſalibus latinorū/rubeo
inquā colore vel aureo vel certe maiorib⁹ caracteri
bus per diſtinctionē ab alijs que ſubnectunt̄ vel ēt
precedunt exprimentia vſum ſacri/vel fructū dñice
paſſionis τ ad deuotioneꝫ excitantia in ſignū ꝙ ad
integritatē eiuſdē forme ptinent vt eiuſdē virtutis
v̄ba cuius ēt ſunt alia in eadē forma. Quāq̄ꝫ nupri/
me viderim miſſale grecū impreſſum eiuſdē quāti
tatis τ coloris pferens formas cū nonnullis verbis
precedentibus. Sicut etiam in quibuſdam latinis
miſſalibus nuperrime impreſſis ēt ſcribitur. Quod
nō potuit niſi a pſumptuoſiſſimis proceſſiſſe contra
cōem τ antiquiſſimum ſcribendi ritum ſancte Ma/
tris eccleſie Romane. Multa alia ɔ̄ hanc opinionē
afferent̄. ĩ. dum vera opinio declarabit̄. τ vbi ſoluē/
tur poſtmodū motiua Dur. q̄ ēt ſoluit Cap. vbi. ſ.
¶ 4ª opinio eſt Caieta. neotherici Doctoris ꝙ for/ 4ª.
ma cōſecrationis ſanguinis cōſiſtat in his v̄bis tan/
tummodo. Hic eſt ſanguis meus. Quod ēt probare
nititur multis argumētis que inferius deducentur.
¶ Sed iſta opinio ſicut τ alia q̄libet pmiſſarū nunc Impu/gnatio.
non poteſt abſqꝫ periculo hereſis vel ſciſmatis. vlla
tenus ſuſtineri:qꝛ eſt expreſſe ɔ̄tria iaꝫ publicate de/
terminationi ecclīe facte in concilio Florētino ſub
Eugenio 4°. Sic.n. in illo Cōcilio decernit̄. Forma
verboꝝ quibus in cōſecratiōe corporis τ ſanguinis
dñi ſacroſctā romana ecclīa Aploꝝ Petri τ Pau/
li doctrina τ autoritate firmata ſemꝑ vti conſueue
rat, pñtibus duximus inſerendam. In cōſecratione
corporis dñi hac vtimur forma verboꝝ. Hoc eſt eniꝫ
corpus meū. Sanguis vero Hic eſt.n.calix ſangui/
nis mei noui τ eterni teſtamēti/miſteriū fidei: qui ꝓ
vobis τ ꝓ multis effundet̄ in remiſſioneꝫ peccatoꝝ.
Et in alio decreto eiuſdē concilij dr̄ ꝙ forma huius
ſacr̄i ſunt verba qbus xp̄s confecit hoc ſacr̄m. Nam
ipſoꝝ verboꝝ virtute ſubſtātia panis ī corpus xp̄i:
τ ſubſtantia vini in ſanguinē conuertunt̄. Hec ibi.
Vnde pꝫ ſm hanc determinationē eccleſie ꝙ oīa il/
la verba cōficiunt hoc ſacr̄m. τ ſic ſunt oīa de ſubſtā
tia forme. Alioqn pari rōne in forma ſacr̄i compre/
hendiſſet eccleſia alia pcedentia τ ſequētia xp̄i ver/
bi verba qbus non conficit̄ ſacr̄m. τ magis illa que
ſunt expſſa in ſacris lr̄is q̄ꝫ aliqua iſtoꝝ que in eis
nō exprimunt̄. A predicta tñ hereſis ſeu etiā ſciſma
tis labe/Scotus τ Dur. τ alij ſectatores magis im/
munes fuerūt qui ante talē expreſſaꝫ determinatio
nem ɔ̄trium ſenſerunt. Licet.n. τ in cap. cū Marte.
de celeb. miſ. idipm videatur. determinatū:non tñ
ſic expſſe τ diſtincte ſicut in dicto Cōcilio. Argumē
tari.n. inuicte videt̄ poſſe ex. d. c. Cum Marte. ꝙ ly
Myſteriū fidei/ptineat ad ſubſtantiā forme conſe/
crationis ſanguinis. qꝛ cum inquirat̄ ibi q̄ ſint for/
me quas xp̄s expreſſit qñ in corpus τ ſanguinē ſuū/
panē ſubſtantiauit τ vinuꝫ. et obijciat̄ de predictis
verbis:eo ꝙ in euangelio nō contineant̄/ Pontifex
aūt reſpondeat ꝙ hec rō non militat/qꝛ nec ly eter/
ni/eſt in euangelio τ tñ ſupple ptinet ad dictam for
mam. Pꝫ manifeſte ꝙ Pōtifex ſupponit vt in fide
clariſſimū ꝙ τ per iſta verba xp̄s confecerit ſacr̄m.

Multo fortius igiť eſt credendū de his q̄ habenť in Euangelio. Quāuis non ex hoc ꝙ habeanť aut non habeantur in Euangelio conuincatur hoc vel illud verbū ad forme ſacri ſubſtantiā pertinere: cum plurium ſacrorū forme in eo non cōtineanť. Sed ex hoc magis de ſubſtantia formarū eſſe verba hec vel illa conuincanť/ q: in forma ꝑtineri nos docuit eccleſia qua vſus eſt xp̄s ⁊ Ap̄li/ ⁊ eoꝝ auctoritate ⁊ doctrina ſucceſſores in hanc vſq3 diē: vt ex eodē etiā cap. Cū Marte. deduci pōt. Supradicta aūt determinatio eccl̄ie/ pri⁹ ab angelico Doctore. vbi. ſ. facta/ rōnibus ⁊ auctoritatib⁹ obfirmata/ ⁊ ab omni dubietata purgata fuit.

## Catholica concluſio proponitur: & inuicta ratione firmatur. Cap. III.

Sed q: ſancti Doctoris rōnes pro hac determinatione inductas tā Scotus atq3 Durandus/ q3 Caie. labefactare conanť: ideo ꝑ ſingulas hic recenſitas ab eorū moleſtijs immunes reddere veritatis zelo cōpulſus ſatagam pro virili. ¶ Concluſio igitur q̄onis huius ſm. s. Thome catholicā doctrinam/ hec eſt.
Conclu/ſio. Omnia v̄ba forme qua vtiť eccleſia Romana in cōſecratione ſanguinis xp̄i/ a ꝑma eiuſdem voce vſq3 ad extremā incluſiue/ preter ly. n. qd̄ ſm ſignificatū eſt extra forme ſenſum. ſunt de ſubſtātia forme hui⁹ ſacramēti. ita ꝙ ſine eis nō ꝑficiť ſacr̄m.
No. p°. ¶ Pro deductione aūt premiſſe cōcluſionis/ notandum primo. ꝙ ſicut articuli fidei ſunt fundamēta noſtre ſalutis quo ad credenda: ſunt. n. prima principia ſcīe pro noſtra ſalute a deo nobis reuelata: ⁊ ex hoc non p̄nt in ſacra Theologia ꝓbari/ licet poſſint declarari: ſ3 ex eis alia credenda deducunť atq3 ꝓbanť. (nulla. n. ſcientia ꝓbat ſua principia/ ſ3 credit ea ſibi a ſuperiori ſcīa tradita/ a qua ēt probari poſſunt) ſic ipſa ēt ſacramenta ſunt p° effectiua noſtre ſalutis/ inquantū per eoꝝ virtutem ſacramentalē a deo ſibi collatā/ ei cōiungimur ꝑ fidē ⁊ gratiā/ peccatis abolitis/ ad ꝯſequendā repromiſſā nobis eternam felicitatē regni celoꝝ. Unde ſicut illa non poſſunt ꝓbari ꝙ habeant veritatē/ niſi per reuelationē factā in ſacris litteris ſ3 doctrinā eccleſie Romane ſummi capitis eccleſiarum xp̄i/ ita non p̄nt ipſe forme ſacramentoꝝ probari ꝙ habeant virtutē ſacramentalē ſm hec vel illa verba. Cum ergo ſint a xp̄o cōſtituta ⁊ eccleſie reuelata ⁊ tradita quo ad formā ⁊ materiā/ ⁊ quo ad ſanctificationis virtutem/ non pōt alio mō probari ꝙ hec ſit forma/ illa v̄o materia huius vel illius ſacr̄i: ⁊ ꝙ habeant hec ipſa virtutē ⁊ efficaciā conſecrandi ⁊ ſc̄tificandi/ niſi reuelatiōe facta per xp̄m vel per Ap̄los eius/ aut ꝑ ſucceſſores ex Ap̄loꝝ doctrina. Quod maxime factum cognoſcitur ex eccleſie Romane (que mr̄ ⁊ magr̄a omniū eccleſiarū eſt) directione/ determinatione/ doctrina ⁊ operandi cōſuetudine. Non pōt igiť in propoſito efficacior adduci rō qua conuincať predictā eſſe conſecrationis ſanguinis formā integrā ⁊ perfectā/ q3 illa fuerit quā adduxit ſacrum Conciliū Florentinum/ ꝙ v3 ipſa eſt qua vtiť ⁊ ſemper conſueuit vti ſacroſc̄tā Romana eccleſia: iuncto teſtimonio irrefragabili ipſius ſacri Concilij/ ꝙ hac forma xp̄s confecit hoc ſacr̄m: ⁊ ꝙ eā accepit ſancta Mater eccl̄ia Romana Ap̄lorū Petri ⁊ Pauli doctrina: ⁊ vtiť ea ad ꝯficiendū hoc ſacr̄m eoꝝ auctoritate firmata: quā ſc3 formā a xp̄o p° inſtitutore acceperūt: ita vt ꝑdicta doctrina ſtāte/ null⁹ poſſit al̄r ſentire/ vel per aliā formā efficaciter opari.
¶ Notandū 2° ꝙ virt⁹ ſanctificatiua ⁊ collatiua gr̄e quā xp̄s indidit formis ſacroꝝ p° totā ipſam formā reſpicit vt ſubſtantiā tam ſm voces quā ſm cōpletum ſignificatū dū ore ꝓferunť ex intētiōe miniſtri ad conſecrādū. No. 2°. Et propterea nō ſolū non ꝑficitur/ verum etiam non inchoať cōſecratio vel ſanctificatio dū inchoať forma vel cōtiguata ꝓlatione dicunť verba. ſed ſolū in vltimo inſtanti ꝑfecta ꝓlatione cōferť ſanctificatio in virtute verboꝝ oīm ſimul. ⁊ ſinguloꝝ/ vt tamē cōueniunt ſingula ad vnā talem perfectā ſignificationē quam ſm grāmaticā habet ipſa forma. ita ꝙ non ſolū notabilis pars verboꝝ/ verū ēt ſi vnicum ex eis omnitteretť/ nihil factū eſſet. Et hoc eſt verbum aliqd̄ eſſe de ſubſtātia forme ſacr̄i/ q: v3 eſt tale cui ſimul cū alijs verbis eiuſdē forme/ data eſt ꝑdcā virtus: ita ꝙ ipſo ꝓlato cū alijs/ cōſecrat ⁊ ſanctificat/ ipſo vero remoto nullā talem virtutē h3 aliorum ꝓlatio. Sicut in naturalib⁹ illa pars ꝓprie dr̄ eſſe de ſubſtātia ⁊ eſſentia alicuius puta hoīs/ ſine q̄ primo non pōt homo eſſe. ſicut aīa/ corpus/ ⁊ corporis partes ſine qbus homo non eſt. vt caput cor ⁊c. Hoc igiť hic ſub q̄one p̄nti cadit/ an inquā oīa v̄ba que predictā formam cōſecrationis ſanguinis cōponūt ⁊ cōplent/ ſint predicto mō de ſubſtantia eius. ⁊ ſub hoc ſenſu ꝓpoſitā eſt predicta concluſio affirmatiua.
¶ Pro cuius ꝓbatione notandū 3° ꝙ ſicut idē eſt dicere hoc ens/ ⁊ vnū ens. puta hic hō/ ⁊ vnus hō. ſm Ph̄m 4° Meth^ce/ ita qui ꝓbat alicui⁹ rei vnitatē/ probat ēt entitatē. No. 3°. Scd̄m hoc ergo cognoſcenť aliqua verba ꝑtinere ad ſubſtantiā forme cuius perfectioni dať predicta virt⁹/ ꝙ cognoſcenť ꝑtinere ad vnitatē ⁊ perfectionē eius. Unitas aūt ꝓpoſitionis inſurgit primo ex vnione ꝑdicati cum ſubiecto ꝑ copulam/ qd̄ ſubiectum ſepius atq3 ꝑdicatū/ nō ē ſimplex vox ſed cōpoſita per aliquā vel aliquas determinationes noīs ſubſtantiui/ qd̄ tam in ſubiecto q3 in ꝑdicato principalitatē obtinet. Adiectiua. n. nomina/ per ſe ſola ꝓpoſitionū extrema eſſe non p̄nt. Tunc igiť perfecte cognoſceť aliquam vocē eſſe de ſubſtantia forme/ qn̄ probabiť eſſe copula vel ſubiectum vel ꝑdicatū vel hoꝝ determinationes: ⁊ ꝙ oīa predicta ſint per copulā vnita. ſuppoſito ꝙ tali cōpoſitione tota eccleſia vtať pro forma. Tunc etiā eſſe perfectā ⁊ cōpletā cognoſcimus forme ꝓlationē/ qn̄ prīo eccl̄ia ſigna dat facte ſc̄tificationis. Puta tūc cognoſcemus eſſe perfectā conſecrationem corporis aut ſanguinis xp̄i/ qn̄ primo eccleſia cōſueuit hoſtiā vel contentū in calice liquorē adorare. Sic igiť ꝓcedit ſanctiſſim⁹ Doctor ex ꝑdictis rōnibus veritatē premiſſe ꝯcluſionis deducens: pro conſtanti habens predictā eſſe formā qua ſc̄tā Mater eccleſia pro forma vtiť in cōſecratione ſanguinis. ⁊ ꝯn̄r in fide certiſſimū habens hanc eſſe verā formā. cum eccleſia catholica nō poſſit in talibus ad fidē pertinentib⁹ decipi.
¶ Probať igiť predicta cōcluſio ꝑmiſſis vijs a ſc̄tō Tho. ſic. Probatur concluſio. Omnia illa v̄ba ſunt de ſubſtātia forme cōſecrationis ſanguinis xp̄i/ que ꝑtinent ad vnitatem ⁊ integritatē ſenſus illius: ⁊ quorū mutatione vel diminutiōe tolliť debitus ⁊ totalis/ cōpletuſq3 ſenſus ipſius forme. Sed predicta omnia verba in forma ſanguinis Chriſti contenta/ ſunt huiuſmodi. ergo omnia ꝑdicta ſunt de ſubſtātia eiuſdem forme. Maior que virtualiter eſt. s. Tho. 3^a. q. 60. ar. 8°. in hoc eſt manifeſta ꝙ predicatum eſt quid nominis ſubiecti. pro ut ex notabilibus patet/ ⁊ in ea conueniunt ex hoc omnes Theologi vt ex terminis manifeſta. Minorem vero probat ſanctus Doctor 3^a. q. 78. artic. 3°. ex hoc ꝙ partes appoſite ſubſtantiuo predicato prefate forme pertinent ad vnitatem ⁊ conſequenter ad ſubſtantiā ipſius forme: iuxta ea que ſupra notata ſunt. Inquit enim. s. Docto. ꝙ ſunt determinationes predicati prime illius enunciationis: ⁊ conſequēter pertinent ad integritatem eiuſdem loquutionis.
Confirmatio p^a. ¶ Ex hac autem veritate dicit. s. Tho. prouenire ritum eccleſie quo ſacerdos eodē cultu ⁊ modo ſcilicet tenendo calicem in manibus hec omnia verba profert.
2^a. ¶ Addit etiā probationem ex ſacris litteris ꝙ ly noui teſtamenti ſit intrinſeca determinatio per hoc ꝙ etiā Luc. 22. ponitur inter verba illius prime enunciationis. dum dicitur. Hic calix/ nouum teſtamentū eſt in meo ſanguine. Quod etiā habetur prime ad Corinth. 9. vbi eadem verba ad idem recitantur. ⁊ ſic per ſacras litteras conuincitur intrinſeca determinatio illius predicati. Ex hoc autē poteſt inferri ꝙ pari ſenſu alie quoq3 predicte determinationes/ intrinſece ſint.
3^a. ¶ Poteſt etiam addi ratio qua cōuincitur ꝙ nulla ſequētia canonis verba ſint de ſubſtantia forme. propter inuiolabilem eccleſie ritum conſuetudine ſuperantiquā vetuſtiſſimaq3 firmatum quo completa ꝓlatione enunciationis illius qua vtitur eccleſia vt vera forma conſecrationis ſanguinis/ ſtatim ſacerdos ⁊ omnis populus ſacratiſſimum ſanguinem ſimul adorant: quod non facerent niſi perfecta eſſet conſecratio ⁊ conuerſio vini in ſanguinem: ⁊ ꝙ quia nō ante adorant: non ante perfecta eſt conſecratio: ſed deficiebat ꝓlatio verboꝝ que ad eam pariter conferunt vſq3 ad vltimū. Tam igitur precedentia q3 ſequentia verba/ nullam ad hoc habent virtutem. vt p3. Et hoc ſpecialiter militat cōtra Scoti dogma in propoſita q̄one. de quo infra.

## Solutiones Sco. Durā. & Caietani ad præmiſſam ſancti Thomæ rationem. Capitulum. IIII.

